D. Augustinus de se aiebat, tantillus Puer, et tantus ego Peccator eram

Cor ardet, Pulmo loquitur, Fel contrahit iras
Splen ridere facit, cogit amare Jecur.

Nihil ita immaturam, ac praepro-
peram accelerare mortem, quam Venerem
Hyppolitus Guarinonius lib. V cap. 52.

Sapientem fuisse Naturam, quae duplices mam-
mas mulieri addidit, ut si gemellos pepe-
risse contigerit infantes, duplices quoque ad
alendum fontes haberet. Plutarchus [illegible]

Maria duo ubera habet, quibus gemellos alit
infantes, iustos, videlicet, et peccatores
Cant. 4:

Joannes, idest Deus misertus est
sic interpretatur nomen Joannis
Baptiste

Duo fervet olla, vivit amicitia, adagium grecum

Potentes potenter tormenta patientur

In hoc mundo Omnes, sicut aqua, dilabimur.

Infirmitas carnis, si patienter sustineatur, erit quasi Purgatorium ignis. Vener. Beda.

Hominis vita nihil aliud est, quam rota, que precipiti rotatu versatur. S. Antiocus

Sapientem fuisse naturam, que duplices mammas Mulieri addidit, ut si gemellos peperisse contigerit infantes, duplices quoque ad alendum fontes haberet. Plutarcus in Lopusculo amoro

Tanta in iuuenibus malitia quantus in senibus torpor!

Nemo zelum habet multitudo sumus Joeni. S. Jo. Crisost. hom. 40 ad pop.

Surgunt indocti, et rapiunt regnum Dei, et nos cum nostris litteris volutamur in carne, et sanguine. D. Aug.s

Unusquisque uestrum proximo suo placeat in bonum ad edificationem. D. Paulus ad Romanos. 15.

Si auaritia prostrata est, exurgit libido, si libido compressa, succedit ambitio; si ambitio contempta, ira exasperat, inflat superbia. S. Cipriianus de zelo et liuore

Peccatores posuerunt cor suum, ut adamantem. Zacharia Proph. c. 7.

Cor durum Peccatoris male habebit. Sapient.

Cor durum est, quod se metipsum non exhorret quià non sentit: Idest ipsum est, quod nec compunctione scinditur nec pietate mollitur: Non mouetur precibus, minis non cedit, induratur flagellis. S. Bernard. lib. de consid. ad Eug.

Cor durum male habebit in die nouissimo, uersio Siriaca dicit Malus fiet finis eius

Impij funibus peccatorum suorum constringuntur, et cum incessa=bili augmento sue grauitatis intereunt. Venerab. Beda

Tenent illum praue consuetudines, et quotidie duriores exist=unt, et cum eo in puluere dormient. S. Gregorius

Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt
1706. Ioseph.

COMPENDIUM MEDICINÆ UNIVERSÆ,

E Scriptis probatiſſimorum Auctorum, tam viventium quàm mortuorum, puta

ETTMÜLLERI, WALDSCHMIDII, SENNERTI, WEDELII, BOERHAVII, aliorumque, ſingulari operâ concinnatum,


INSTITUTIONES, CHYMIAM, PHARMACIAM, ET PRAXIN MEDICAM ſuccinctè tradens.

Studiosè emendatum, auctum, Et Notis utilibus hinc inde illuſtratum

A

THEODORO ZVINGERO,


Med. Pract. in Univerſit. Baſil. Profeſſore.



BASILEÆ,

Apud E. & J. R. THURNISIOS, Fratres.

M DCC XXIV.



VIRIS

Amplissimis, Excellentissimis, Spectatissimis,
Prudentissimis, Gravissimis,

Munerum dignitate, Prosapiæ Splendore,
Consiliorum Prudentiâ,
Justitiæ Candore, Religionis fide,
Rerum denique agendarum
Dexteritate inclytis,

DOMINIS

DN. ANDREÆ BURCARDO,
CONSULI:

DN. NICOLAO HARDERO,
TRIBUNO PLEBIS:

DN. JOH. ROD. WETSTENIO,
CONSULI:

DN. EMANUELI FALCKNERO,
TRIBUNO PLEBIS:

Patribus Patriæ Magnificentissimis,
Patronis & Mecœnatibus suis
Gratiosissimis,

HOC qualecunque

MEDICINÆ COMPENDIUM

In Obſervantiæ debitæ,

Atque Mentis devotæ ſignum


humillimè dedicat, conſecrat,

& inſcribit

Cliens obſervantiſſimus

THEODORUS ZVINGERUS,

M. D. & Prof.



VIRI AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI, SPECTATISSIMI, &c.&c.

De *Scipione Africano*, Seniore, referunt antiqui Scriptores, quòd aliquando interrogatus, quid à negotiis ſubinde publicis vacans & otioſus, quid, inquam, rei in ſolitudine conſtitutus ageret, ſine hæſitatione reſponderit, ſe nunquam minus otioſum, vel minus ſolum eſſe, quàm cùm otioſus aut ſolus exiſteret. Magna vox à magno profecta Viro, quâ indigitare procul dubio voluit, ſe etiam in tranquillo, pluribusque aliis amico otio, in ſolitudine ipsâ minimè otioſum eſſe, ſed aliquid utile ſemper meditari vel agere. Etſi enim ſuum negotiis tempus, ſuumque viciſſim momentum otio concedendum eſſe videatur, honeſto nimirum illi, & à laborum defatigatione vehementiore oriundo, ſegnia tamen atque deſidioſa otia Hominibus ingenuæ mentis & ad φιλοπονίαν natis

minimè probari notantur, quippe qui, ſi quando à magnis & ſeriis occupationibus relaxationem quærunt, priores tantiſper faſtiditos aliis liberalioribus & jucundioribus commutare, ac ita, ἀνάψυξιν quandam ἐν μεταβολῇ τῶν πόνων invenire ſolent. Equidem non is ego ſum, qui tanto me comparandum putem Romanorum Heroi, quo majorem neminem, paucos verò ſimili rerum agendarum prudentiâ, dexteritate ac fide celebres Respublica florentiſſima habuit; id tamen aſſerere auſim, per longum jam annorum decurſum, nullas mihi ab incumbentium Munerum publicis privatisque laboribus alias fuiſſe conceſſas ferias, quàm, ſi ita nuncupare fas eſt, negotioſas, tales nimirum, in quibus ſemper aliquid vel meditandum, vel elaborandum fuit; occaſionem profectò multiplicem præbentibus non ſolùm Ægris peregrè verſantibus, atque medica certatim conſilia in ſcripto flagitantibus, ſed & Bibliopolis, ſubinde novum aliquod opus prelo ſubjiciendum, atque publici juris faciendum, inſtanter ſollicitantibus. Tale verò inter alia eſt præſens *Medicinæ Compendium*, quod uti meris lucubrationibus concinnandum fuit, ita ſanè taliter elaborari & expoliri minimè potuit, quale forſan Lector optâſſet & expectâſſet delicatus: tametſi operam dare ſedulam ſtuduerim, ut commodum ex eo non prorſus

ſus contemnendum in ſtudioſam Juventutem redundaret. Præprimis autem eô fui anniſus, ut quæcunque in ſe comprehendit Artis præcepta, ſive è probatiſſimis Celebrium Auctorum monumentis excerpta, ſive propriâ è penu intermixta, claro & diſtincto, quantum fieri potuit, dictionis genere in publico comparerent; qui credidi ſemper, nihil magis hucuſque Artis perfectionem vel augmentationem impediviſſe, quàm ſtyli, quo quidem celeberrimi & eruditiſſimi multi Auctores, neſcio quo ſingularis ambitionis ſtimulo incitati, Res medicas explicare ſategerunt, obſcuritatem, atque difficultatem, faſtidium profectò haud leve ingenuo Lectori parientem, eumque non parum à meditationibus, & inquirendâ Rerum quarumcunque veritate abſterrentem. Auſus verò ſum, *VIRI AMPLISSIMI ET SPECTATISSIMI* levidenſe hoc Opus *Magnificis* ac *Splendidiſſimis Nominibus veſtris* inſcribere & dedicare, non quod illud crediderim veſtram ſive lectionem ſive adprobationem qualitercunque mereri, ſed ut, cùm à pluribus abhinc annis luculenta, eaque numeroſa gratioſæ veſtræ in me benevolentiæ ac patrocinii teſtimonia abundè expertus ſim, publicum aliquod gratiſſimi non minus quàm devoti animi mei monumentum extaret. Iſtud proin ut ſerenâ fronte excipere, & benignè ſimul atque

gratiosè interpretari dignemini, submissè rogito. Sed & Deum quoque Omnipotentem humillimâ mente precor, ut, qui Vos maximo vestro merito ad Clavum Reipublicæ nostræ sedere voluit, consiliis porrò Regiminis vestri ac laboribus, quos singulari cum prudentiâ, dexteritate, fide, & assiduitate pro salute Populi impenditis, cœlitus ubertim benedicere, eosque ad Sanctissimi Nominis sui Gloriam, Reipublicæ & Ecclesiæ commodum, propriam denique felicitatem omnigenam clementer dirigere, ac eum in finem *Amplitudines* & *Magnificentias Vestras*, quàm diutissimè porrò sospites & incolumes conservare velit. Quod reliquum est, uti me meamque familiam perennanti *Amplitudinum Vestrarum* patrocinio submissè comendo, ita vicissim omnem debiti honoris, animique observantis cultum, prout decet & par est, omni tempore ac loco sartum tectumque religiosè polliceor. *Basileæ* D. 3. Jul. 1724.

Amplitudinum & Magnificentiarum Vestrarum

Cliens devotissimus

THEODORUS ZVINGERUS.

METHO-



METHODUS CONSULTANDI INTER MEDICOS.

CONSULTATIO MEDICA, ἰατροβουλεία Græcis, est exacta constitutionis humani Corporis per singulas circumstantias inquisitio, hincque instituta inter plures paucioresque Medicos deliberatio de modo Sanitatem ejus præsentem quidem conservandi, amissam verò probatâ medendiratione citò, tutò & jucundè restituendi. *Consultatio Medica.*

In *Consultatione* proin hac consideranda veniunt tum *essentialia*, tum *accidentalia*. *Ejus*

Essentialia Consultationum, quæ earum essentiam & rationem constituunt, quatuor distinctis constant partibus, *Historiâ*, *Propositione*, *Analysi* & *Conclusione*. *Essentialia quoad.*

HISTORIA complectitur in se descriptionem Hominis vel *Sani* vel *Ægri*. Ubi *Sanus* quidem præservativa à Morbis remedia desiderat, naturali suæ Temperiei, Dispositioni, & Idiosyncrasiæ, in benè maleve tolerando hoc vel illo Cibo aut Potu, ætati etiam, sexui, &c. convenientia. *Historiam Hominis Sani.*

Ægri Hominis descriptio instituitur quoad Statum ipsius corporis tum *antecedentem*, tum *præsentem*. *Ægri.*

In descriptione *Status antecedentis* recensenda veniunt Temperies Ægri naturalis, Sexus, Ætas, Morbi antecedentes, atqueDiæta per aliquod tempus præteritum quoad usum sex Rerum nonnaturalium observatâ.

In descriptione *Status præsentis morbosi* attendimus ad *Tempus*, *Modum* & *Occasionem* invasionis, quoad Symptomata varia plus minus excruciantia; ut & quoad Remedia hæc aut illa jam usurpata, atque eorundem effectus.

PRO-

Propositio. PROPOSITIO Consultationis Hominem introducit vel *Sanum*, sibi à Morborum insultibus valde metuentem, & hinc partim Diætam prophylacticam, partim Remedia quoque præservativa sibi ordinanda postulantem: vel *Ægrum*, commodissimam medendi Methodum pro citâ tutaque Sanitatis suæ restitutione à Medicis in consilium vocatis anxiè petentem.

Analysis Casûs propositi. ANALYSIS sive RESOLUTIO expositi Casûs in Consultatione sub se continet vel *Sanitatis* in Homine *sano* conditionem, atque hinc juvantium ac lædentium consideratione habitâ, methodum tradit prophylacticam, certis Regulis diæteticis comprehensam, & simul quorundam, si opus erit, Medicaminum præscriptione comitatam; quorum observatione Homo in statu Sanitatis permanere, & à Morborum insultibus im̃unis subsistere queat. Vel comprehendit *Ægritudinis* in Homine ægrotante variam constitutionem, ubi exponi debent Morbi *Diagnosis*, *Prognosis* & *Curatio*.

Morbi diagnosis. In *Diagnosi* Morbi inquirere solemus in illius *Speciem*, *Magnitudinem*, *Malignitatem*, *Symptomata*, *Tempora*: item in *Partem primariò* vel *secundariò affectam*; in *Causas proximas*, *antecedentes* ac *procatarcticas*; denique in *Modum*, quo Ægritudinem in Patiente suscitatam esse credimus. Atque hæc omnia insuper è variis in Casu expositis signis demonstramus.

Prognosis. In *Prognosi* prædicitur, explicaturque *Morbi eventus*, hujusque *Species* per *Hæmorrhagiam*, *Sudorem*, *Diarrhœam*, *Urinam*, *Abscessum* &c. Traditur etiam *Modus*, quo Morbus finiturus sit, ad salutemne vel ad mortem. Denique *Tempus* durationis Morbi indigitatur. Singulaque hæc è certis signis ulterius demonstrata confirmataque exhibentur.

Curatio per Indicationes In *Curationis* expositione statim *Indicationes* eliciuntur, *Curatoria* quidem è Morbo ejusque Causâ proximâ; *Præservatoria* è Causis antecedentibus; *Vitalis* è Viri-

è Viribus; *Mitigatoria* è Symptomatibus vehementibus valdeque urgentibus. Dein *Remedia* proponuntur Indicationibus satisfacientia, è triplici *Fonte* nimirum *diætetico, pharmaceutico* & *chirurgico* petenda. Tandem verò *specialius* exprimitur rerum in Curatione agendarum, observandarumque *Methodus*; ubi definiendum est præcisè, non solùm quæ Remediorum formulæ sint præscribendæ, sed quonam insuper ordine ab Ægro veniant usurpandæ; quænam in principio, quæ in progressu, statu & declinatione Morbi sint adhibenda? Scilicet bonæ Curationis impedimenta citò tollenda, antecedens Causa potenter imminuenda, proximaque, si quæ adest, feliciter destruenda; urgentibus quoque Symptomatibus valida Medicamenta opponenda; Viribus sive conservandis, sive roborandis & augendis sollicitè prospiciendum; denique Liquoris gastrici activitas, ipseque hinc Appetitus, perfectæque Chylificationis opus integritati suæ restituendum est. *Methodus specialis agendi.*

In CONCLUSIONE Consultationis repetuntur breviter, quæ dicta sunt circa Remedia selectiora præscribenda, eorundem ordinem; votumque annectitur, pro salute ipsius Ægri, & Remediorum divinâ benedictione fundendum. *Conclusio.*

ACCIDENTALIA Consultationis spectant modum procedendi in Consultando, qui consistit in variis Officiis tum *Præsidis*, tum *Medici ordinarii*, tum denique *Collegarum consultantium singulorum.* *Consultationis accidentalia.*

Præsidis officium est viam generali exordio sternere ad Consultationem; dein sententias rogare à præsentibus Medicis consultantibus; tandem addito quoque suo calculo totam Consultationem concludere, definiendo è collectis sententiis, quid agendum, quidve linquendum sit; vel etiam, sicubi discordantes fuerint Consultantium opiniones, easdem qualicunque commodâ ratione conciliare, ut tandem certi quid, in salutem *Officium Præsidis.*

tem Ægri faciendum, ſtatuatur, quod certè vel omnibus, vel ſaltem majori Conſultantium parti arrideat. Inprimis verò Præſes ante omnia Caſum ab ordinario Medico, ni vel Æger ipſum ſatis expoſuerit, vel Medici omnes ſimul fuerint ordinarii, explicandum ac recitandum poſtulabit, antequam cōmune conſilium ineatur. Hoc verò impetrato Juniorum primùm, ac demum Seniorum Medicorum ſententias ordine ſciſcitabitur.

Medici ordinarii.

Medici ordinarii munus eſt Caſum Ægrotantis fideliter per omnes circumſtantias exponere, incipiendo à primâ Morbi origine, ſenſimque procedendo ad omnia Symptomata, de quibus Æger conqueritur, ut & ad Remedia hactenus in uſum tracta, eorundemque effectus enarrandos, donec ad eum, in quo pro tempore verſatur, ſtatum Ægrotantis pervenerit.

Et Collegarum Conſultantium.

Denique Officium *Collegarum Conſultantium* ſingulorum eſt, ſuas ordine ſententias dicere, nec ſtudiosè Caſum jam expoſitum multis verbôrum ambagibus repetere. Sed qui inter Conſultantes primus ſuam opinionem explicat, fuſius nonnihil Morbi naturam, cauſas, diagnoſin, prognoſin atque medendi methodum exponet; reliqui verò brevius ſingula percurrent, & inprimis ſuam in ſanandi ordine mentem dilucidè explicabunt, confirmando, ſi quid jam benè ordinatum putant, mutando, addendoque, ſi quid adhuc deficere exiſtimabunt. Neque tamen heic privatæ cuidam animi paſſioni, invidiæ aut odio erga alios Medicos locum in Ægrotantis perniciem concedant; neque etiam in exemplis, rationibus, atque obſervationibus proponendis prolixi exiſtant, ne alios docere velle videantur. Tandem quilibet Conſultantium in Concluſione judicio & cenſuræ reliquorum ſeſe ſubmittat, & Ægrotanti ſalutem priſtinam cum Dei benedictione apprecetur.

EPITOMES

EPITOMES INSTITUTIONUM MEDICARUM

PROLEGOMENA.

§. 1.

MEdicina, Artium omnium uti antiquissima ita nobilissima, à *medendo* h. e. Ægris auxilium ferendo, vel etiam à Græco μέδεσθαι, *curare*, derivata, optimè definitur *Ars Sanitatem Corporis humani præsentem conservandi, & amissam, quantum possibile, convenientibus remediis & auxiliis restituendi.* Hinc *Artem sanandi* aut *medendi*, nec non à primis Auctoribus *Artem Apollineam*, vel *Asclepiadeam, Machaoniam*, & Græcanicâ denominatione *Jatricem*, Τέχνην Ἰατρικὴν, nunçupârunt. *Artem* vel ideo appellamus, quoniam habitus est cum rectâ ratione effectivus; efficit enim, s. producit sanitatem; omniaque, quæ in Medicinâ tractantur, ad hunc Sanitatis finem practicum, quem agendo, non meditando vel ratiocinando tantùm, obtinere solemus, tendunt. Si quis tamen *Scientiam* appellare malit *practicam*, quod plurima in hac disciplinâ per causas suas cognoscenda veniant, ei non multum refragabimur. *Medicinæ Etymologia. Definitio. Synonymia. Cur Ars dicatur?*

2. *Objectum* hujus Artis, *primarium* quidem vel *principale*, est *corpus hominis vivens, quatenus est sanabile,* *Objectum.*

h. e. quatenus ſanum eſt conſervandum, aut ægrum ſanitati reſtituendum : *ſecundarium* verò ſ. *minus principale* ſunt omnia, quæ in Medicinâ tractantur adquirendæ ſanitatis gratiâ, Vita, Sanitas, Morbus, Symptomata, Mors ipſa, Cauſæ morbificæ, Auxilia & Remedia.

Subjectum. 3. *Subjectum*, quod Scientiâ vel Arte medendi imbuitur, eſt *Homo*, ſive *Medicus*, qui non malè hinc definitur *Vir bonus medendi ſ. ſanandi peritus.*

Finis ultimus. 4. *Finis* Medicinæ *ultimus* quidem, ad quem omnia tendunt ac diriguntur, quæcunque in Arte hâc tractantur & exponuntur, eſt *Sanitas* Corporis humani conſervanda, vel reſtituenda: *Subordinatus* autem eſt ipſa *Medela, Curatio, Sanatio*, ſive Remediorum, Auxiliorumve ad curandam Sanitatem applicatio, adhibitio.

Formale Medicinæ. 5. Haud fruſtra autem poſitum eſt in definitione Medicinæ, *quantum poſſibile*, quoniam in Medicorum, utcunque peritiſſimorum, facultate non eſt omnes ſanare Ægros ; dantur enim ſæpius Morbi incurabiles, lethales, quos nullâ ratione debellare & ſanare licet; dum *interdum doctâ plus valet Arte malum*, ſicut Poëta habet.

Ars nobilis eſt. 6. *Nobilem* hinc omnique honore digniſſimam reddit Artem medendi, tum *Objectum* ejus, Creaturarum ferè omnium excellentiſſima; tum *Finis*, bonorum hujus Mundi omnium præſtantiſſimum. Sed & hinc ejuſdem *Utilitas* patet æquè ac *Neceſſitas*, ſi quidem Corporis ſui incolumitatem ſartam quis tectamque amet, deſideret.

Eſt conjecturalis. 7. Dignitati verò hujus Artis nihil detrahit, quod dicatur *conjecturalis* : quas enim illa adhibet conjecturas, haud certè ſunt temerariæ, ſeu ſine fundamento, nec de rebus purè contingentibus; tales enim nil aliud eſſent, quàm puræ ignorantiæ & va-

næ

næ perſuaſiones. Sed conjecturæ, quibus nititur Medicus, ſunt circumſpectæ & fundatæ experimentis, hincque deductis concluſionibus rationalibus, dum verſantur circa res apparenter quidem, reſpectu intervenientium circumſtantiarum, contingentes, in ſe tamen neceſſariam cohærentiam cauſarum naturalium cum effectibus habentes, quæque adeo veræ Scientiæ proximæ ſunt.

8. Eſt ſcilicet unicuique Homini ſua peculiaris *Temperies* ſive *Idioſyncraſia*, ob quam univerſales non æquè in omnibus formari poſſunt concluſiones, quin eæ, quæ utplurimum ſeu in plerisque veræ ſunt, non neceſſariò in omnibus Individuis tales exiſtunt. Accedit & *Scientia naturalis* adhuc in pluribus defectuoſa, cui tamen verè ſubalternata eſt *Medicina*; unde reſpectu fundamenti in naturalibus, & reſpectu objecti in Individuis humanis, neceſſariò *Conjecturis* in Arte medicâ utendum eſt. *Idioſyncraſia.*

9. *Fundamentum* a. *Conjecturarum* debent eſſe non ſola *Experimenta*, hæc enim ſunt temeraria, ſubinde etiam nociva, & *Empiricam Sectam* ſapiunt; non ſolæ *Rationes*, hæ enim ſunt cæcæ, & admodum erroneæ, ac *ſectam Methodicorum* efficere ſolent: neque etiam *Analogiſmus*, ſeu in plurimis morbis eadem ratio aut eædem communitates, hæ enim pariter *Empiricæ Sectæ* ſoboles ſunt. *Fundamenta Conjecturarum.*

10. Agnoſcuntur verò pro certioribus Artis noſtræ fundamentis, *partim Obſervatio* adcuratiſſima phænomenorum, in Homine ſano, ægro, moriente, mortui cadavere ſenſibus externis apparentium, ſive ea oriantur ab iis, quæ in ipſo Homine, ſive ab aliis rebus, quæ per externas aliquas cauſas, arte vel caſu in eum agunt & operantur : *partim* ſeria *Indagatio* rerum, quæ in Humano corpore latent ſenſibus abscondita, quæque agenda ſunt ad obtinendum ſcopum. *Fundamenta Artis certiora.*

pum. Indagare autem eas melius non possumus, quàm per ratiocinationem exactam, quâ quidem phænomena prædicta sigillatim perfectè expensa quoad omnes suas proprietates examinantur; dein inter se diligenter, ad patefaciendam convenientiam aut diversitatem, comparantur; ac demum fideliter & sapienter omnia notantur, quæ ex iis probè perspectis clarè deduci possunt. *Memoriâ* hinc atque *Judicio* instructus esse Medicus debet, ad observata sua Ægrotantibus, tam quoad theoriam quàm quoad praxin, salutarirer applicanda. Veteres proin duo hæc fundamenta, ceu fulcra Medicinæ, rectè appellârunt *Rationem* & *Experientiam*. Operatur nimirum Medicina rationalis dogmatico-mechanica per institutas perpetim ratiocinationes, quando naturam sive essentiam vitæ, sanitatis, morborum & symptomatum per suas causas juxta principia mechanica exponit, è materiá hujusque proprietatibus & motu petita. *Ratio* hinc nititur & firmatur *Experientiâ*, sine quâ nuda foret, meraque speculatio. Exhibet autem Ratio *theoreticam* Rerum medicarum cognitionem; *Theoria* verò evadit postea fundamentum *Medicæ Praxeos*, quæ sine illâ existit temeraria quædam Empiria, per mortes Ægrotantium sua experimenta faciens. Sed & *Experientia* nititur vicissim *Ratione*, estque multiplex & diuturna observatio phænomenorum in corpore humano, tam quoad constitutionem sanam ægramve, quàm quoad Remediorum exhibitorum vel applicatorum operationes, contingentium. Unde distinguitur ab *Experimento*, quod non est nisi una tantùm, vel altera observatio alicujus phænomeni, adeoque nihil adhuc certi, fidi, & constantis determinans. Expedit tamen conjecturas pro posse & nôsse evitare, atque certis & indubitatis principiis niti, sicque opprobrium ab Arte tam

Ratio et Experientia.

Conjecturæ sunt vitandæ.

tam nobili avertere, quando à nonnullis certitudo & veritas ei planè denegatur, ipsaque scopticè tanquam conjecturalis & mendax traducitur, non sine addito simul proverbio, *Mentiris ut Medicus:*

Principia phænomenorum corporis humani.

11. Dum autem res obscuræ inquiruntur, quæsitæque ex datis inveniuntur, principiis quibusdam opus est, quorum notitiâ demonstratio inventorum fieri queat. Principia verò ista debent esse certa, clara & distincta, respectu purè corporeorum in Homine contingentium phænomenorum, ex Anatomiâ & Mechanicâ physico-chymicâ petenda.

Actiones aliæ, præter corporeas, in Homine sunt.

12. Attamen præter corporeos motus diversimodos aliæ quoque actiones in corpore humano fiunt, quas per dicta modò principia neque intelligere, neque demonstrando explicare probè licet; quin alia earundem exponendarum, & clarè demonstrandarum ratio ineunda venit, inque hunc finem sequentia considerare, & tanquam certa præsupponere admittereque oportet. α. Hominem corpore & animâ rationali sive mente, invicem arctè unitis, atque essentialiter à se invicem differentibus, constare. β. Partes illas Hominis essentiales vitam, actiones atque passiones etiam diversas obtinere, ita tamen ut cogitationes sive actiones Animæ singulares determinatis Corporis motionibus, & vicissim certæ Partium Corporis agitationes determinatis Animæ cogitationibus promtè succedant. γ. Cogitationum aliquas ex solâ puraque alia cogitatione, sine cooperante motu quodam corporis, oriri; alias verò non nisi mutatum corporis statum, sive motum sequi. δ. Ac vicissim actiones sive motiones aliquas corporis sine attentione, vel imperio animæ, tanquam concurrente causâ, imò insciâ vel invitâ sæpius mente, contingere: alias verò non nisi per cogitationes Animæ prægressas excitari ac determinari: denique alias ab

utrisque, & mentis cogitationibus, & corporis certis motionibus, invicem concurrentibus produci. ε. Atque hinc omne id, quod cogitationem meram in Homine involvit, soli Animæ rationali, tanquam suo principio adscribendum: & contrà, quidquid extensionem, motumve involvit, id corpori hujusque agitationi tribuendum, atque per ejus proprietates intelligendum, explicandum, ac demonstrandum esse.

Actiones mentis & corporis mutua clarè intelligi nequeunt.

13. Haud tamen ex perspectâ, quantum humanâ imbecillitate assequi valemus, Mentis & Corporis naturâ comprehendere & intelligere possumus clarè rationem, quâ duæ istæ substantiæ in se mutuo agere, vel à se invicem pati quid soleant. Quin, dum hæc solâ effectuum observatione constant, si Medicum Problema eousque solutum est, ut nihil amplius restet explicandum, quàm mutuæ illarum substantiarum in se invicem actionis ratio, satisfactum erit interrogationi, quoniam investigatio ulterior impossibilis est.

Secta.

14. Priscis autem temporibus *Sectæ* in Medicinâ fuerunt exortæ, interque illas caput suum erexerunt præcipuè tres, *Empirica*, *Methodica* & *Dogmatica*.

Empirica.

Empirica omnium antiquissima potissimum apud *Ægyptios* floruit, apud quos, teste *Herodoto*, singuli Morbi peculiares ferè suos Medicos habebant; præcipuum autem illa fundamentum in Medicinâ posuit *Experientiam*, sed aliquali *Ratione* stipatam: non enim tam rudes fuerunt *Empirici* illâ ætate, sicut nostri hodie sunt vulgo dicti *Agyrtæ*, qui nullâ prorsus solidâ scientiâ imbuti frequentia per mortes experimenta faciunt. Illius autem Sectæ celebres cultores fuerunt *Acron Agrigentinus*, *Philinus*, *Thessalus*, *Serapion Alexandrinus*, *Glaucias Anatomicus*, *Heraclides Tarentinus*, & alii.

Methodica.

Methodica secta paucis fuit Axiomatibus

bus comprehensa: juxta hanc enim omnes morbi consistebant in *stricto* sive *coagulato*, *laxo*, s. *resoluto*, & *mixto* seu *medio modo* se habente; ubi dicebatur, *strictum esse laxandum*, *laxum esse adstringendum*, & *in mixto* vel *medio ei occurrendum esse, quod magis urgeret.* Hujus Sectæ conditor dicitur *Asclepiades*, quem secuti fuerint *Themison Laodiceus*, *Soranus Ephesius*, *Antipater*, *Alexander Trallianus*, *Neronis* tempore Romæ vivens, qui palam professus est, *sex mensium spatio Medicinam addisci posse.* *Dogmatica* tandem sive *rationalis* secta, Rationem Experientiæ perpetim jungens, medicas Observationes omnes in regulas certas collegit, atque sic tandem in *Systema* quoddam *Medicinæ* redegit. Hujus Sectæ Auctor primus fuit *Hippocrates Cous*, quem secutus post plura secula *Claudius Galenus*, *Pergamenus*, & tota abhinc Medicorum per diuturnum tempus cohors. Cùm autem ante ducentos & aliquot annos *Alchymia*, vel *Spagyrica doctrina* caput erigeret, Secta quoque hæc bipartita fuit in *Dogmatico-Galenicam*, & *Spagyricam*, quarum illa rationes suas deducebat è fonte Physices Aristotelis, hæc verò causas suas deprompsit ex analysi corporis artificiali. Hodie obtinet inter Medicos judiciosiores Secta *Dogmatico-Mechanica*, quæ suas deducit rationes è *Physicâ corpusculari*, s. è magnitudine, figurâ, motu, &c. corpusculorum.

Dogmatica.

Dogmatico-Spagyrica.

Dogmatico-mechanica.

15. Ortum Medicina suum, & quidem *primarium*, habet à Deo, Conditore Universi, hinc non obiter, nec temerè aut negligenter tractanda. Adeoque sic Deus rectè *prima* & *principalis* causa Medicinæ dici potest.

Causa Medicinæ principalis.

16. *Minus* verò *principales*, s. *secundariæ* ejusdem Causæ sunt diversæ, *proëgumenæ* s. *impulsivæ* quoque dictæ. Ac primùm quidem ipsum Corpus, si quando ægrum est redditum, automatico impulsu subinde incitatur, & tantùm non cogitur ad arripiendum

Minùs principales.

Naturæ corporis

motus automaticus. quoddam sibique applicandum salutare auxilium, aliàs minus notum, quemadmodum id quoque in Brutis fieri notamus, licèt modum, quo id contingat, ratione nostrâ nondum perfectè assequi, & concipere, sive imaginari nobis queamus.

Mentis impulsio. 17. Dein & Mens hominis, graviter & molestè sive impeditam membrorum quorundam actionem & motum, sive doloris, læsam quamcunque corporis partem exagitantis, tormenta ferens, incitata vel impulsa fuit ad quærenda, invenienda, usurpanda, pro incommodis istis tollendis remedia.

Fortuiti casus. 18. Accesserunt dein *fortuiti casus*, quorum ope homines inciderunt aliquando in horum aut illorum medicaminum cognitionem. *Instinctus naturalis.* Juvabat *instinctus naturalis*, quo Ægri subinde ferebantur ad hæc aut illa capienda, applicanda, quibus levamen sibi accessurum sperabant in morbis; qualem instinctum etiam in Brutis notârunt Veteres, quando v. gr. Canes viderunt interdum Gramen devorare recens, *caninum* eapropter dictum, ad Ventriculi molestias per vomitum levandas. *Eventus improvisi.* Lumen denique afferunt nonnunquam *Eventus improvisi*, & *Operationes* adhibitorum remediorum inexpectatæ: vel etiam *Ratiocinia* ex comparatione observatorum cum præsentibus & futuris instituta, quam *Analogiam* vocant. *Analogia.*

Incrementa Medicinæ. 19. Stabilita verò talibus fundamentis Ars medendi paulatim incrementa habuit, & nacta est per α. Observationes & descriptiones exactas Morborum, Remediorum, horumque usûs & effectuum, in Columnis, in Tabulis, Parietibus & Templis consignatorum. β. Per experimenta quotidianâ in Praxi instituta, horumque memoriam. γ. Per ægrorum in Triviis, vel in Foro, ad Ostia Templorum expositionem, ut à transeuntibus remedia, si quæ pro suis morbis noscerent, exposcerent. δ. Per constitutionem

tionem Medicorum tam ad Morbos in genere, quàm ad hos illosve in ſpecie tantùm curandos idoneorum, qui adcuratè Morbos, horumque cauſas & phænomena adnotarent.

20. Exenteratio autem Cadaverum humanorum, ſæpius & viventium Brutorum anatomica inciſio; Balſamatio quoque Corporum, & veterum Sacerdotum extiſpicia, cognitionem ſtructuræ corporum naturalis, non ſecus atque cauſarum abditarum, proximarumque tam ſanitatis, quàm morbi, & mortis ipſius promoverunt. *Anatome.*

21. Tandem inquiſitio & enarratio perſpicua diſtinctaque Morborum originis, incrementi, vigoris ſummi, declinationis ſ. decrementi, eventus, transmutationis & effectuum ſive ſymptomatum: nec non auxiliorum ſ. remediorum optimorum virtutis, operationis, electionis, præparationis, compoſitionis, & adhibitionis ſcientia, ſucceſſusque eorundem probè notati, Medicinam ad ſummum penè faſtigium elevârunt. *Examen Morborum ſecundùm circumſtantias.*

22. Si verò monumenta Hiſtoriarum remotiſſimæ vetuſtatis, ejusque Fabulas conſulamus, inde diſcemus, ab omni ætate, apud *Aſſyrios* profectò, *Babylonios*, *Chaldæos*, aliosve, Artem morbos præſentes extirpandi, ac futuros avertendi haud negligenter excultam fuiſſe; maximè tamen in ſuo progreſſu impeditam, quamdiu eadem Familiis quibuſdam, præcipuè Sacerdotalibus, propria ac velut gentilitia fuit. *Medicina primæva.*

23. Eadem porrò monumenta nos docent, Medendi ſtudium poſtliminiò tranſiiſſe in *Ægyptum*, in *Lybiam Cyrenaicam*, & *Crotonem*; poſtea verò migrâſſe in *Græciam*, atque heic excelluiſſe præprimis in Inſulis *Rhodo*, *Coo*, & *Cnido*, ubi Bibliothecam Hippocratis igne crematam tradidit *Andreas Medi-* *Artis medicæ itinera.*

cus, *Herophili* Sectator; nec non in *Epidauro*, Peloponesi Urbe celebri, quæ hodierna creditur *Malvasia*.

Systema Medicinæ. 24. Ex Observationibus autem undiquaque indefesso studio collectis, propriaque simul experientiâ multum auctis, confirmatis, & in ordinem digestis, *Hippocrates Cous*, *Democriti*, Philosophi acutissimi, discipulus, *Corpus* sive *Systema Græcæ Medicinæ* conflavit, hincque titulum primi veri & genuini Medici, sive Principis Medicorum meruit, utpote qui ratione & experientiâ probè instructus, castæ Σοφίας peritus, Sectam Medicinæ dogmaticam fundavit; quæ dein in *Gente* s. *Familiâ Asclepiadeâ* diutius sine mutatione retenta, ab *Aretæo*, Medico Cappadoce Græco, in Systema nonnihil ordinatius digesta; postmodum in nonnullis partibus à variis Medicis, diverso temporis rerumque successu, adcuratius elaborata, ac multum in Alexandrino præcipuè Athenæo aucta illustrataque, tandem Pergamum ad *Claudium Galenum*, sexcentis post *Hippocratem* annis, devenit; qui hinc inde quævis consarcinans, obscura & confusa in ordinem concinniorem redigens, emolumenti quidem plurimum, neque minus tamen simul damni divinæ Arti intulit, dum cuncta ex Aristotelicæ Philosophiæ dogmatibus infidis, per Elementorum, Qualitatum primarum, & Humorum numerum quaternarium, subtilius quàm verius explicare sategit. Culta dein fuit hæc Medicina per seriem aliquot seculorum à Christo nato, donec post sextum seculum omnes ferè Artes inter perpetua bella deletæ, ac integræ propemodum oblivioni traditæ fuerint. Succedente autem nono seculo usque ad decimum circiter tertium, reassumta denuo Scientiarum & Artium Studia fuerunt, atque inprimis Medicina ab Arabum doctissimis Medicis in Asiâ, Africâ & Hispaniâ prælucentibus *Averrhoë*, *Avicennâ*, *Me-*

sue,

ææ, aliisque diligentiſſimè culta, ac feliciter exerci-
ata fuit, non parum hinc auctâ *Chirurgiâ*, ac *Materiâ medicâ*, correctisque interdum præparationibus ſim-
licium, ſed dolendum erat maximè, quòd Galeni-
o-Ariſtotelicis principiis nimium tenaciter imbuti
lli Medici, Artem valdè prolixam reddendo, obſcu-
ârint magis, quàm illuſtriorem & clariorem vel cer-
iorem reddiderint; donec elapſo adhuc uno altero-
e ſeculo caput Viri peritiſſimi plures extulerint, qui
xcuſſo Galenicorum principiorum jugo, Hippocra-
icam Medicinam, in Galliis maximè reſtauratam,
emporis ſucceſſu Experimentis tam Anatomicis
uàm Phyſico-chymico-mechanicis emendârunt.

25. Faciem tamen ſuam inſigniter mutavit Ars medendi, ſaltem quoad theoriam, quando non ſo-
ùm *Gaſp. Aſellius* Vaſa lactea Meſenterii ante cen-
um annos, ſed & paulo pòſt *Guil. Harvæus* circula-
em Sanguinis motum; alii deinceps Receptaculum
Chyli, Ductumque thoracicum invenerunt, ac ita
certiorem Arti baſin ſtatuminârunt. A quo tempore
Medicina libera magis à Sectis reddita, incremen-
um quotidie ferè majus impetravit, idque per in-
venta paulatim certiora, Anatomiæ, Botanicæ, Chy-
miæ, Phyſices, & Mechanicæ, imò per ipſos Artis ef-
fectus. Unde ſufficienter patet, in primordio Medi-
cinæ Artem ſolâ fideli collectione obſervatorum
phænomenorum conſtitiſſe, quæ uſu, evidentiâ, &
neceſſitate ſemper eadem eſſet, ac minimè fallax: de-
inceps verò cogitatum fuiſſe de cauſis experimento-
rum & phænomenorum rationabiliter explorandis,
definiendis, heicque multa dubia, pro Sectarum va-
rietate, occurriſſe.

Medicinæ mutatio & illuſtratio.

26. Medicina communiter dividitur in *Theoreti-
cam* & *Practicam*, quarum *prior* eſt evidens, certa, &
conſtans cognitio, per cauſas veras ac ſimplices, re-
rum corpus humanum in ſtatu tam ſano quàm æ-

Medicinæ diviſio, in theoreticam

& practicam.

gro existens spectantium: *posterior* autem est Ars, idem corpus vel in statu sano per idoneam vivendi rationem conservandi; vel ad eundem, sicubi amissus fuerit, per usum Remediorum convenientium reducendi. *Theoreticæ* Medicinæ partes numerantur tres, *Physiologia*, *Pathologia*, & *Semeiotica*. *Physiologia* considerat objectum, videl. Corpus humanum, husque partium constitutionem naturalem, usum & actiones. *Pathologia* scrutatur Corporis humani viventis statum præternaturalem Sanitati oppositum, adeoque *Morbos*, horumque *Differentias*, *Causas* & *Symptomata*.

Partes theoreticæ, Physiologia, Pathologia.

Semeiotice.

27. *Semeiotice* tractat de *Signis* tam *diagnosticis*, quàm *prognosticis* & *criticis*, dispositionis corporis naturalis vel præternaturalis & morbosi. Etenim Medicus practicus debita ratione, inprimis per Signa, Morbos, subinde abditos in Ægris, cognoscere & perspicere debet, & præterea in curatione maturè præcognoscere, an incurabilis Æger, an verò curabilis, & quomodo sit?

Practica Medicina.

28. *Practica* Medicina tractat de Mediis conservandæ & restituendæ sanitatis, adeoque partes habet duas, *Hygieinen*, quæ modum docet Sanitatis conservandæ per regulas diæteticas: & *Therapiam*, quæ auxilia exponit, quorum ope sanitas amissa restaurari potest & solet. Atque hæc comprehendit sub se *Methodum medendi*, & *Materiam medicam*, divisam in *Chirurgiam*, *Pharmaciam* & *Diætam Ægrorum*.

Hygieine.

Therapia.

29. *Ministræ* hinc partes *Hygieines* sunt *Ars culinaria* & huic cognata *pistoria*; *Therapiæ* verò ministratur *Pharmaceutica*, *Diæta*, & *Chirurgia*: quarum *prima* omnium simplicium exactam cognitionem; *secunda* verò rectum usum rerum sex non naturalium tradit: *tertia* denique Anatomes crebrius exercitium præsupponit.

30. Non-

30. Nondum autem perfecta est hucusque Medicina, inprimis *practica*, quin potius à diebus *Hippocratis* ad nostrum usque seculum parum profecit: id quod evenisse credimus (1) ob variam Literarum ac Medicinæ sub Barbaris fortunam, cùm sub Regnorum mutationibus & hæc mutationem atque detrimenta subinde passa sit. Accedit (2) quod superiorum seculorum Medici unicè in Scriptorum Græcorum & Arabum versione, & accuratâ dilucidatione vel commentatione occupati fuerint, de ulteriori progressu parum soliciti; atque ita successivè crevit infausta, & quasi jurata illa Antiquitatis veneratio. Tandem verò (3) neglectâ Hippocraticâ methodo, per observationes ulterius progrediendi, præmaturè Medicina adhuc mutila in corpus *systematicum*, instar cujusdam perfectæ disciplinæ redacta fuit. Et (4) simul Aristotelis dogmata rationalia ceu fundamentalia sine ulteriori examine in Medicinam introducta sunt, neglectâ (5) penitus Mechanicâ & Pyrotechniâ, utut primariis Philosophiæ & Medicinæ fundamentis. *Imperfecta adhuc Medicina.*



MEDICINÆ
PARS I.
PHYSIOLOGIA.

CAPUT I.
De Principiis & Elementis Medicæ Artis.

§. 1.

PHysiologia dicitur pars Medicinæ theoreticæ prima, explicans Corporis humani in statu naturali constituti fabricam, sive partes tam solidas quàm *Physiologia.*

quàm fluidas, harumque omnium texturam, vitam s. vitalitatem, sanitatem, & effecta, quæ ex illis sequuntur.

Objectum Physiologiæ.

II. *Objectum* Medicinæ dictum fuit *corpus humanum vivens quatenus sanabile.* Illud *materiale*, hoc scil. *quat. sanabile*, dicitur objecti *formale.* Ut autem Corpus istud rectè consideretur, attendendum est ad ipsius tum *structuram materialem*, tum *actum formalem* seu *vitalem?* *Illa*, nempe structura *materialis* in se considerata, se habet instar *Machinæ* admirabilis; *hic* verò se habet instar principii moventis spirituosi, & dictam machinam dirigentis.

Est Machina.

III. *Machinam* dicimus corpus nostrum, non secus ac omnium Brutorum, similem Machinis hydraulicis. Sed in Brutis nulla est Anima incorporea sive rationalis, quemadmodum in Homine, in quo tamen rationalis Anima seu Mens nullum habet cum corporis actionibus naturale commercium.

Partes nerveæ, sanguineæ,

IV. In *structura* Machinæ istius *materiali* duplex partium differentia inprimis consideranda est; nempe partes quædam sunt *nerveæ*, seu, ut aliàs vocantur *spermaticæ*, quædam verò sunt *sanguineæ.* Illæ sunt nihil aliud, nisi materialis fibrarum textura, quæ prima partium stamina constituit, & primitus in ovo ex ejus colliquamento delineatur & effingitur: hi fibris postmodum per coaguli modum sanguis hinc inde adhæreſcit, unde parenchymata sanguinea nascuntur; atque hæ partes certo situ & nexu invicem cohærentes materialem corporis structuram constituunt.

Elementa Aristotelica

V. *Structura* dicta *corporis materialis* non constat ex quatuor illis vulgaribus *Elementis Aristotelicis* ex quibus omnia mixtorum concreta composita finguntur: nam hic quaternio à nemine adhuc, per ullam certam vel probabilem saltem experientiam est comprobatus.

VI.

VI. De *Aqua* tamen non dubitandum censet *Helmontius*, eam esse catholicum omnium materiale principium; eò quòd omnia vegetabilia ex Aquâ fiant, & omnia ex eâ constare resolutio eorum chymica probet. Sic enim ex aqua pluviali fit terra levis & candida, quæ quo sæpiùs destillatur, eo magis crescere & augeri videtur, ita ut tres ejus partes in terram mutentur: Vid. *Boyle de Form. & Qualit.* qui omnia corpora terrea, ut Gemmas & Lapides pretiosos &c. perspicuos Aquæ fructus pronunciat in Tr. *de Gemmis*.

VII. Quamplurima autem dantur corpora, in quibus nullum horum elementorum potest demonstrari, v. gr. *Mercurius vivus*, *Crystallus*, *& similia*, quæ nullum eorum vestigium in se continent. *rejiciuntur.*

VIII. *Spagyrici quinque principia* assumunt, tria *activa*, *Sal* puta, *Sulphur*, & *Mercurium*, & duo *passiva*, *Phlegma* & *Caput mortuum* seu *Terram*: ast & hæc principia non rectè explicari aut demonstrari accuratè possunt. Nam omnes Scriptores hujusmodi ita videntur confusi, ut res diversas uno *Sulphuris* nomine explicent, cùm tamen illud non unum sed multiplex sit, aliud puta *vegetabile*, aliud *minerale*, aliud *animale*. Accedit his, quòd illi non attenderint, ex resolutione per ignem nova subinde emergere concreta, pro simplicibus tamen ab iisdem habita. Sic enim e. g. *Olea destillata* sunt *Corpora mixta* seu *composita*, & tamen ab illis pro principio sulphureo assumpta. Deinde composita putârunt esse componentia: videatur *Boyle* in *Chym. Scept.* ubi delet hanc activorum triplicitatem; it. *Glisson. in Epistola*. *Principia spagirica*

IX. Circa hæc verò explicanda inter illos Autores non constat, ut confusos potius opinionum nodos, quàm solidam sententiam, ex istâ doctrinâ percipere *non sufficiunt.*

cipere liceat. Cùm ergo nec hæc ſufficiant, aliâ inirî viâ, naturaque ſecundùm principia mechanica explicari, & rectè quidem, cœpit. Hoc autem primus fecit *Carteſius*, qui in generalioribus quidem laude ſuâ non fraudandus; aſt ubi ad ſpecialiora pervenit, ſuperficiarium eum eſſe atque jejunum, merito ſuo pronunciamus; ejusque tria elementa non niſi ſuavem ſpeculationem dicimus atque ingenii luſum, ab initio plauſibilem quidem, ſed qui in Medicina uſum habet nullum. Vid. Tattinghoffii *Clav. Philoſ. Carteſianæ.*

& refutantur. X. Exiſtentiam quidem *Aëris*, *Aquæ* & *Terræ*, nemo negabit, cum hæc ſint maximæ portiones globum noſtrum componentes, & quaſi receptacula ac diverſoria reliquorum corporum. Sed an *materialiter* unâ cum *Igne* ſic dicto *elementari* omnia miſta componant, dubitatur meritò, utut de Aquâ ſeparatim conſideratâ res certiſſima ſit, eam frequentiſſimè miſtorum reverâ ingredi compoſitionem; ut taceam ſuperiùs allegatam illam *Thaletis* ab *Helmontio* revocatam ſententiam, omnia ex ſola Aqua *materialiter* conſtare aſſerentis; quam opinionem nonnulli probare voluerunt ſingulari hoc experimento; dum ſcil. levem pulveris igniti quantitatem projiciunt in Aquam, & ſic eandem in perfectam, & quidem duriſſimam atque pellucidam Gemmam tranſmutari vident: vid. Morhoff. in *Epiſt. ad Dn. D.* Majorem *de Scypho vitreo per certum vocis humanæ ſonitum diſrupto.*

Ignis natura obſcura. XI. *Ignis* ipſius natura ſemper obſcura & intricata fuit, Modernorum tamen experimenta, Vulcano chymico adjuta, perſuadent, ignem noſtrum uſualem (nam de cœleſti in Solari corpore concentrato, & inde in univerſam Mundi machinam, inprimis ipſos Planetas, adeoque & Tellurem ſub nomine radiorum & luminis evibrato, non eſt hujus loci tra-

ractare; utut multa persuadeant, eundem non mi-us ex sulphureo luto constare, ac nil aliud esse, quàm issolutionem corporum dictorum sulphureorum, d est, in recessu pinguium acidorum, in sui particu-as immediatè minimas factam, inprimis mediante ëre, cujus dissolutionis effectus duo inseparabiles unt, *Calor* & *Lumen*.

XII. Viget *Ignis* inprimis in *Flammâ*, quæ est arefactio & dissolutio fumi; sicut fumus est flamma nspissata, constans particulis ulterius rarefactibili-us, elevatis tamen per aëris, à calore rarefacti, mo-um: hinc flamma quæcunque extincta vel suffoca-a abit in fumum, fumus condensatur in fuliginem. umus tamen candelæ facilè in flammam incen-itur. *Ignis vigor.*

XIII. Hinc unum idemque corpus in flammam, mum, fuliginem, fuliginis oleum, acidum & pin-ue, similiaque corpora, prout diversimodè tracta-ir & modificatur, est resolubile. Nam *Petroleum*, *leum commune Olivarum*, *Pix*, *Spir. Vini*, &c. facillimè flam̃antur, totaque transeunt in formam Flam̃æ, ut arum vel nihil restitet; hæc autem Flam̃a excluso aëre ppressa abit in Fumum, qui Fumus est illud ipsum orpus, quod in vase ab aëre munito in forma *Olei stillati*, cum majori licet fixioris substantiæ rema-entia, propter defectum aëris, se manifestat; ita ipsum Corpus pingue, Oleum inde destillatum, umus, Flamma, &c. sint una eademque substantia. *Unum corpus mutabile in varia concreta.*

XIV. Hinc etiam *Lignum*, quod in aëre libero u aperto comburitur, & Flamma, Fumus, Fuligo, uliginisque Spiritus, Oleum & Sal; atque idem *li-num*, quod in vase clauso, aëris ingressum omnem cludente, igni committitur, & ejus Phlegma, O-um, Spiritus &c. per retortam prolicita, sunt o-nia una eademque substantia materialis, sed quæ *Ligni elementa.*

pro varietate suæ texturæ, mediante motu inductæ, tot diversa schemata repræsentat.

Nitrum. XV. *Nitri* ipsius corpus salinum, dum integrum est, & in crucibulo igni exposito fluit, cum carbonis igniti frusto subinde adjecto maximam partem in flammam abit, imò tres ferè Nitri partes sub flammâ deflagrabunt. Eadem autem flamma in retortâ tubulatâ, propter insufficientem aëris accessum, coërcita in Fumum rutilantem cogitur, qui dein in Spiritum acidum condensatur, quem *Spiritum Nitri* vocamus. Hic verò *Spiritus* cum sale alcali quodam, v. gr. *Tartari*, ad saturitatem mistus, post absolutam effervescentiam, & heterogenei præcipitationem, in pristinum *Nitrum*, illudque denuo inflam̃abile convertitur & redit. Ut adeo una eademque materialis substantia sit nunc ignis & flam̃a, nunc aliam in ducens larvam, pro variâ ejusdem texturâ secundum minima corpuscula per motum adquisitâ.

Ignis. XVI. *Ignis* igitur non est distinctum quid ab aliis corporibus, & *deflagratio* est actus dissolutionis corporum plus minus sulphureorum, quæ aëre resoluta & rarefacta repræsentant nobis tale ens, quod vulgò *Ignem* vocamus. Ita ut in Igne considerandum sit 1. *Subjectum* ignitum, quod sunt corpora plus minus sulphurea, sive oleosa & pinguia. 2. *Medium* ignitionis, quod est aër. Cæterùm quòd *Ignis* consistat in solutione corporum mediante aëre, probatur exemplo *Cupri*, cui si affundatur Spiritus Nitri, ex mutua actione & reactione calor orietur intensissimus, evolabit fumus, imò interdum ignem ac flammam concipiet.

Scintillulæ. XVII. Sic *Scintillulæ* nil aliud sunt, nisi particulæ sulphureæ per motum istum Silicis violentum ab Aëre nitroso reclusæ & accensæ, quod potest probari microscopio, si per illud particulæ in charta

ex-

:xceptæ inſpiciantur: vid. *Hoek* in *Micrograph.*

XVIII. Patet hinc, omnia corpora conſtare ex unâ ſimpliciſſimâ materiâ, per ſuperinductum motum in minutiſſimas particulas confractâ, quæ cùm diverſiſſimarum figurarum ſint, varientque etiam magnitudine, ſitu, ordine & motu; fit hinc, ut pro vario illarum concurſu atque coalitu tot diverſiſſima in univerſo Mundo corpora oriantur.

XIX. Cùm autem videamus, omnia corpora generari, nutriri, augmentari & corrumpi, ſucceſſivè ac inſenſibiliter, per minimas materiæ conſtituentis particulas, ita ut ex harum *ſyncriſi* ſeu unione, certâ *diacriſi* ſeu ſeparatione, & *metaſtaſi* ſeu tranſpoſitione variâ fiant, intereant & alterentur diverſimodè corpora; non abs re erit, multifarias ejuſmodi ſubtiliſſimas particulas pro *principiis* corporum *materialibus* ſive *elementis* aſſumere. Texturæ autem certæ particularum in corporibus, & inde natæ variæ, reſpectu noſtri concipiendi modi, proprietates, reverâ ſunt id, quod vulgò *ſubſtantialis* aut *eſſentialis forma* dicitur. *Principia corporis humani.*

XX. Particulas illas minutiſſimas Veteres vocâ-runt *Atomos*, quaſi *indiviſibiles* ſeu non diſſecabiles; ubi tamen diſtinguendum eſt inter *diviſionem realem* ſeu *phyſicam*, & *mentalem* ſeu *mathematicam*. *Atomi* ſunt quidem indiviſibiles *phyſicè* & *realiter*, *mathematicè* verò minimè. Ex his ergo principiis materialibus cùm reverà corpora conſtent, veriſſimum hinc quoque erit, corpora omnia conſtare è materiâ; quia verò hæc materia iners eſt, & omnia, quæ fieri debent, fiant per motum, cujus vis exercetur in ſeminibus, exinde procedit vel oritur *Generatio*. Rectè proin ſubſtantia materiæ dividitur in minuta fruſtula, quæ habebunt ſuam certam figuram & magnitudinem, & propterea quoque reſpectivè ad ſe *Atomi.*

invicem certum ordinem & ſitum in materiâ. Hinc minimæ iſtæ moleculæ ſ. particulæ per unionem componunt omnia corpora; per reſolutionem verò & ſeparationem deſtruunt; per metaſtaſin denique ſeu tranſpoſitionem immutant eadem & alterant.

Vitrum. XXI. Probant hoc ipſum exempla. *Vitrum* eſt productum artificiale multiplicis actionis; fit ex particulis minutis *Cinerum* & *Salis alcali fixi*, quæ in igne coëunt in *Vitrum*, tanquam productum tertium. Vel ſumatur *Cinnabaris*, & conſideretur ejus geneſis, ex *Sulphure* & *Mercurio vivo*, commiſtis & ſublimatis dependens, quæ dant novum corpus, proprietates planè alias ab iſtis duobus habens. Sic *Minium.* *Minio*, quod nihil aliud eſt quàm *Plumbum calcinatum*, ſi affundatur *Acetum deſtillatum*, aut alius liquor acidus, emergit liquor dulcis, ſaccharo dulcior. Quòd ſi porrò Phlegma ſeu Acetum deſtillatum evaporet, habentur in fundo & lateribus Cryſtalli dulces, candidæ, ponderoſæ, perſpicuæ, planè differentes à *Minio* & *Aceto deſtillato*.

Vinum. XXII. Inſuper, ne ſolùm in arte factis hæreamus, ſiſtamus ex nativis *Vinum*, cujus v. gr. liquor primogenitus, qui verè defluit ex palmitibus, ſi deſtillatur tantillum acidus exiſtens, nil certè dabit niſi phlegma & pauxillum ſalis acidi. Interim ex hoc liquore creſcunt Folia, poſtea Baccæ, in quibus adhuc immaturis Succus auſtero-acidus contentus eſt. Porrò Succus, è maturioribus baccis expreſſus, dat *Muſtum*, Muſtum dat *Vinum*, Vinum exhibet *Tartarum*, *Fæces* & *Acetum*, atque hæc tandem *Phlegma* & *Spiritum*, quæ toto cœlo à ſe invicem differunt. Hæc mille producta ſecundum ordinem fiunt ex *Aquâ ſimplici*, conſtante ex minutiſſimis particulis in motu conſtitutis, quæ diverſimodè intertextæ & trans-

transpositæ dant tam varia nova concreta.

XXIII. Similiter *Vinum* in phiala hermeticè clausâ, ita ut nequeat substantiæ separatio contingere, blando calori expositum, in *Acetum* degenerat, per nudam particularum minutissimarum transpositionem. Porrò accipiatur *Sal Tart. fixum*, affundatur illi *Liquor Salis acidus*, ex ambobus efferveſcentibus novum Sal regenerabitur, ac ita per syncrisin novum Corpus prodibit. Quòd si ergo particulæ *homogeneæ* concurrant, constituunt corpus *simplex*; sin *heterogeneæ*, *compositum* efficient. Sic enim v. gr. *Aqua* est corpus simplex, quod constat ex particulis minutis ejusdem essentiæ, parvis, oblongis, rotundis, utraque extremitate nonnihil acutis, quæ invicem unitæ constituunt *Aquam*. Ex hac *Aquæ* structurâ omnes illius proprietates demonstrantur: si enim istæ particulæ in continuo sunt motu, dant *Aquam limpidam*; sin verò mutuo sibi intertextæ impediuntur in motu, constituunt corpus durum seu *Glaciem*; sicut, si sine intermistione heterogenearum molecularum existat Aqua, erir hæc & vocabitur *insipida*. Tandem si particulæ illæ celerius ac in sublime moveantur, *Vapor* audit & nuncupatur.

Acetum. *Aqua.* *Limpida.* *Glacies.* *Vapor.*

XXIV. Cùm verò omnes hæ particulæ sint *materiales*, adeoque *quantæ*, necessariò proprietates suas quantitativas & mechanicas, h. e. determinatam figuram ac magnitudinem, certum ad se invicem ordinem & situm habebunt; unde pro variâ particularum talium, mediante motu, unione & texturâ diversâ necessariò fient & exurgent diversa corpora, horumque multiplices ac differentes affectiones.

Corporum varietas.

XXV. *Textura* ista particularum constituens corpora, prout diversâ ratione afficere valet Organa

Qualitates.

nostra sensoria, ita quoque erit fundamentum tot conceptuum diversorum in nostra mente, ratione quorum è nobis tot diversa corporibus istis attributa sub *Qualitatum* nomine adscribuntur, tanquam tot accidentium realium, cùm reverà non sint entia talia, sed duntaxat materiæ modi, ex particularum minimarum diversâ texturâ oriundi, non realiter ab ipsa materiâ ita contextâ differentes, sed nostro solùm concipiendi modo.

Exempla. XXVI. Res clarior evadet exemplo: quando nempe *Spiritus sulphuris* perspicuè acidus, rodit *Venerem*, ex utriusque unione fit *Vitriolum Veneris*, constans solùm ex particulis acidis, certo modo particulis venereis intertextis, ex qua novâ texturâ fit corpus *cæruleum*, *rhombiforme*, *opacum*, *adstringens* gustu & *nauseosum*, *frigidum*, *inodorum*, *purum*, *glabrum*, &c. quæ omnia attributa seu qualitates à corpore distinctæ æstimantur, cùm nihil sint, quàm diversi corporis concreti modi, ex particularum texturâ novâ oriundi, solâ ratione in conceptu non reipsa à corpore, cui attribuuntur, distincti.

XXVII. Sed illæ ipsæ contextæ in *Vitriolo* particulæ, prout per texturam novam novo motu linguam feriunt, ac œsophagum irritant, dicuntur *adstringere* & *nauseam movere*; prout lumen incidens certo modo ad oculum reflectunt, dicuntur efficere corpus *cæruleum*; prout certo situ sibi invicem uniuntur seu coëunt in corpus, repræsentant *rhombos*; prout digitis minùs calidæ sentiuntur, quàm ipsi digiti sunt, *frigidæ* dicuntur; prout digitorum pulpæ non cedunt, corpus *durum* constituunt; propter æqualem tamen unionem pulpæ quoad superficiem corpus *glabrum* redditur, & ita consequenter nostris sensoriis tot diversas impressiones faciunt, quæ ceu tot *Qualitates* novæ vulgo æstimantur.

XXVIII.

XXVIII. Particulæ porrò tales per mutuam *Corpora mista.* textaram constituunt mediante motu *Corpora mista*, quâ tamen motus non vagus, sed determinatus est, tam in materiæ compositione, quàm ejus variâ conformatione: adeo ut non nisi vi seminum determinatâ ex istis particulis, fermentativo motu, per salia alteratis, varia efformentur corpora. Sic v. gr. *Ferri* frustum pro varia sui configuratione dat modò *Clavum*, modò *Clavem*, modò *Serram*, &c. Quæ configurationes tamen non differunt realiter à suo ferro, sed sunt unum idemque Ferrum. Si porrò consideramus *Ferrum*, quatenus illud est corpus *frigidum*, *durum*, *ponderosum*, *acutum*, *&c.* varios inde nobis formamus conceptus, & diversas in ipsa statuimus qualitates, quæ tamen non sunt, cùm illud sit una substantia, & quatenus premit manum, dicitur *ponderosum*, atque hæc ponderositas dependet à particularum unione, & arctâ compressione.

XXIX. Ita *Calor* quoque non nisi à motu descen- *Calor.* dit, consistit enim in vehementi ac celerrimâ particularum minutissimarum, inprimis pinguium seu sulphurearum, motione. Accipiatur v.gr. *Spir. Nitri*, qui frigidæ naturæ putatur, infundatur ei *Limatura martis* pariter frigida, misceantur hæc, atque concipient paulatim calorem, tamdiu durantem, quamdiu motus durat. Aut sumatur *Cera*, quæ est corpus durum, & igni exponatur, ita particulæ ejus moveri incipient, atque emollientur; ut adeo mollities in corporis solutione, durities in compactione consistat; sicut è contrario frigus in particularum quiete, asperitas in inæquali superficie, glabrities verò in superficie æquali ponitur.

XXX. Particulæ tales, quæ immediatè corpora *Particulæ corporum elementares* componunt, & in quæ etiam eadem immediatè resolvuntur, *numero quaternario* pro explicandis corpo-

rum phænomenis commodè comprehenduntur; nempe ſunt *Sulphureæ, Salinæ, Aqueæ, & Terreæ,* quæ quidem ſunt *proxima* corporum principia materialia, non tamen *ultima* principia, ſed horum reſpectu potius *principiata*, ex aliis particulis ſimplicioribus, per varias texturæ viciſſitudines priùs conſtructa, unde & ſub reſolutione in alias ſucceſſivè faceſſunt particulas ſimpliciores, utplurimum *aqueas* & *terreas*.

Plurima corpora veniunt ex Aquâ.

XXXI. Ita ut quamplurima, quæ maximè videntur *compoſita*, primò ex *Aqua* per multiplicem particularum aquearum mutationem mechanicam, in alias particulas modò dictas vi ſeminali factam, oriri, & tandem in has ipſas ſub reſolutionibus, deſtructâ ſeminum poteſtate, ultimò redire videantur.

Cur quaternarius elementorum numerus aſſumtus ſit.

XXXII. *Quaternarius* autem hic numerus ob id aſſumitur, quòd ſufficiat optimè pro explicandis phænomenis corporum, à materia ſeu concreto dependentibus, & earum aut omnium aut aliquarum præſentia, variatâ tantùm proportione, deprehenditur in iiſdem.

Particulæ ſalinæ.

XXXIII. Particulas has inter primatum ducunt, & magis ferè præ cæteris activæ ſunt *ſalinæ*, acutæ, rigidæ, penetrantes, ſcindentes quaſi & pungentes, linguam, cujus reſpectu ſapidæ ſunt, notabiliter afficientes, in Aquâ facilè reſolubiles, & cum eâ etiam facilè unibiles, quæ generali ſub differentiâ ſunt *acidæ & alcalinæ*, indeque mutuâ factâ unione oriundæ *ſalſæ ſeu enixæ*. Hæ inſtrumentaliter præcipuarum in rerum natura operationum, nempe *coagulationum, diſſolutionum, fermentationum & efferveſcentiarum, ſolutionum, præcipitationum*, & quamplurimarum aliarum in corporibus inſignium mutationum ſunt primarii authores.

Salium diviſio.

XXXIV. *Salia* autem ſunt vel *fixa*, vel *volatilia*: *Fixa* in igne durant, *Volatilia* verò avolant: ſic *Sal ammo-*

mmoniacum est Sal compositnm, alcalinum sive uri-
osum & acidum in se continens. Quòd si ab
isce duobus salibus unitis aliæ partes terreæ sunt
xtrusæ, vocatur illa actio *præcipitatio*, e. gr. *Vitrio-
um commune* nihil aliud est, quàm *Venus* & *Minera
Martis*, à *Spiritu Sulphuris* soluta ac præcipitata.

XXXV. Sub generali autem *acidi* & *alcali* nomi-
e innumerabilis salium, tanquam particularum ma-
gis activarum, diversitas comprehenditur, cum tam
rinosa quàm *acida* mille modis, pro varietate con-
retorum, in quibus existunt, secundùm proprieta-
es mechanicas inter se differant; unde & tam va-
iis modis inter se & cum aliis mutuò uniri ac com-
inari, diversi quoque *Sapores*, atque diversissima Sa-
a seu enixa exinde componi possunt. Ex horum
mnium varietate tandem speciales quamplurimæ
perationes naturales derivandæ sunt in corporibus.

Salia acida & alcalia sunt plura ac diversa,

Inde Sapores atque Operationes variæ.

XXXVI. Inprimis *fermentationes & effervescentiæ*
ependent à salium activitate, quæ sunt media trans-
mutationum & digestionum in corpore animali. Est
utem *fermentatio motus intestinus particularum minu-
rum, corpus mistum constituentium, ortus à mutua Sa-
ium alcali & acidi, in unoquoque misto existentium,
ed resolutorum, in se invicem actione*, quâ omnes re-
quæ mistum componentes particulæ inter se variè
ommiscentur, & agitantur, donec sequatur aut ul-
ima misti talis resolutio, aut nova ejusdem altera-
io à salium mistorum nova unione, aut saltem con-
emperatione dependens.

Fermentationes à Salium activitate.

XXXVII. Bina illa Salia, *acidum* & *alcali*, repe-
iuntur in omnibus tribus Regnis, maximè in *Mine-
ali*, & specialius in *sulphuribus Mineralium*: nun-
quam enim in tota natura reperitur *sulphureum*, cui
on ex parte adjunctum sit *acidum* suum. *Metalla*
tiam turgent talibus *Sulphuribus*, *Salibusque sulphu-*

Alcali & acidum in triplici Regno inveniuntur.

reis acidis. In *Vegetabili* regno inprimis *Ligna acidum* eructant *ſpiritum volatilem*; unde quod in combuſtione oculos morſicat, eſt acidum in illis latens.

In Regno animali nulla acida manifeſta.

XXXVIII. In *Animali* Regno parciſſimè habentur *acida manifeſta*, quia ſemper ſub *oleis* ſolent latitare; & ſi quæ ſunt, *volatilia* maximè exiſtunt, nec ita manifeſta ſicut in Inſectis variis, *Formicis* v. gr. quarum cumulo ſi *Flores cærulei Borraginis* aut *Cichorii* injiciantur, colorem ſuum mutant, & rubedinem induunt, argumento, Formicas acidum ſpirare, quod coloris illius mutationem præſtare valeat. In præternaturali dein ſtatu *Acidum* non rarò in Ventriculis, Inteſtinis, atque Ulceribus corporum humanorum ſeſe prodere ſolet. Sal *acido* oppoſitum eſt *Urinoſum*, aliâs *Alcali* & *Lixivioſum* dictum. Sunt *urinoſa Salia* duplicia; vel *volatilia*, (*nativa dicta*) quia non in igne perſiſtunt, ut ſunt *Sal. volat. C. C. Viperarum, &c.* Vel *fixa* (*artificialia* dicta:) ſic in *Spir. urinæ hominum* & aliorum animalium luxuriat ac latitat tale *Sal volatile.*

Sal urinoſum.

In Regno Vegetabili Salia urinoſa.

XXXIX. In Regno *vegetabili* etiam habentur talia *Salia Urinoſa*, modò *acriora*, ut in Plantis ſapore cauſtico conſtantibus e. gr. *Armoracia, Sinapi, Cochlearia, &c.* modò *temperatiora* & *blandiora*, quali præditæ ſunt Plantæ aromaticæ, *Mentha, Abſinthium, &c.* in quorum blando oleo ſubſiſtunt *Alcalia Volatilia.* Denique occulta etiam *Volatilia Alcalia* inveniuntur in Plantis *Vulnerariis.*

Cur urinoſa vocentur.

XL. Sal verò *urinoſum* ita vocatur à ſapore & odore, quos ferè ſimiles habet cum Urinâ hominum. Aliâs termino uſitatiore nuncupantur *Alcalia* ab Herbâ *Kali*, apud Ægyptios copioſè juxta Nilum fluvium creſcente, quæ à veteribus Ægyptiis in cineres cremabatur, à quibus dein copioſiſſimum Sal uri-

noſum

nosum fixum, quod *Kali* nominârunt, eliciebant, unde præposito Arabum articulo *Al*, ortum est vocabulum *Alkali*, quasi dicas *Hoc Kali*. Hoc nomen dein latius fuit extensum, non solùm ad Salia omnia Vegetabilium, sed etiam ad qualiacunque Salia Acidis opposita, tam fixa, quàm volatilia, cujuscunque etiam Regni vel Prosapiæ fuerint.

XLI. Quod verò attinet *Urinosa artificialia* seu *fixa salia*, ea non præexistunt in ipso concreto ante calcinationem, sed potius fiunt per artificium ignis, nempe per liquefactionem *Sulphuris acidi* & *Salis volatilis*, quæ duo invicem se arripiunt, coëuntque in *Sal salsum*. Talia *Alcalia fixa* seu *artificialia* repe- riuntur in *vegetabili* & *minerali Regno*, magis quàm in *animali*. Ulterius quando *acidum* & *urinosum* conjunguntur, mediante subjecto liquido coëunt in *Sal mistum*, novum compositum, ex utrisque constans. Tale est, quando *Sal. Tart.* & *Spir. Vitrioli* conjunguntur; tunc enim *Sal tertium* & *enixum* emergit, *insipidum* ferè vel *salsum*, quod *Tartarus vitriolatus* est. Sic etiam *Spir. Salis* cum quocunque Sale volatili urinoso junctus constituit *Sal ammoniacum*. *Salia urinosa fixa.*

XLII. Tandem observandum, quòd præter *urinosa* dentur etiam Subjecta *terrea* quasi *alcalia*, cum acidis etiam effervescentiam excitantia. Sic v. gr. si affundatur *Spir. Salis Limaturæ Martis*, fit effervescentia. Idem fit, si *Spir. Salis Cretæ* aut *Terræ sigillatæ*, aut si *Acetum destillatum Coralliis* affundatur; sunt enim hæc concreta partim corpora porosa, instar alcalium fixorum, partim in se habent alcalia volatilia occulta, sub solutionis actu emergentia. Cæterum, ut *alcalia* dixi esse duplicia, *volatilia* & *fixa*; ita ex his *salsa* seu *enixa* emergentia, etiam erunt duplicia, *volatilia* scilicet, quæ in Igne avolant; & *Terrea alcalia.*

fixa,

fixa, quæ permanent. Aliàs tamen ſubinde Autores ludunt in vocabulo *Salſi*, illudque citra rationem opponunt *Acido*, quod obſervandum in lectione *Zwelferi*, qui *ſalſa* vocat *Salia volatilia urinoſa*, cùm tamen *ſalſum* propriè innuat *Sal* compoſitum ex *Alcali* & *Acido*.

Salſa.

Ratio unionis alcali & acidi.

XLIII. Ratio, cur *Alcalia* & *Acida* coëant invicem, eſt, quia *alcalia* ſunt corpora valdè poroſa & quaſi majora, *acida* contrà rigida, ſcindentia, minora, minusque poroſa, adeoque etiam hæc duo promptiſſimè uniuntur per motum in ſpatiis alcalinarum.

Fermentatio Muſti & Vini.

XLIV. *Muſtum* fermentando extrudit particulas heterogeneas & non unibiles, quæ fundum petentes dicuntur *Feces*. Sic *Vinum fermentans* mutatur in *Acetum*, hoc verò ulterius fermentando abit in *Situm*, poſt ſitum fateſcit in *Aquam*.

Efferveſcentia.

XLV. Proxima Fermentationi eſt *Efferveſcentia*, quanquam enim utraque à ſalium activitate mutuâ oriatur, diverſus tamen eſt eorundem ſtatus; ſi enim ſunt aliis permiſta particulis, impedita quaſi blandius agunt & ſolùm fermentationem cient; ſin verò puriora & minus permiſtâ ſint, adeoque acriora exiſtant, impetuoſius in ſe mutuo agunt, & fortiori invicem colliduntur motu, adeoque majorem efferveſcentiam cient, donec brevis facta ſit per debitam unionem omnis pugna & hinc efferveſcentia ceſſet.

Particulæ ſulphureæ.

XLVI. *Sulphureæ* ſeu *pingues* corporum particulæ à quibuſdam dicuntur *Ignis* mixti *concretus*, item *Subſtantia inflammabilis*: reſpectu inflammabilitatis à reliquis corporum elementis differunt, & concreta, quibus inſunt, inflammabilia reddunt. Vocantur quoque *Olea* propter unctuoſitatem, licèt Olea non ſemper merè ſulphurea & inflammabilia ſint. Particulis

Olea.

ticulis ejusmodi sulphureis textura ramosa, flexilis, atque in se invicem facilè implicabilis ab hodiernis Physicis adscribitur. Inflammabilem autem talem substantiam æquè *mineralibus*, v. gr. Sulphuri, Bitumini, Antimonio, Nitro; atque *vegetabilibus*, horumque resinis, ac Oleis tam expressis quàm destillatis; & *animalibus* denique, v. gr. horum Pinguedini inesse, experientia quotidiana testatur.

XLVII. Per *aqueas* s. *phlegmaticas* particulas Auctores unanimiter intelligunt liquidiorem, insipidam, & ad solvenda salia aptam substantiam, moleculis oblongis, rotundis, flexibilibus constantem. Hoc principio Vegetabilia & Animalia in suis succis, magis quàm Mineralia dotata sunt. *Inflam̃abiles particulæ in singulis Regnis.*

XLVIII. Ultimum corporum principium *Terreas Particulas* diximus, quas aliàs Chymici vocant *Caput mortuum*. Sunt autem Concretorum particulæ siccissimæ, non inflammabiles, & aquæ & ignis potentiæ resistentes, quæ in corporibus solidioribus idem præstant, quod aquæ in liquidis, hoc est, spatiosa inania cæteris principiis interjecta replent, hæcque discontinuant, & volatiliores particulas sibi implicatas retinent, imò his & toti concreto firmitatem conciliant. *Principium terreum.*

CAPUT II.
De Partibus Corporis humani.
§. I.

CORpus humanum cùm nihil aliud sit, quàm structura fibroso-vasculosa, diversi generis in se comprehendens succos, haud immeritò dividi solet in Partes *solidas* seu *firmas*, & *liquidas* seu *fluentes*; vel in *sensibiles* atque *insensibiles*. Partes *solidæ* dicuntur, quarum particulæ componentes sibi invicem firmiter con- *Divisio partium corporis in solidas & fluidas.*

connexæ manent, eundemque inter se situm retinent: tales sunt *similares* ex coalitu particularum elementalium firmo natæ, *Fibrarum* nomine venientes: *dissimilares*, ex coagmentatione similarium oriundæ: & *organicæ*, ex fibris & vasculis pluribus aut paucioribus invicem connexis, ac debitam structuram sive conformationem nactis, constantes, atque certis vel debitis functionibus mechanicè perficiendis destinatæ.

Partes solidæ. II. Partes ergo tales *firmæ* sunt v. gr. *Vasa* humores intra se fluentes coërcentia; atque *Organa* s. *Instrumenta* varia, taliter contexta, connexa, & figurata, s. conformata, ut ob singularem hanc fabricam certos quosdam motus perficere & exercere queant, si causa movens accedat. Ubi facultas edendi hos motus *Functio* à Celeberr. *Bœrhavio* vocatur, s. *Actio*, quæ non nisi per leges mechanicas fiat & explicari queat; atque eapropter in istis partibus firmis deprehendi ait fulcimenta, columnas, trabes, propugnacula, hypomochlia, cuneos, vectes, trochleas determinantes, funes, prela, folles, cribra, filtra, canales, ac receptacula.

Fluidæ partes. III. *Fluidæ* partes vocantur, quarum particulæ continuo motu inter se invicem agitantur, rotantur. Continentur autem intra partes solidas, seu vasa & vascula omnivaria, arterias, venas, tubulos lymphaticos, nervosos &c. inque his moventur, miscentur, separantur, mutantur, in motu suo determinantur; atque sic reciprocè vasa cum annexis instrumentis agitant, horum parietes perpetuâ allisione atterunt, mactant, iterumque restituunt. Ubi tales actiones fiunt & explicari solent juxta regulas hygrostaticas, hygraulicas, mechanicas in universum; adcuratissimâ habitâ ratione texturæ s. naturæ & craseos uniuscujusque humoris, & actionis ejus.

IV.

IV. Partes *inſenſibiles* corporis, rectius ſecundùm Waldſchmidium intelligibiles dictæ, ſunt minutiſſimæ illæ moleculæ elementales, ad compoſitionem corporis accedentes, quæ in ſenſus non incurrunt, licèt revera exiſtant, & ratione atque effectu facilè demonſtrari poſſint, dum earum ope natura, craſis & textura humorum, non ſecus ac medicamentorum virtutes & efficacia evidentiſſimè explicari valent ac ſolent. *Partes inſenſibiles.*

V. *Senſibiles* partes ſunt, quæ magis compoſitæ exiſtentes ſub ſenſibili quadam formâ in ſenſus noſtros incurrunt, & ex inſenſibilibus compoſitæ exiſtunt. Ita v. gr. ex particulis ejuſmodi minutis, in ſpecie *ſalinis* ac *ſulphureis*, *Sanguis* & *Lac* ſive *Chylus*, ſucci corporis noſtri primigenii, mediatè conſtant; & per conſequens totum corpus, ab humoribus nutriri conſuetum, materialiter ex iiſdem erit compoſitum, quemadmodum id inter alia ejuſdem reſolutio chymica confirmat. *Senſibiles.*

VI. Partes *ſolidas* Anatome diſcutit & explicat juxta varias Corporis contignationes, ſicque dividit primò Corpus in *Truncum* & *Artus*, Truncum verò ſubdividit in tres *Ventres*, *ſupremum* ſive *Caput*, quod Cerebrum in ſe fovet, *medium* ſ. *Thoracem*, Cor & Pulmones complectentem, & *infimum* ſ. *Abdomen*, quod varia in ſe viſcera, Ventriculum, Hepar, Lienem, &c. comprehendit. *Diviſio partium ſolidarum,*

VII. Partes *fluidæ* ſunt vel *Humores*, vel *Spiritus*. Humores, qui ſenſum viſûs ſubeunt, ſunt vel *principales*, Chylus ac Sanguis, vel *minus principales*, qui à principalibus deſcendunt; atque hos dividere nonnulli conſueverunt in *utiles*, qui aliquam adhuc corpori utilitatem & commodum præſtant, in eo manentes, & *inutiles* ſ. *excrementitios*, qui tanquam corpori inutiles, & ubi manerent, incommodi ſ. *& fluidarum.*

moleſti

molesti futuri, ex eo penitus excernuntur. Inter *utiles* recensentur v. gr. *Lympha*, *Bilis*, *Succus pancreaticus*; ad *inutiles* verò referuntur *Urina*, *Mucus narium*, vel *palati*, *Sudor*, &c.

CAPUT III.
De Temperamentis.

§. I.

Temperamentum elementale, TExtura ista particularum minutarum, componens particulas similares, constituit revera eorundem *Temperamentum*, *elementale* dictum: sicut eadem particularum textura liquida, sanguinem componens *Crasin* hujus *seminalem* efficit, unde *Temperamentum vitale*, quod alias in calido & humido *vitale,* consistere dicitur, pro variâ sanguinis materiali miscelâ in universum corpus derivatur.

II. Cùm autem in partibus fluidis consideremus temperiem & mixtionem, in solidis autem porum constitutionem, ac filamentorum mollitiem & rigiditatem, *Temperamentum*, juxta Waldschmidium, de- *Definitio.* finiri potest, quod sit qualitas vel certa corporis dispositio, à fluidorum legitimâ temperie & mixtione, ac partium solidarum debitâ texturâ & pororum configuratione dependens.

III. Sanguis profectò is *temperatus* & probè mixtus *Sanguis temperatus,* dici meretur, cujus omnes & singulæ particulæ convenienti ordine, magnitudine, situ, motuque inter se ita conveniunt, ut nulla qualitas præ cœteris aliquod prædominium obtineat.

IV. Quod autem vulgò de quatuor Temperamentis dicitur, quasi Elementis quatuor sint innixa, illud falsum omnino est. Eatenus tamen ea concedi & admitti possunt, quatenus statuitur, quòd quorum sanguis abundat sale volatili oleoso acri, ii dici possint

possint *Temperamento cholerico* esse præditi. Sicut ui Sal fixius cum particulis occultè acidis prædo-ninans habent, *Melancholici*: quorum item sanguis x debitâ balsamico - gelatinosarum particularum rædominantium mixturâ constat, *sanguinei*; ac andem, quorum lympha obruit salia & sulphureo-leosas sanguinis particulas, *Phlegmatici* nuncupari onsueverunt.

V. Adeoque parum referet, sive dein juxta Ari-otelicos talia temperamenta dicamus aut vocemus alida & humida, calida & sicca, frigida & humida, rigida & sicca*; sive juxta Galenicos *sanguinea, cho-rica, phlegmatica* & *melancholica*; sive tandem juxta strologos, *solaria, lunaria, jovialia, martialia, sa-trnina, mercurialia* & *venerea* appellemus.

VI. Ad intelligendam verò melius obscuram am, atque dubiis multis involutam de *Tempera-entorum* naturâ & varietate doctrinam, notare ju-et *Waldschmidius* in *Institut.* Sanguinem humani cor-oris è particulis indefinitæ figuræ, seu texturæ ma-imè variantis, componi, acidis, sulphureis, salinis, latinosis, gummeis, aquosis, aliisve, quæ diversis arum superficierum, vel extremitatum ac promi-entiarum angulis, varios poros, seu interstitia variæ orment, ut materia primi elementi, seu subtilissi-a Mundi, nunc citius nunc tardius, prout plus vel inus in motu suo rectilineo sive etiam spirali im-ditur, ea torrentis instar permeet, atque sangui-m nunc velocius agitet, & *Temperamentum cali-m* producat; nunc verò eundem segnius commo-at, & *Temperamenti frigidi* auctor existat.

Sanguinis particulæ componentes.

VII. Quòd si Sanguis ex debitâ balsamico-gela-osarum particularum mixturâ constat, adeoque lphureæ lacteæ, in corde promtè rarescentes, ad tritionem valdè idoneæ, in eo prædominentur.

Temperamentum sanguineum. *Temperamentum* communiter appellatur *sanguineum*. Quorum verò ſanguis abundat ſale volatili oleoſo, inflammabili, unde ſpiritus evadunt magis ignei, corpus calidius, pulſus vehementior, ſomnus brevior, faciei color minus floridus aut rubicundus, habitus corporis ad ſiccitatem magis inclinans, illi

Cholericum. *Cholerici* ſive *Temperamento bilioſo* præditi, ad iram valdè proclives eſſe dicuntur.

Phlegmaticum. VIII. Quorum porrò Sanguis pluribus lymphaticis, ſeroſis ſive aquoſis, plus minus craſſis, aut viſcidis, pituitoſis, ſalia activa & ſulphura valdè diluentibus, obtundentibus, ſive deprimentibus particulis abundat, *phlegmaticam*, *ſeroſam* aut *pituitoſam* *Temperiem* poſſidere creduntur; atque hi Homines ſomnolenti ſunt, pallido faciei & totius corporis colore, cum aliquali mollitie præditi, facilè frigent, crebrò ſputant, ingenii ſunt hebetioris vel tardioris, ſanguinem habent minus fermenteſcibilem, atque hinc vaſa ſanguiveha non adeo diſtenta.

Melancholicum. IX. Si verò particulæ occultè acidæ, pituitoſæ, ſalinæ fixæ, terreſtres & fœculentæ præ aliis in Sanguine prædominium tenent, *Temperamentum* audit *melancholicum*, ſubinde *atrabilarium*, quo præditi Homines evadunt cogitabundi, triſtes, melancholici, hypochondriaci, ſemper in uno peccantes extremo, modò nimis voraces, aut abſtemii maximè, ab alimentis aſſumendis pertinaciter abſtinentes: utplurimum triſtes valdè, ſolitudinem amantes, & conſortia Hominum fugientes; aliquando tamen etiam in hilaritatem profuſi; alvum habentes modò fluidiorem, modò ſegniorem, ſicciorem, aut contumaciter obſtructam; valetudinarii ſemper, & nunc de his, nunc de aliis incommodis querentes, vagabundi, inconſtantes, nunquam contenti, increduli, undiquaque medelam ſollicitantes, quamprimum

pigriore

um Temperies iſta in Intemperiem, vel Cacochy-
iam melancholico-ſcorbuticam, aut hypochon-
iacam, prout fieri ſæpius conſuevit, converſa fue-
:.

X. Sed enim ejuſmodi Temperamentorum Spe- *Temperamenta compoſita.*
es vix unquam *ſimplices* invenire datur; quin *com-*
ſitæ ſemper ita exiſtunt, ut adcuratè omnes ſive
umerare, ſive deſcribere minimè poſſibile ſit, cùm
pendeant unicè à diversâ mixturâ ſive craſi par-
cularum minimarum Sanguinem & Humores com-
onentium, ſalinarum, acidarum, alcalinarum, ſul-
urearum, aquoſarum, volatilium, fixarum, terre-
ium, gelatinoſarum, aërearum, &c. Quis autem
quam proportionem diverſiſſimam talium inter
molecularum in compoſitione humorum apud
gulos Homines divinare vel determinare exactius
tuit? Denominatio tamen ſemper à potiori con-
evit fieri, id eſt, ab iis particulis, quæ prædomi-
um in Humoribus tenent; hincque *Temperamenta*
oque *mixta*, ſive *compoſita* ſtatui debebunt, v. gr.
ando duplicis generis particulæ ſimul abundant,
alescunque demum illæ fuerint; unde *Temperies*
urgunt *Sanguineo-blioſæ, ſanguineo-pituitoſæ, ſan-*
ineo-melancholicæ, ſanguineo-ſeroſæ, ſalſæ, acidæ,
alinæ, ſulphureæ, blioſo-ſalſæ, bilioſo-melancholicæ,
oſo-ſeroſæ, & ſexcentæ aliæ.

XI. Dum autem in deſignandis ejuſmodi Tem- *Quaternarius Humorum numerus imaginarius.*
amentorum differentiis Humorum nominibus
mur juxta Veterum doctrinam, eo ipſo neutiquam
robatam volumus eorundem opinionem de exi-
ntiâ quaternarii Humorum numeri in Sanguine,
m hactenus non potuerit ſolidè evinci, quatuor
uſmodi Humores in Sanguine formaliter exiſtere,
e naturaliter, ſive præternaturaliter conſtituto,
mo enim *Bilem, Phlegma, Melancholiam*, aut *San-*

guinem propriè ſic dictum, tanquam humores à ſe invicem eſſentialiter diſtinctos, in eo hactenus invenire, aut demonſtrare potuit. Anile verò, & vanum eſt Antiquorum refugium, quando in Sanguine per Venæſectionem extracto quatuor iſtos Humores præcipitari, adeoque demonſtrari poſſe contendunt, tantum enim abeſt, ut illi ſub diversâ ejuſmodi facie præextiterint, ut potius veroſimilius ac probabilius ſit, eos ex turbatâ Sanguinis, per Ven. Sect. extracti, mixtione ab aëre externo factâ, atque particularum ſpirituoſo-volatilium exhalatione, recens combinatos vel productos eſſe.

Temperamenta juxta qualitates commentitia.

XII. Sed & infirmo ſtant talo denominationes Temperamentorum, atque diviſiones in *calidum, frigidum, humidum* & *ſiccum*; in *calidum* & *humidum, calidum* & *ſiccum*, *frigidum* & *humidum*, *frigidum* & *ſiccum*; utpote deſumtæ à quatuor fictitiis illis Ariſtotelico-Galenicorum Qualitatibus primis, *Caliditate, Humiditate, Frigiditate* & *Siccitate*; quum enim fundamentum illarum conſiſtere tantùm videtur in teſtimonio Senſuum, & in relatione ad Senſus noſtros: lubricum certè illud & infirmum planè èſt, quoniam Senſus noſtri in explorandis illis qualitatibus à ſcopo ſæpius multum aberrant, mentemque incautam facilè in errorem deducunt, dum eadem v. gr. Aqua calens uni Homini viſa calidior, alteri minus calida: imò unius ejuſdemque Hominis diverſis membris plus minus calens obveniet.

Comparatio.

XIII. Interim Temperamentum *calidum* & *humidum* cum *ſanguineo*, *calidum* & *ſiccum* cum *bilioſo*, *frigidum* & *humidum* cum *pituitoſo* ſeu *phlegmatico*, *frigidum* & *ſiccum* denique cum *melancholico* comparari facilè poteſt.

Temperies partium ſolidarum.

XIV. Neque tamen à *fluidis* tantùm, ſed & à *ſolidis partibus* dependere Corporum Temperament[a] palam

llam eſt; quatenus in ſolidis conſideranda venit
verſa fibrarum componentium textura, atque ex
is compoſitarum partium ſtructura, conformatio,
t configuratio, in ſingulis Hominibus peculiariter
determinata, ut inde exurgant differentes rigidi-
is ſeu firmitudinis, aut mollitiei & teneritudinis
rarum, nervorum, membranarum, tendinum &
uſculorum gradus, ob quos unus Homo fortio-
m ſive robuſtiorem, alius autem teneriorem, ac
biliorem naturam habere dicitur; id quod in Me-
câ Praxi præprimis & ſingulariter notare oportet,
quidem felicem illius ſucceſſum habere velimus.

XV. Quin & eadem determinata fibrarum & mem- narum textura atque conformatio efficit, ut ipſa- n quoque motiones & oſcillatoriæ agitationes di- ſimodè ab occurrentibus objectis producantur, n his quidem Hominibus vehementius, in aliis ius ſive mitiore cum perculſione contingant; ue ſic diverſæ etiam cogitationes ab uno ſæpius emque objecto in diverſorum Hominum men- us exoriantur. Dependent hinc *Idioſyncraſiæ*, *npathiæ* & *Antipathiæ* Hominum, ſive certæ di- ſitiones & conformationes fibrarum membra- arum ac nervearum in organis præcipuè ſenſo- propter quas unus Homo v. gr amat rem hanc, m alius forſan horret & odit, unus Caſeum, Bu- um, Lac, Vinum deperit, alius eadem ferre ne- t; horrent aliqui Feles, ita ut in deliquia animi nè cadant, ſicubi in Conclavi forſan, inſciis etiam s hæreant; alii hæc animantia magni faciunt, & rare optimè poſſunt.

Origines Idioſyncraſiæ, Antipathiæ, Sympathiæ.

XVI. Notandum verò, tales *Idioſyncraſias* ple- que *congenitas* vel *nativas*, quippe cum Hominibus ıs eſſe, quando Prægnantes vel horrorem quendam improviſo à talibus occurrentibus animalibus

Idioſyncraſiæ congenitæ.

conceperunt, vel hæc aut illà alimenta ad nauseam usque, appetitu sic urgente, comederunt, ac deinceps fastidire cœperunt. Interdum autem ejusmodi *Antipathiæ* sunt adventitiæ, acquisititiæ, quando nimirum Homo cibum aliquem valdè desideratum magnâ cum aviditate copiosissimè devoravit, & postea per reliquam vitam ita fastidivit, ut sine horrore vel nauseâ ori ingerere amplius nesciret.

adventitiæ.

Hystericarum Idiosyncrasiæ.

XVII. Cùm autem hystericis Fœminis, atque etiam hypochondriacis utriusque sexûs Hominibus familiaris soleat esse *Idiosyncrasia* sive *Antipathia*, modò hæc, modò illa, ut v. gr. ferre nequeant odores Flor. Rosarum, Tunic. Lilior. alb. Moschi, Ambræ gryſ. Zibethi, aliarumque rerum fragrantium: imò vel sapores quandoque tolerare harum aut illarum Aquarum destillatarum, hujus aut illius Remedii sive alterantis sive purgantis nesciant, maximè convenit Medico Practico, antequam suis quid Ægrotantibus præscribat, studiosè prius interrogare, quid Patiens quisque facilè tolerare queat, nec ne, sicque ab iis abstinere, quæ adversa ipsi sunt, ac nauseam certam pariunt, vel planè in animi deliquia eundem conjicere valent.

Temperamentorum differentiæ astrologicæ vanæ.

XVIII. An verò Siderum errantium Aspectus inter se diversi, conjunctiones, oppositiones &c. variæ, aliquid ad Temperamenti mutationem, quemadmodum nonnulli sibi imaginantur Medici Astrologi, contribuere valeant, & fluida nostri corporis diversimodè pro phasium mutatione alterare, i[...] verò in dubium meritò vocamus, si Solis atque Lunæ, tanquam Luminarium Cœli maximorum, efficaciam qualemcunque excipiamus, Atmosphæram, quam inspiramus continuè, Spiritus & Humores corporis per excitatas Terræ exhalation[...] multivarias diversimodè afficientem. Ut adeo d[...]

nom[...]

ominationes illas atque diviſiones Temperamen-
orum in *ſolaria*, *lunaria*, *venerea*, *mercurialia*, *jo-*
ialia, *martialia*, *ſaturnina*, non niſi pro ſuavibus
nſomniis, ludicriſque fabulis Aſtrologantium Me-
icaſtrorum habeamus.

Temperierum mutatio.

XIX. Tandem hoc non prætereundum, quo-
iam fluidæ noſtri corporis, ſolidæque partes, fluidis
anſitum perpetuum concedentes, viciſſitudinibus
: mutationibus diverſis in ſingula ferè momenta
bnoxiæ ſunt, ipſa quoque Temperamenta Homi-
um *mutabilia* eſſe, & quidem pro ratione Tempo-
um anni Regionum, Ætatis, vitæ Conditionum,
nimi paſſionum, & Alimentorum diverſorum, actu
oſo variè mutari, ita ut, qui ſuâ naturâ ſanguineus
. gr. fuit, evadere queat cholericus, melancholi-
us, &c.

Ætates differentes Hominum.

XX. Quin hujus ipſius Rei reſpectu tota Ho-
ninum vita non malè diſtinguitur in quatuor æta-
es, nimirum in *Infantiam* ac *Pueritiam*, quæ ad an-
um ætatis decimum quartum vel quintum ſeſe ex-
endit: *Adoleſcentiam* & *Juventutem*, inde uſque ad
nnum 25. pergentem: *mediam* ac *virilem Ætatem*,
25. uſque ad quinquageſimum vel ſexageſimum
ſſurgentem; ac denique *Senectutem*, ad terminum
itæ porrò durantem; quam Senectam aliqui ulte-
us dividunt in *virilem*, intra quinquageſimum &
xageſimum annum exiſtentem; *mediam*, inde ad
ptuageſimum & ultra protenſam, & *decrepitam*,
um infirmitatibus & incommodis diverſis jugiter
onflictantem, abhinc ad extremum vitæ halitum
urantem, & cum morte finientem.

CAPUT IV.

De Vita & Sanitate Corporis humani.

§. I.

Vitalitas. CUm humanum corpus è fluidis & ſolidis partibus mirabiliter ſit contextum, hasque Anatome pandere ſoleat, jam videndum eſt, in quonam præcisè Actus ejus vitalis, ſeu *Vita* conſiſtat & *Sanitas*.

Vita duplex. II. *Vita* eſt vel Hominis vel Corporis humani; *illa* non eſt niſi debita Animæ rationalis, ſive Mentis & Corporis arcta conjunctio; *hæc* verò eſt reciproca, eaque continua partium corporis inter ſe agitatio blanda. Atque ſic Vita talis *formaliter* in machinæ corporis motu, ſeu actione vel actuatione conſiſtit; uſque adeo ut ſi motus illi planè ceſſent, & reſtitui promtè amplius nequeant, mortuum dicatur corpus.

Sanitas. III. Quòd ſi proin rectè & debitè motus omnes, tam vitales quàm animalas in corporis machinâ peragantur, ad quos quidem à naturæ benignitate fabricata, deſtinata fuit, *ſana* illa vel *Sanitate*, hoc eſt, *Vitæ integritate* pollere dicitur. Sin verò perversè ac vitiosè motiones hæ aut illæ in corpore contingant, Machina ipſius malè habere, labefactata eſſe, *Morbus.* ægrotare, ſeu *Morbo* afflicta pronunciatur.

Principium vitæ. IV. Cùm autem Machinæ noſtri corporis vita in motu conſiſtat, quæritur, *quodnam ſit, quod machinam primariò moveat, ſeu quod vitam impertiat? Reſp.* Principium iſtud internum, quod principaliter actuat, & movet machinam hanc animalem, *vitale* ab effectu appellatur, quod aliàs etiam ſpeciali nomine *Anima* dicitur. Quo nomine tamen non intelligimus aliquam ſubſtantiam immaterialem, quia

uia 1. eſt in quibuſdam diviſibilis. 2. quia alias oret indeſtructibilis. 3. quia in non rationalibus ſſet planè inconceptibilis ſeu etiam inintelligibilis. ſque adeo ut qui heic præcisè Animam rationalem ve Mentem pro Vitalitatis, omniumque vitalium ctionum præcipuo auctore, & principali causâ ſive rincipio nobis obtrudere ſategerunt, neſcio quo ovaturiendi pruritu excitati, ſive Homines pro- ius Beſtiis, ſive has magis Hominibus cognatas eſſe elint. Utut autem horum Virorum ſententiæ, lu- ricæ profectò ac periculoſæ, aut certè obſcuræ, & on niſi multis clarorum verborum ambagibus ex- licabili, ſeu veroſimili reddendæ, minus ſubſcri- ere, novumque tale Syſtema Medicinæ approbare er omnia nequeamus, haud tamen eapropter tam elebrium & in Praxi feliciſſimorum Medicorum onæ famæ quidquam derogatum cupimus, ſed ob- ixè potius eos rogamus, ut ſi quæ nobiſcum com- unicare volunt doctiſſima meletemata, ea ſtylo fa- liore, clariore, ac citius inter legendum intelligi- ili, Tyronum, vel horum etiam Præceptorum in gra- am proponere dignentur, benè memores, Vitam revem eſſe, Artem longam, temporisque adeo pre- oſi rationem habendam, quò citius quis Medicinæ ndamenta, clariusque addiſcere, comprehendere, æ memoriæ imprimere, vel explicare etiam queat.

Syſtemata perſpicuo ſtylo tradenda.

V. Revera ergò *principium* hoc *vitale* erit *materiale*, oti viventi coëxtenſum, & propter actionum va- etatem omnibus partibus ac organis intimè præ- ns, ſimulque ob earundem celeritatem, vehemen- am ac diuturnitatem ſummè activum ac mobile.

Principium vitæ eſt materiale.

VI. Hæc & ſimilia attributa non conveniunt, æterquam ſubtiliſſimæ cuidam, volatiliſſimæ, ac obiliſſimæ materiæ, ob id à Medicis, analogicè li- t tantùm, *ſpiritus* appellatæ.

Quid Spiritus vitalis.

VII. Intelligitur nempe hoc ipſo nil aliud quàm *Sanguis*, aut Succus huic analogus in aliis Animalibus ſeu Brutis, in ſubtiliſſimam ſubſtantiam reſolutus, & exactiſſimè volatiliſatus in præcordiis, tam per continuam ſui fermentationem, quàm per non intermiſſam aëris inſpirationem: unde pro actuatione totius machinæ corporeæ unâ cum ſanguine ulterius ex corde quaquaverſum diſtribuitur.

Fundamentum vitalitatis.

VIII. *Fundamentum* ergo *Vitæ* ſ. *Vitalitatis* conſiſtit in Spiritibus, vel in Sanguine (aut Succo in Brutis non ſanguineis huic analogo vitali) utpote è cujus penu continua Spirituum, & concatenata velut eſt reparatio vel regeneratio. Hujus ergo legitima craſis, debitus particularum inter ſe motus, ſimulque blanda per tubulos ſuos circulatio non interrupta, hinc oriunda lenis incandeſcentia, & ſpirituaſcentia, tandemque Spirituum in Cerebro jugiter facta ſecretio, & per nervos in univerſum corpus diſtributio, *radix* eſt *Vitæ ſanæ* vel *ægræ*, *longæ* vel *brevis*.

An vita prolongari poſſit.

IX. An autem *Vita prolongari poſſit*, meritò quæritur? Ubi notandum, terminum Vitæ naturalem, quem omnia corpora ſecundùm naturæ leges habent, in Sanguine & Spiritibus fundatum eſſe, hincque Adamum etiam ante lapſum naturaliter mortalem fuiſſe, utut immortalitatem ſibi per Arborem vitæ, & peccati omiſſionem procurare vel ſervare potuiſſet. Cæterùm Diæta ſive debitum vitæ victusque Regimen conſervat quidem vitam ſanam, ſed eam tamen non prolongat: ut ridendus eapropter ſit Deodatus *in Pantheo*, conſervationem Sanitatis ſolius Diætæ beneficio ad 120. annos poſſibilem faciens, quin potius Vitæ prolongatio, ab eo, qui Vitam Mortemque in ſuâ manu tenet, Cœli Terræque Conditore benigniſſimo, eſt arceſſenda, etiam per natu-

aturalia ac ſublimia remedia id efficere potente, ualia in Regno vegetabili ſe inveniſſe credidit *Helmontius* in *Cedro*, naturæ incorruptibilis exiſtente, ui Tackius *Juniperum*, & Starckius in *Pyrotechniâ Terebinthum* ſubſtituit. Sed cùm *Alcaheſt*, quo Helmontius remedium è Cedro præparavit, vel non ens it, vel nobis ſaltem planè incognitum, ejus quoque præparatio impoſſibilis hucuſque fuit. Alii verò idem Remedium in *Lapide philoſophico*, in *Arcano* vel *Tincturâ ſolari*, in *Panacæis* ſuis, in *Auro potabili*, vel aliis *Arcanis* fruſtrà quæſiverunt, ſuæque vitæ terminum ad eram uſque ſenectam prolongare minimè potuerunt.

X. Plura itaque, vitalitatis reſpectu, Homo cum Brutis habet communia, *ſed ipſi dein Homini propria alterius eſt Anima rationalis*, ſubſtantia illa verè ſpiritualis, immortalis atque inalterabilis, à naturâ corporis eſſentialiter diſtincta, ejuſque proin œconomiâ & functionibus penitus excluſa, atque ſolas Intellectûs ac Voluntatis actiones immateriales ſeu inorganicas, ſibique proprias, perficiens. Ex arctâ tamen ejus *unione* cum *corpore animali* Senſuum oboriuntur miniſteria, atque exercitia in intelligendo, percipiendo, ac judicando, ita ut occaſione certæ commotionis Spirituum animalium, & tubulorum Cerebri medullarium, certi formentur conceptus, imaginationes certæ, ac phantaſmata determinata in Animâ, ſubinde erronea ac delira, quando dictæ commotiones ſeu agitationes perverſâ quadam ratione, ſive vehementius, ſive remiſſius contingunt; ſicut è contrario pro Voluntatis imperio diverſo, certæ Spiritibus animalibus, tubuliſque nervoſis agitationes imprimuntur, ad excitandos motus voluntarios contribuentes. *Actiones cum Brutis communes.*

XI. *Sanitas* itaque eſt ea conſtitutio ſive diſpoſitio partium tam fluidarum quàm ſolidarum, ob *Quid Sanitas?*

quam

quam corpus aptum eſt actiones omnes tam vitales, quàm animales, & genitales exercendi ſecundùm naturam. Quando proin Homo tales actiones edit, vel exercere valet cum aliquâ facilitate, oblectamento, & conſtantiâ, *Sanus* habetur: ſicut viciſſim, ſi eaſdem exercere nequit, aut non niſi cum aliquâ moleſtiâ, dolore, citaque defatigatione perficit, ægrotare dicitur, talisque corporis ejus ſtatus, ſive diſpoſitio præternaturalis, *Morbus* vocari conſuevit.

XII. Conſtitutio proin illa meritò conſiſtere dicitur in legitimâ Partium fluidarum, ſive naturali ſecundùm minimas particulas temperie, craſi, aut mixtione; & in fibrarum, membranarum, atque canaliculorum debita ſtabilitate, conformatione & configuratione.

CAPUT V.

De Spiritibus.

§. I.

Quid Spiritus.

SPiritus in Corpore humano eſt ſubſtantia liquida volatilis, à compedibus, qui illam detinebant, liberata, atque de particulis aëreis, lymphaticis, ac nitroſo-ſubtiliſſimis blandis maximè participans.

Spirituum geneſis.

II. Spiritus *materialiter* eſt ex Sanguine, *formaliter* autem per hujus particularum motum inteſtinum, & aëris inſpirationem generantur. Sed reſolutio talis ſanguinis, & in ſubſtantiam ſpirituoſam volatiliſatio vix, niſi cum tantillâ ejus incaleſcentiâ ac velut accenſione, propter craſin ejuſdem ſalino-volatilem oleoſam, & quaſi nitro-ſulphuream contingente, fieri poteſt.

Eorum diviſio.

III. Sanguinis ita attenuati, reſoluti, & quodammodo accenſi ſubtiliſſimæ portiones, quaſi flammeæ, ſunt iſti *Spiritus*, unde ob id non immeritò à quibusdam

ousdam *luminosi* dicuntur, seu *lucidi*, cùm in sua natura omnes lucis proprietates reverà possideant: qui dum in M. S. micant & gliscunt, *spiritus vitales* dicuntur; dum verò in Cerebro & Nervis liberiori lumine radiant, *animales* appellantur; sicuti iidem, quatenus ova fœcundant, sub fœcundo congressu, munere *genitales* dici solent. Atque hinc est quod alii Animæ vitalis seu brutalis substantiam bipârtitam faciant, *igneam* nempe seu *flammeam*, & *luminosam*. *Lux* autem non est qualitas, sed subtilis materia in continuo motu constituta. *Vid. Digby de immort. Anim.*

IV. Spiritus itaque *vitalis* non est nisi subtilior pars Sanguinis, maximè activa, attenuata, & rarefacta, corpori dans vitalem calorem, nunquam tamen formam sanguinis deponens. Spiritus verò *animalis* subtilitatis gradu à *vitali* differt, ac eapropter sub formâ alicujus auræ subtilioris, invisibilis non immerito concipitur. *Spiritus vitalis,* *animalis.*

V. Spiritum *vitalem* hinc in Corde & Arteriis per continuam agitationem molecularum Sanguinis produci; *animalem* verò per secretionem quandam colatoriam in corticali, vel, si mavis, glandulosâ Cerebri texturâ gigni, indeque in tubulos ejus medullares ad nervorum principia detrudi, perque hæc in omnes nervos corporis universi distribui solent; ut ubique *sensum* atque *motum* efficiant. *Officina generationis Spirituum.*

VI. Spiritibus hisce alii addunt *naturalem*, seu *facultatem naturalem*, sed malè: nam hæc facultas non fundata est in officio Hepatis sanguificatorio; quod cùm falsum sit, etiam *spiritus naturalis* sponte cadit. *Spiritus* etiam *genitalis* nil aliud est, quam *spiritus animalis*, qui ipse in actu generationis *genitalis* nomine venit, cum operationes genitales etiam ad animales pertineant. *Spiritus naturalis non datur.* *genitalis.*

VII.

Gas ſpirituoſum. VII. Præterea cùm *Spiritus* ſubtiliſſimæ ſint ſubſtantiæ ac ſummæ activitatis, rectè ob id à quibusdam de naturâ *Gas* eſſe dicuntur; pro naturâ tamen ſanguinis, ceu materiæ ex qua, *Gas* hoc *ſpirituoſum* reverà naturæ *volatilis*, *ſalino oleoſæ* ſeu *ſalino ſulphureæ* eſſe dicitur, quod per fermentationem & aëris reſolutionem in ſanguine volatiliſatum, & celerrimâ agitatione velut accenſum, inſtar ſubtilis & occultæ flammæ coruſcet, totum corpus calefaciat, & à putredinis corruptione præſervet.

Spirituum textura quaſi cohærens. VIII. *Spirituum* horum ſubtiliſſima, & quaſi radioſa textura lucida, neceſſariò mutuam adhæſionem requirit, quâ abruptâ aut in quodam loco interceptâ, non ſine periculo omnes operationes ceſſant: hinc in ſuſpenſis diſcontinuatio lucis hujus ſpirituoſæ in cauſa eſt, cur in momento omnis facultas princeps cerebri pereat, non aliâ ratione ac ſyncopizantibus repentè corpus pallidum, frigidum, & quaſi mortuum jacet.

Spiritus præſervant à putredine. IX. Cùm autem *Spiritus* iidem Vitæ ſint radices, etiam corpus, quamdiu vivit, ab omni putredine præſervabunt, virtute ſalino-ſulphureo-balſamicâ, non ſecùs ac *Gas ſulphuris* Vina, aut alios liquores facilè corruptibiles, à corruptione præſervat.

Spirituum diſtributio. X. Denique horum *Spirituum*, accenſione velut quadam genitorum, *calor* ſive pernix motus per totam machinam ſe diffundit, pro operationum quarumcunque facilitatione. Non ergo Vita animalium præcisè conſiſtit in calido ſeu calore, cùm animalia quamplurima ſint frigida; imò ipſa animalia calida ſuas habeant viciſſitudines ſecundum magis & minus, ut in Senibus gelidis, cachecticis, leucophlegmaticis & ſimilibus notiſſimum eſt. Eſt ergo potiùs calor conſequens quoddam neceſſarium Vitæ in animalibus calidis.

XI.

XI. Animalia enim duplicis ſunt generis, alia *calida*, alia *frigida*. Fundamentum diverſitatis conſiſtit in ſanguine, aut huic analogo ſucco nutritivo. In quibus enim Hominibus ſuccus talis ſulphureus eſt, pinguior, magis ſalſus, aut etiam reſolutus, volatiliſatus, ac ab aëre excitatus, inſignem ſeu rapidum valdè motum inteſtinum ſuarum particularum, ac quaſi accenſionem ſubit, unde caloris ſenſibilis per totam machinam diſtributio & perceptio.

Animalia calida & frigida.

XII. In *Animalibus* verò *frigidis*, ut in aquatilibus frigidis, *Inſectis*, *Ranis*, *Piſcibus* ferè omnibus, *Serpentibus*, &c. minùs ſulphureis, ſed potiùs nitroſis, aut quaſi ſalinis mercurialibus, Sanguinis ac Succi nutritii reſolutio, volatiliſatio ac illuminatio fit ſine tali rapido particularum motu, aut ſaltem ſine ſenſibili accenſione.

Motus ſuccorum in animalibus frigidis.

XIII. Unde etiam Animalium *calidorum* vis vitalis longè *facilius deſtructibilis* ac *diſſipabilis* eſt, & promptè quaſi *extinguibilis*; ſecus ac *frigidorum*, quorum ſpiritus luminoſi minùs ferventes ac ſubtiles, ſimulque ſubjecto ſeu materiâ nonnihil viſcidiori retiti, non adeo facilè diſſipabiles exiſtunt, quin poſt corpora etiam diſciſſa portiones diviſæ motum & ſenſum, vitamque adhuc retinent.

Vita animalium calidorum minus firma quàm frigidorum.

XIV. Hujuſmodi ergo *Spiritus volatiles* revera illi ſunt, quod alii per *Animam*, alii per *Spiritus inſitos & influos*, alii per *Calidum innatum*, alii per *Ignem animalem*, alii per *Flammulam vitalem*, alii per *Archæum*, vel *Præſidem generis nervoſi*, alii per aliud nomen, pro hypotheſium varietate, explicare voluerunt.

Spirituum nomina varia.

XV. Cæterùm hic obſervanda eſt iſta differentia inter *corpora violenter & conſtantibus viribus vitalibus perempta*, & inter *corpora naturaliter ultimo ſenio*, *vel diuturno morbo* ſenſim emortua. In *his* enim univerſum

Spirituum diſſipatio varia.

ſum *Spirituum* ſyſtema ſucceſſivè evaneſcit & extinguitur, deficiente ſenſim ſupplemento, exiccatisque paulatim fibris partium; unde & animales primò, tandem & vitales pereunt facultates: in *illis* verò ſubitò, ſuppreſſo Spirituum impetu, & ſufflaminato eorundem motu ac radio luminoſo, aliquanta ſubſtantiæ eorum portio, (inſtar ſubtilis fumi aut halitus, à ſubjectis eorum craſſioribus ac viſcidioribus irretita,) partibus adhuc naturaliter remanet, utut formali activitate vitali omnino deſtituta ſint; unde & operationes vel effectus diverſi à corporibus diverſimodè mortuis ſuam originem habent.

Actionum magneticarum origo. XVI. Hinc deducendæ ſunt *Actiones magneticæ* omnes, qualis eſt, quando curaturi *Abundantiam lactis*, jubemus illud emulgere ſupra carbones vivos. Sic notum eſt, quod *Uſnea*, ex Cranio Hominis violenter occiſi procreſcens, ſtupendas habeat virtutes contra *Hæmorrhagias*, quod alius *Muſcus*, qui in cœmeteriis provenit, non præſtat. Similiter ſi admoveatur manus Verrucis, aut etiam aliis Excreſcentiis obſeſſas, corpori ſucceſſivè mortuo, hoc putreſcente evaneſcent illæ.

Origo actionum ſympatheticarum. XVII. Quin & *Spirituum* horum portiones quædam, quocunque medio, vel cum partibus ſolidis, vel per ſanguinem, lac & effluvia, vel alia excreta à toto deciſæ, fundamentum exiſtere videntur omnium *Actionum ſympatheticarum*, quatenus ad hæc eſſentialem cum ſuo concreto habent convenientiam, adeoque ſeparatæ, ſed ante ſui diſſipationem plus minùs alteratæ, ſimilem in toto vel parte, in diſtans licet, alterationem inducent.

Materia Spirituum. XVIII. Materia, è quâ Spiritus animales producuntur, Sanguis eſt, isque arterioſus, qui è Ventriculo cordis ſiniſtro ictibus ſingulis expulſus per Arteriam Carotidem ad tenuem membranam ſive Meninger

ingem aut Matrem piam Cerebri & Cerebelli, inde-ue ad ſubſtantiam utriusque corticalem pervenit, inc in extremitatibus Arteriolarum ſubtiliſſimis er poros inviſibiles Spiritus ſecernuntur in tubulos xcretorios, itidem viſûs aciem effugientes, per quos ein in nervos, perque horum propagines in totam orporis machinam diſtribuuntur.

Modus generationis. Spirituum anim.

XIX. Unde liquet, Spirituum animalium generationem non per fermentationem aut coctionem uandam præcedaneam, neque per præcipitationem ualemcunque fieri; ſed per ſolam transcolationem btiliſſimam Sanguinis portionem è poris infinitis tubulos excretorios ſeu medullares quovis arterio-rum ictu exprimi, indeque in Nervos indeſinente uxu propelli.

Nervorum ſtatus.

XX. Nervi autem omnes, dum intra Medullam erebri ac Cerebelli latitant, tubuloſi, fibroſi & pul-ſi exiſtunt; à Medullâ verò exeuntes piæ Matris opagine, ceu vaginulâ, involvuntur, quâ defenſi duram Matrem Cerebri pergunt, ab eaque novo volucro vaginaceo inſtructi è Cranio & Vertebris rſi emergentes firmi, robuſti, in omnes corporis gulos diſperguntur.

Nervorum involucra.

XXI. Nervorum involucra interim, à piâ du-ue Meninge ſuppeditata, Vaſis ſanguiferis, lym-aticis, aliisque, arctiſſimâ texturâ ubique inveſti-tur, ac donantur, ſicque Nervum, ut talem, non iunt, ſed ejus duntaxat tubulis fibroſis colligan-, firmandis, deducendis inſerviunt, & ſic lucem nerantur ſatis claram ad diverſos, in Nervorum ſtantiâ contingentes, morbos explicandos.

In extremitatibus deponuntur.

XXII. Extremitates verò Nervorum omnium, tes, ad quas deſtinantur, ingreſſuræ ſua involucra onunt, & ſtatim expanſæ in formam ſ. ſpeciem uiſſimæ alicujus Membranæ, vel in mollem pul-

pam expanduntur, in iis Sensum vel Motum producturæ.

Phænomena Nervorum.

XXIII. Notandum heic autem, compressâ, obstructâ, exesâ, discissâ aut putrefactâ Cerebri ac Cerebelli medullâ, omnem actionem, quæ quidem per Nervos exerceri consuevit, statim aboleri, licet Nervi in suâ integritate & membranis illibati extent. Notandum porrò, Nervos ubique locorum in corpore utut in statu sano laxos, molles, pendulos, obliquos curvos, retrogrados &c. existentes, promtissimè nihilominus suos motus perficere; compressos verò aut ligatos, utut aliàs integros, omnem movendi sentiendique potentiam iis in partibus amittere, quæ extra ligaturam sitæ sunt. Unde concludendum, Nervos liquorem medullæ Cerebri indesinenter recipere, & per eum munia sua jugiter expedire, etiam sine vibratione, quam ab extensione pulsatarum fibrarum nonnulli derivare voluerunt.

Spirituum ex [s]tentia certa.

XXIV. Spirituum itaque animalium existentiam & decursum per nervos in universum corpus strenuè asserimus, utcunque ejus præsentiam ac motum nullus assequatur oculus; neque ligaturæ, vulnera puncturæ, suctiones, antlia pneumatica, injectiones ipsos conspiciendos præbeant; nec etiam cavitas Nervorum ullà arte demonstrari queat: quoniam plurima in hoc Mundo existunt subtilissima corpuscula, omnem oculorum aciem effugientia.

Sanguis & Spiritus activè se habent.

XXV. In *Machinâ* igitur nostrâ *corporeâ*, verè *hydraulico-pneumaticâ*, Sanguis & Spiritus *principii moventis* seu *activi* locum maximè tenent; partes verò solidæ *passivum* existunt *subjectum*, quæ ab illis in motum concitantur vitalem; quanquam his partibus solidis renitendi vis, hincque reactio denegari nequeat.

CA-

CAPUT VI.

De *Actionibus s. Functionibus Partium Corporis, Nutritione & Augmentatione.*

§. I.

OPerationes s. *Actiones* Corporis viventis sunt certi motus & agitationes partium ejus fluidarum & solidarum, nisu atque renisu inter se perfici consuetæ, & *Functionum* nomine insignitæ. Atque hæ Actiones omnes Machinæ nostri corporis respiciunt conservationem ejus vel *in individuo*, vel *in specie*: illæ aut respiciunt *esse vitale* simpliciter, aut *esse animale*; unde ad tria generalia Capita omnes corporis operationes seu functiones rediguntur, nempe ad *Vitales*, *Animales* & *Genitales*. *Actiones Corporis.*

II. *Vitales actiones* eô sunt directæ, ut corpus conservetur & roboretur in suo vigore vitali, omnesque partes solidæ pro obeundis melius & promptius actionibus organicis, debitam magnitudinem consequantur. *Finis actionum vitalium.*

III. Cùm enim *principia* corporis *activa* sint in perpetuo motu, adeoque continuam patiantur partim *alterationem*, partim *jacturam*, necesse est, ut horum redintegratione etiam totius Vitæ vigor vitalis restauretur, & quantum possibile exaltetur.

IV. Nam Spiritus sub continuo actionum exercitio subtilitate suâ magnam partem privantur, per poros aliave loca frequenter exhalantes, in quorum supplementum impenditur *Sanguis*, cujus massa præterea quoque in partibus solidis, nunc in earum substantiam perfectè convertitur, nunc verò alterata solùm nonnihil in iis, per poros hinc tota successivè ac insensibiliter transmittitur; idque tam *naturaliter* post accretionis annos, quàm *præternaturaliter* per *Spirituum jactura sub actionibus.*

exercitia, aut vehementiores corporis motus, aut alias similes causas.

Transpirationis effectus. V. Ut silentio *prætercam partes* Massæ hujus *effœtas*, crebrioribus circulationibus, & in præcordiis susceptis fermentationibus, resolutas, copiosè itidem per cutim exhalantes: nec non unà cum his, ex partibus solidis, inprimis carnosis, humorem roscidum & mucilaginosum, ceu proprium earum nutrimentum, ex massa sanguinea elaboratum, sensim sensimque per poros dissipabilem. Usque adeo massa sanguinea est in continuo restaurationis & perditionis motu, ut juxta Sanctorii *Staticam Medicinam* unica die naturali per insensibilem exspirationem tantum evacuetur, quantum per alvum 15. dierum cursu.

Transpiratio non fit à solo calore. VI. Perditio verò hæc nullo modo fit à solo calore, cùm hujus actio, præsertim si vivá flammá fuerit excitatus, universim omnia humida mista siccet in tophos & carbones, atque copiosam remanentiam relinquat, secus atque in corpore nostro evenire solet, in quo nullibi tale *Sanguinis* caput mortuum naturaliter obvium est.

Succi nutritii absorptio. VII. Quin potiùs aëris inspirati adjumento in tantum resolvitur & volatilisatur Massa sanguinea, & exinde separandus nutritius *Succus*, ut vel sponte, vel leni âccedente calore, totus à sero absorptus successivè exhalet.

Nutrimenti necessitas. VIII. Ut ergo insignes hi defectus resarciantur, ac simul quoque corpus materiæ appositione ad legitimam perveniat magnitudinem, *Alimentorum assumendorum* & hinc elaborandi *nutrimenti* imminet necessitas, quibus restaurentur partim partes absumptæ, nutrimenti appositione & assimilatione, in quo consistit *Nutritio*; partim augeantur membra omnia perfectiore ejus agglutinatione, pro aptitudine ad functiones faciliori, in quibus consistit *Augmentatio* & *Accretio*.

IX.

Nutritio & Auctio differunt gradu.

IX Ita ut *Nutritio* & *Auctio* majoris duntaxat, & ıinoris ratione differant, quòd nempe *Nutritio ſit* ·*choata auctio*, & *Auctio ſit perfecta Nutritio:* quarum la ſc. *nutritio*, per totum vitæ curſum, hæc ſeu *uctio* tantùm ad certos annos, tam ob partium au- endarum ad majorem extenſionem reſiſtentiam, uàm ob nutrimenti pro perfecta aſſimilatione & glutinatione ineptitudinem, durare naturaliter let.

Quæ nutritio heic intelligatur.

X. Ad *Nutritionis* proin *actionem* probè intelli- endam ſciendum, iſto nomine non ſimul reſtaura- onem partium fluidarum, quæ per tranſpirationem militer particularum inſenſibilium quotidie immi- uuntur, in externam atmoſphæram avolantium, ex- imi, ſed intelligere potius nos reſtitutionem mo- culàrum minutiſſimarum, quæ per circuitum hu- iorum indeſinentem, & actionem continuam fi- rarum muſcularium, è ſolidis partibus deteruntur. trìtæ humoribus miſcentur, moventur, ac demum auras liberas exhalant.

Præſupponenda in explicatione nutritionis.

XI. Nimirum præſupponendum heic, omnes artes noſtri corporis ſolidas conſtitui ex aliis mi- oribus, Vaſa ex vaſculis, Oſſa ex oſſiculis &c. pro- eſſumque ſic fieri poſſe uſque ad particulas omnem nſuum aciem fugientes, non tamen in infinitum, imenti Humorumque naturâ aliud docente. Sed præſupponendum, Solida corporis noſtri cum Flui- s comparata, pauca admodum dari, hæcque ex me- fibrillis eſſe contexta, & in ſuo ortu concreta ex btiliſſimo colliquamenti Ovulorum liquido, ipſi ervorum ſucco ſimili. Præſupponendum ulterius, am concretionem non fieri niſi per motum parti- ılarum colliquamenti ſpiſſarum incomprehenſibi- m, gradus fluiditatis innumerabiles tranſeuntium, bi ex ſubtiliſſimo liquore ſtabilita Solida primò te-

nerrima, & Fluidis adhuc ferè simillima, tandem continuato motu in solidissimas partes convertuntur: ut adeo particula subtilissima fluida evadat pars Solidi inde formandi, quamprimum aderit superficierum similitudo & vis quædam cohæsionem ejus cum reliquis partibus solidis efficiens. Cohæsio autem ista in fibrâ solidâ jam factâ optimè producitur, si in Solido sit locus capax, à perditâ quadam particulâ relictus, simulque in circulante humore molecula adfuerit, mole, figurâ, ac superficiei naturâ illi respondens, atque vis accesserit, quæ illam loco vacuo intrudere & applicare potuit.

Nutritio fit in extremitatibus fibrillarum.

XII. Quibus præsuppositis tenendum, Nutritionem, ceu aliquam ex ultimis & perfectissimis naturæ actionibus, in Vasculis s. Fibrillis minimis per advectum liquorem subtilissimum contingere, & quidem in illarum extremitatibus.

Materia Nutritionis remota,

XIII. Materia remota Nutritionis est Alimentum fluidum ac solidum, hinc Chylus & Sanguis, iterato per pulmones ac vasa circuitu jugiter attenuati, subacti, misti, conquassati, transitui per vascula aptiores redditi, ac tandem ita mutati, ut serum exhibeant blandum, gelatinosum, plasticum, insipidum, inodorum, super ignem etiam lenem spissescens, adeoque albumini ovorum simillimum, cujus demum moleculæ subtilissimæ extremitatibus Fibrillarum applicatæ materiam Nutritionis proximam exhibent.

proxima.

Cùm autem Humores repetitis continuè circuitibus densiores, acriores, exaltatis oleis ac salibus asperiores, liquidissimis per exhalationem orbi, ac ita ad ulteriorem nutritionem inepti evadant, per se hinc patet, semper novo alimento, novo chylo & sanguine opus esse, ad novas jugiter subministrandas particulas nutritias.

Modus nutritionis.

XIV. Humor itaque continuo ita circuitu ex am-

plis

lis canalibus arteriosis conicis, in angustiores ma-
s ac magis, tandemque in angustissimos depulsus,
oique renitentiam quandam fibrarum invenit, ita
: sic quidem Vascula paulatim elongentur, sed e-
ngando tamen simul tenuiora perpetim reddantur,
ndemque in suis extremitatibus ita subtilia eva-
ant, ut laxius eorum particulæ invicem cohæreant,
issolutioni proxima, tenera ac debilia, à fluidis pa-
im differentia. Unde extremæ fibrillarum subti-
lissimarum particulæ, undiquaque à novo perpetim
umore appulso agitatæ, avelluntur, ac sub fluidi vo-
tilis specie prorsus in auras cum aliis transpirando
beunt, sicque vacua interstitia relinquunt iis in lo-
s, unde fuerunt propulsæ, & ubi antea cohæserunt.
ed idem humor, quo talis fit molecularum avulsio,
naturaliter fuerit constitutus, similes istis in se
ontinet abundantes particulas, easque in dicta in-
rstitia vacuata deponit, figit, figurat, & superficie-
ularum similitudine ita applicat & affingit, ut æquè
: priores adhærescant. Atque talis deperditio &
stauratio particularum insensibilium ubique in
orpore & assiduè contingit, quamdiu Homo vivit,
sanus ac vegetus existit; ita ut materia nutrimen-
, ejus præparatio, applicatio, & vis motûs vasculo-
um semper in eodem tenore ferè permaneant; sic-
ue adcuratè quod singulis momentis deperditur,
estituatur, ac ita corpus in suo vigore conservetur.

XV. Quo igitur Fibrillæ vasculorum propiores *Augmentationis.*
unt origini suæ, adeoque teneriores, recentiores,
molliores, imò & propiores causæ moventi, eo faci-
ius sese expandi, elongari & augmentari patiuntur,
incque promtius etiam destrui aut refici possunt.
Et quia in Infantibus, Pueris, Adolescentibus ac Ju-
venibus fibræ Partium solidarum molliores adhuc
unt, facilius cedunt fluidis, ut loquitur *Waldschmi-*

dius, & ampliora juxta ſe ſpatiola formant, ut ſubtiliſſima illa gelatinoſo-nutritia Sanguinis pars copioſius affluat, ac plures moleculæ juxta fibrarum radices, ob ſuperficiei ſimilitudinem, in vacua interſtitia deponantur, quàm tenues abierunt in auras; ideo non ſolùm nutriri Homines illâ ætate, ſed etiam augeri, atque creſcere notantur.

Impinguatio XVI. Quòd ſi autem plures particulæ oleoſo-ramoſæ, & pingues in Interſtitiis muſculorum, membranâ adipoſa, aliiſque locis ſubcutaneis, vel etiam circa extremitates vaſorum lymphaticorum, in cavitatem aliquam hiantium, ſibi invicem connectantur, tum pingueſcere Homines animadvertuntur.

Emanciatio. XVII. Verùm ubi fibræ jam ſicciores ac duriores ſunt; ubi tubuli & pori valdè anguſtati fluidis amplius cedere nequeunt, ac præterea fibrarum nutriendarum & augendarum ſuperficies à Lymphâ acriori redditâ atteritur, varieque mutatur, imò ſuccus ipſe nutritius gelatinoſo-volatilis debitâ ſic quantitate non elaboratur, tum is non largiter ſatis apponi, omniaque interſtitia molecularum conſumtarum replere poteſt, unde corpus emaciatur ſenſim, facies rugoſa redditur, Homo gracilis evadit, & ad ſenectutem diſponitur.

Ligamentorum geneſis. Continuamente XVIII. Cùm autem vaſa majora ab irruente & jugiter tranſeunte humore magis expanduntur, in omnem dimenſionem, tum fibræ minimæ tubuloſæ, quæ contextæ majorum membranas efficiunt, ſenſim comprimuntur, exſuccata concreſcunt, ac firmæ magis ſive robuſtiores redduntur. Unde plura, quæ in principio erant Vaſa, ante vel poſt nativitatem, cum tempore coaleſcunt & faceſſunt in Ligamenta dura, exemplo Funiculorum umbilicalium; ipſaque ſolidarum partium ſubſtantia per concretionem humoris nutritii, & coaleſcentiam vaſculorum

Solidarum partium concretio.

craſſa,

ſſa, dura, rigida, firma & robuſta efficitur.

XIX. E quibus ſimul patet, numerum Vaſculo- *Phænomena corporis juxta ætatem diverſam.*
m in Embryone longè maximum eſſe, ſed eundem
m ætate minorem evadere: patet, inquam, Humo-
n copiam & vim in junioribus annis Solida mul-
n ſuperare, in ſenili verò ætate Solidorum vim &
antitatem Fluida antecellere: patet denique, de-
itatem, quæ in Infantibus exiſtit, ob fibrarum
ollitiem, cum ætate decreſcere, robore & firmitu-
ne fibrarum ſenſim augeſcente; ſed hoc iterum
bur in Senectute, propter fibrarum exiccationem
ulatinam, pedetentim decreſcere.

XX. Quando adultus eſt Homo, ſuique corporis *Carnoſitas & Obeſitas unde?*
ngitudinem, expanſione vaſculorum atque fibra-
m, in partibus eſt adeptus, hincque corporis mo-
n obeſam, aut carnoſam toroſamque reddi ani-
dvertit; tum non credendum eſt, ſolidas ideo
rtes augeri, ſed hoc potius inde concludendum,
mores tantùm nutritios poris ſolidarum partium
olliorum majore quantitate impelli, inibique ſta-
are, concreſcere, & ſic habitum corporis plenio-
n reddere.

XXI. Atque hæc omnia ita ſe habere, quiſque *Phænomena probantia.*
inſtitutâ comparatione cum iis, quæ corpori ac-
unt, intelligere poteſt, videt enim, totam Cuti-
am in univerſo corpore deſquammari, abſce-
e, perire, renaſci ſolere ac poſſe: videt Ungues,
os, Dentes, aſſiduè raſos, abſciſſos, detritos rena-
; videt ablatas Vaſorum, Muſculorum, Cutis,
ſium, &c. partes brevi, ab omni parte recreſcen-
, reſtaurari; videt denique, Sordes ab extremis
ſculis in toto corpore, deterendo vel exhalando
llectas, microſcopiis ſpectando, deinceps evapo-
ndo, vel in Aquâ diluendo examinatas, ex ſolidis
fluidis corporis partibus conſtare vel profectas eſſe.

Quibus actionibus Nutritio absolvatur.

XXII. Tribus ergo actionibus *appositione, assimilatione & agglutinatione Nutritio & Accretio absolvitur. Appositio* ſimplici mechanicâ per poros partium tranſcolatione & quaſi filtratione peragitur; *Aſſimilatio* verò, & per coagulationis modum firmior *Agglutinatio*, non cum motu tranſmutationis fermentativo, ab occulto partium volatili acido fieri, neque omnis muſculus ſuum ſtomachum, i. e. digeſtionem habere videtur.

Succorum alterationes

XXIII. Fiunt nempe *ſuccorum alterationes* iſtæ, quæ aliis dicuntur concoctiones, in corpore noſtro omnes per motum; ſicut *ſeparationes* unius ab altero per tranſcolationes & filtrationes mechanicas, eorum verò *retentiones*, & variæ motiones per ſolas *propulſiones*, beneficio partium fibroſarum ſtructuræ & texturæ, ſine ulla *attractione* contingunt.

CAPUT VII.

De Fame & Siti.

§. I.

Appetitus.

APpetitus eſt deſiderium aſſumendi alimenti, quod natura animalibus inſevit ad vitam continuandam. Dividitur in *Famem*, quæ eſt appetitus Alimenti ſolidi ſive Cibi, & *Sitim*, quæ dicitur appetitus liquidi, ſive Potûs. Nimirum præter dictas neceſſitates aſſumendorum Alimentorum ad conſervandam corporis noſtri vitalitatem, ulterius ſenſibilem ſtimulum Ventriculo pro iiſdem appetendis implantavit natura in *Fame & Siti:* quarum *illa* à vellicationis, titillationis vel ſimilis moleſtiæ cujusdam ſenſu, circa orificium Ventriculi ſuperius ſeu ſiniſtrum, ab acido fermentativo ſalſo volatili Succo, qui in ſtomachici fundi tunicâ cruſtoſâ naturaliter

Alimenti cupido.

r hoſpitari ſolet, excitatur; atque *Deſiderium* vel *petitus ciborum* alias quoque audit. Nimirum Cibi quiæ, in Ventriculo vacuo hinc inde oberrantes, que partim Salivâ jugiter deglutitâ, partim humo- tenui, pellucido, ſpumoſo, blande ſalſo-volatili ſpirituoſo, quem tunica villoſo-cruſtoſa, rugoſa, ulosa, mucoſo ſero perpetim madens, in parte convexâ glandulis multis donata, per tenuiſſi- os tubulos excretorios ceu poros patentes, conti- è ſuppeditat, dilutæ, morâ & agitatione inteſtinâ ticularum acriores factæ, ſuperius Stomachi ori- um, è nervoſis fibrillis contextum, adjuvante ſi- ul motu vermiculari nervoſarum tunicæ carnoſæ rillarum, blandè vellicant ac titillant, atque mo- hujus, per conſenſum nervorum ad Senſorium mmune aſcendentium delati occaſione, Mens ho- inis ideam *Famis* concipit, atque de Cibo quæren- & aſſumendo cogitat, qui cogitandi modus no- ne *Appetitûs* venit, ac intuitu corporis nil niſi otus eſt, cujus vi & efficaciâ Spiritus animales, Ce- ori incolæ, in indifferentiâ poſiti, novam adipi- untur determinationem, ut per nervos Palato ſeu ucibus dicatos excurrant, Glandulas hinc inde ſa- ales inflent, aut comprimant, ita ut ad conſpe- um appoſiti ferculi, Stomacho grati, cryſtallinam mpham, rivulorum inſtar, in Oris cavitatem ef- ndant. Quin ejuſdem quoque Vellicationis anſâ uidum Nervorum determinatur ad inflandos La- orum, aliarumque partium muſculos, unde ma- ina corporis diſponitur ad aperienda Labia, ci- os manibus prehendendos, & Ori debito modo gerendos.

Modus, quo Fames producitur.

II. Prout autem variat hic *Succus eſurinus*, tam ſingulis ſpeciebus Animalium, quàm in omnibus dividuis Hominum; ſive naturali à causâ ſit muta- tus,

Succus eſurinus. tus, ac diverſus, ſive à præternaturali quodam vitio alteratus, ita etiam varia ſed *determinata* in ſingulis *Fames* enaſcitur, ſecundùm quam ſucco tali appropriata ſolùm appeti ſolent.

Unde fames. III. Nec procedit *Fames à Venarum ſuctione*, quia ſequeretur, quòd in omni Hæmorrhagia largiori neceſſariò excitaretur *Fames*, cùm tamen contrarium probet experientia; neque à *calore*, quia in *Febribus ardentibus*, fervente licet ſtomacho, minimè tamen appetimus. Sed probabilius Fames *radicaliter* conſiſtit in orificio Ventriculi ſiniſtro, *formaliter* autem in Appetitu, ſeu Deſiderio alimentorum.

Averſatio. IV. Sicut è contrario determinata quorundam Alimentorum averſatio oritur, vel à vi imaginationis, utplurimum Matris gravidæ, ſtomacho Infantis certum quaſi characterem imprimentis; vel à quadam læſione, ſtomacho per aliquid aſſumtum inductâ, & hujus læſionis quaſi ibidem infixâ memoriâ.

Sitis. V. *Sitim* quod attinet, conſiſtit hæc in vellicatione, ſeu inſignioris moleſtiæ cujuſdam circa Fauces, vel in expanſâ Pharynge, difficili ſenſu, oriundo ab acrioribus ſalibus ſalſis, aut etiam alcalinis, membranas Faucium vellicantibus, & pungentibus: concurrente ſubinde Salivæ non ritè diluentis dicta ſalia acria, nec fauces ſufficienter abſtergentis, defectu, Sitim valdè exaſperante.

VI. Defectus hic *Salivæ* eſt cauſa Sitis privativa; ſicut è contrario acrimonia ejus ſalſa tanquam cauſa poſitiva eſt, à qua dependet Sitis Hydropicorum.

VII. Hujus *Sitis* moleſtiâ ſtimulamur ad aſſumenda *liquida aquea*, quò ſimpliciora eò meliora; cùm ſolùm, ut pro vehiculo ſolidorum alimentorum inſerviant, à naturâ poſtulentur.

CA-

CAPUT VIII.

De Ciborum Maſticatione & Deglutitione.

§. I.

HAud improbabile eſt, primævos Telluris hujus Incolas pro Alimentis non niſi Aquam, & ea æ Terra ſponte ſuppeditabat uſurpâſſe, horumque e ſuam commodè vitam traduxiſſe, & ad plura ſe- a intemeratam conſervâſſe. Comederunt nimi- n Arborum fructus; comederunt Herbas varii ge- iis, comederunt Animalium variorum, ſuo priva- um ſanguine, Carnes; comederunt Panem è Se- nibus frumentorum, ope Agriculturæ, cui primi mines poſt Lapſum Adami inſudando incumbe- coacti fuerunt, adquiſitorum paratum; come- unt tandem luxu & ingluvie ſic invitante omne Vegetantium, Piſcium, Gradientium, Reptilium, atilium, &c. genus, ſolâ interim Aquâ pro ſuo u contenti, donec etiam, ſi conjecturæ locus con- itur, temporis ſucceſſu Lac quorundam Anima- n potare cœperint, antequam Vini uſus invaluit. *Prima hominum creatorum alimenta.*

II. Ut adeo Alimenta vel *ſolida* ſive *eſculenta* ſint, *liquida* ſive *potulenta*, quibus aut ſingulis ſeor- , aut commiſtis invicem, crudis vel præparatis mines fruuntur, veſcuntur, vivunt, vigent, vegeti , & reficiuntur. Neque tamen varietas aſſum- rum notabilem corpori, quod nutriunt, diffe- iam in ſubſtantiâ, vel in actionibus affert. *Alimenta ſunt ſolida & liquida.*

III. Unde concludendum, in corpore Hominis eſſe facultatem ex tam diverſis alimentis, per lificationem mutatis, præparandi nutrimentum ſervandæ integritati ſuæ maximè congruum. t experientia doceat, chylificationem iſtam pro etate aſſumtorum, & diverſitate præparationis, ius aut infelicius abſolvi. *Facultas corporis mutandi alimenta.*

IV.

Esculenta idonea.

IV. Idoneum autem Vitæ conservandæ alimen tum præbet ante omnia Panis, è Frumentis maturi mundatis, tritis, aquâ subactis, fermentatis, in cl bano tandem coctis, ritè paratus. Deinceps ver prosunt Animalium partes mundatæ, contusæ, aë expositæ, coctæ, assatæ, frixæ, & conditæ. Sal autem, Ra dices & Plantæ variæ, Aromata, Acetum, &c. condi menti vices præstant. Fructus denique maturi num crudi nunc cocti in Alimentum facessunt.

Potus usitatiores.

V. Pro *Potu* inservire solet nunc *Aqua* pura, cu su & agitatione probè exercitata, quæ quo purior e melior & salubrior: si verò Insectis diversis, ho rumque Ovulis inquinata, coctione leni, & quie brevi optima redditur: nunc *Aqua cocta*, ex inco ctione Radicum, Seminum, Fructuum, Herbarum Lignorum, Ossium Animalium, &c. nunc *Vinu* ex Uvis maturis expressum, fermentatum, & depu ratum: nunc denique *Cerevisia*, ex Hordeo, & mundato, humectato, in initia vegetationis suscita to, mox siccato, trito, in aquâ macerato, dein ac ditione Lupuli, si placet, cocto, fermentato, ac den que depurato confecta.

Mutantur Cibi solidi in Ore.

VI. Alimenta *solida*, antequam in Ventriculu demittuntur, varias in Ore mutationes subeunt, re quirunt, morsu, masticatione, salivæ, muci, & aër commistione perfici solitas.

Ciborum comminutio.

VII. *Contritio* Ciborum in Ore contingit per Ma xillæ inferioris à superiore versus pectus diductio nem, validamque denuò ipsius contra Maxillam su periorem appressionem, quâ actione Cibi dentibu intercepti discinduntur, comminuuntur. Ubi Ma xillæ diductio perficitur contractione Musculoru biventrium; ejusdem verò appressio ad superiore Maxillam contingit ope contractionis Musculoru temporalium, masseterum, & pterygoideorum ta

inte

ternorum, quàm externorum; quæ quatuor Mu-
alorum paria si agunt simul, incredibili vi Ma-
la inferior contra superiorem premitur, hincque
entibus octo incisoriis validè compressis fit comor-
, tam potens aliquando, ut visi sint Homines, qui
cos frumenti, ducentarum librarum pondus æ-
antes, inter dentes prehendendo elevare, & passus
quot deportare valuerunt.

VIII. Morsu divisi Cibi arctantur ulterius inter as Dentium molarium superficies, ut porrò con-antur magis. Arctatio illa fit *primò* contractione versorum Musculorum, præcipuè buccinatoris, de-reps verò etiam orbicularis Labiorum, ut & Zy-matici, elevatoris Labiorum communis, eleva-is Labii superioris proprii, depressoris Labii in-ioris proprii, elevatoris Labii inferioris proprii, denique depressoris Labiorum communis. Qui ısculi omnes si agunt simul, tum Genæ & Labia applicantur Gingivis & Dentibus, ut nil Cibi tusque cadat intra Genas atque Gingivas: si ve-successivè agunt, tum Cibi etiam determinantur iis variis. *Secundò* Arctatio eadem fit per Lin-ım, partem illam musculosam, in omnes angu-Oris interni maximè mobilem & volubilem, tam Musculos genioglossos, ceratoglossos, & stylo-ssos, quàm per Musculos ipsum Linguæ corpus stituentes, longitudinales videlicet, transversales, pendiculares, aliosque Linguam abbreviantes, antes, deprimentes, comprimentes, & quaquaver-n trahentes, sicque occasionem præbentes Cibis iè in ore volutandis, Salivâ imbuendis, atteren-, Aëri commiscendis, tandemque ad rictum Pa-, & Gulam detrudendis. *Ciborum contritio.*

X. Actio itaque hæc, quâ Cibi solidi in Os in-i tales mutationes subeunt, *Masticatio* appella tur, *Masticatio mechanicè fit.*

tur, mechanico certè modo contingens: ſtant nimirum in maxillis, velut in acie Dentes, qui Cibos conterunt: Saliva adeſt fermenti ſeu menſtrui portionem ſtomachici præbens: Lingua volutat Cibos & Liquorem æquè ac aërem miſcet, ac denique Faucium muſculi præparatos ſic Cibos ad Ventriculum per Gulam detrudunt.

Deglutitio. X. *Deglutitio* videlicet hoc negotium, hæc actio vocatur, quâ Cibi ſolidiores manſi probè, contriti, ſubacti, humectati, lubricati, & ad rictum faucium detruſi, Epiglottidis depreſſione Laryngem, in quam cibi non debent ingredi, claudunt, in Gulam ſ. Pharyngem laxatorum ſuorum muſculorum ope apertam explicatamve demittuntur, hinc verò per tubum Gulæ & Oeſophagi ab extillante jugiter è glanduloſâ tunicâ Liquore, Salivâ pinguiore, commodè lubricatum & flexilem redditum, ope actionis fibrarum longitudinalium & orbicularium, ſenſim laxatum, ampliatumque tandem in Ventriculi cavum detruduntur, quô ubi devenerunt, caro ſuperior muſculi inferioris Diaphragmatis, Gulam ibi tranſeuntem ſtringendo Ventriculum claudit.

Maſticatio neceſſaria. XI. *Maſticatio* proin Ciborum uſque adeo neceſſaria eſt, ut eâ omiſſâ Cibi in Stomacho benè diſſolvi & extraverti nequeant; quando decem boli probè in Ore maſticati, & ſalivali menſtruo humectati ſolutique felicius in Ventriculo digeruntur & ſolvuntur, quàm unus non maſticatus. Hinc forſan eſt, quod Voraces, qui bolos ciborum minus probè maſticatos avidè deglutiunt, tot morbis ſint obnoxii, cùm cibus ejuſmodi vix ſemicontritus difficillimè poſtea digeratur, nec niſi in paſtam viſcidam, plurium morborum matrem, convertatur. Imò tanta iſtius Ciborum præparationis in Ore neceſſitas eſt, ut natura illis animalibus, quæ maſticare neſciunt

iunt, de aliâ Ventriculi ſtructurâ proſpexerit, v. gr. vibus conceſſit validum Stomachi muſculum, cu- s ope triturant Cibum; & Cornigeris, utplurimum periore Dentium ordine carentibus, hincque ma- icare perfectè neſcientibus, plures Ventriculos ſub- iniſtravit, quorum ope ruminare Cibum, hacque tione maſticationis opus reſarcire poſſunt. Obſer- intur etiam, licèt rariſſimè Homines ruminantes, iorum ſcilicet Ventriculus admodum muſculoſus tiſtit.

CAPUT IX.

De Salivâ, ejuſq; geneſi & uſu.

§. I.

S*Aliva* eſt humor excretitius, ex arterioſo ſangui- ne in peculiaribus glandulis per tranſcolationem cretus, atque in Oris cavitatem effluens, ad Cibos Os aſſumtos humectandos, aliosque uſus præſtan- s deſtinatus. *Saliva quid.*

II. Quanquam autem ſalivæ portio quædam ab ypochondriacis & phlegmatico-ſanguineis Homi- bus jugiter exſpuatur, neutiquam eapropter excre- entitius, corporique prorſus inutilis humor eſt exi- mandus, quin potius, ut habet *Waldſchmidius* in *ſtitut.* primum *naturæ* menſtruum in corporis hu- ani laboratorio, & auctor primæ iſtius ſolutionis dit, non niſi gradu ab illâ, quæ in Ventriculo per- itur, differentis. *Non eſt humor excrementitius.*

III. Obſervatur autem Saliva humor eſſe ſpirituoſo- uoſus, & ut Cel. loquitur *Boërhaven*, dilutus, pellu- dus, igne non concreſcens, ſaporis odorisque ferè pers, conquaſſatione tenaciter ſpumeſcens, in andulis à puro arterioſo cruore ſecretus, eſurienti pioſior, fluidior, acrior, diu jejunantibus valdè acris, *Eſt humor aquoſo-ſpirituoſus.*

acris, penetrans, detergens, resolvens, Vegetantibus farinosis, succulentisve ac Syrupis fermentationem concilians; ab Hominibus sanis & dormientibus deglutiri solita; exspuitione autem sui nimiâ gracilitatem, vel maciem planè, anorexiam atque dyspepsiam creans; aquâ & spiritibus satis copiosis, verùm & oleo atque sale pauco, in saponem simul coactis, manifestè constans. Qui humor utut in statu sano insipidus, respectu tamen particularum, quas in recessu habet, salso-volatilium vi qualicunque abstersivâ & saponariâ Impetiginem ac Vulnera sanat, Araneas necat, vivum Mercurium figit, Cupri vestigia Lydio lapidi impressa delet, & Farinam fermentare facit; usque adeo ut Pulmentum quoque, sanæ Matris vel Nutricis salivâ imbutum, Infanti tenello prosit, in Stomacho videl. in Chylum salutarem, ætati isti atque temperamento accommodatum abiens.

Salivæ diversitas. IV. Magna autem salivalis Humoris diversitas, pro varietate Subjectorum atque Individuorum humanorum occurrit; cùm enim temperatura Sanguinis diversos apud Homines existat diversa, etiam Saliva, è Sanguine secerni consueta, differentis admodum texturæ atque craseos esse debebit; ita ut Humor iste in hoc Homine plures, in alio pauciores v. gr. habeat particulas salinas, sulphureas, aquosas, &c. imò in uno etiam plus, in alio minus Salivæ in Glandulis secernatur, atque hinc ex Salivâ etiam Sanguinis benè vel malè dispositi signa hauriri possint ac debeant.

Salivæ scaturigines. V. *Saliva* proin est Lympha sui generis in *Glandulis conglomeratis* maxillaribus, (ubi & *Parotides* subintelliguntur) ac stomaticis copiosis, tam palatinis quàm sublingualibus, (quibus etiam *Tonsillæ* addi possunt) è Sanguine arterioso instar spongiæ emulcta, transcolata, & in Os per peculiares ductus effusa *Glandulæ.*

con-

onſtans primariò è copiosâ parte aqueâ ſeu ſerôsâ, uæ ſubtili & occulto acido volatili oleoſo, ac ſimul piritu planè ſimili, per nervos advecto, eſt imægnata: unde Cibis conjuncta facillimè attenuavam, inciſivam & fermentativam exercet virtum.

VI. *Glandulæ* in Ore & circa Os ſitæ, generali noine *ſtomaticæ* vocantur, & habent nervos ideo, ut neficio fibrarum motum edant. *Vim* autem *fermentivam* ineſſe Salivæ patet ex eo, quia mediante illa orbi contagioſi ſolent propagari; ſicut etiam *Scortus, Lues venerea*, & alii morbi, cum ea communcari poſſunt. *Stomaticæ.*

VII. Propter hos fines *Saliva* quoque Alimentis o maſticatione intimius permiſcetur, ut ejus meo ad meliorem fermentationem in Stomacho, & faiorem fermenti ſtomachici ingreſſum præparentur; nim Saliva illa cum fermento dicto magnam anaiam & convenientiam, adeoque homogeneam odammodo naturam habere videtur. *Salivæ uſus.*

VIII. Præter hunc *uſum primarium Salivæ*, (quan nempe particulæ ejus aquoſæ Alimenta attenuan, reſolvendo, ſalia acidula incidendo & penetran:, hinc Spiritu volatili ſubtiliſando, inſtar menti farinaceæ maſſæ additi, fermentationem in macho facilitant, ſicque Saliva alimentis increntum, Succus autem Ventriculi iiſdem complentum digeſtionis præſtat) *ſecundariò* etiam con: *Saliva*, 1. Fermentum ſtomachicum ex parte ituendo, ad promovendas ſaporum perceptiones. auces & gulam pro faciliori ciborum deglutitione ricando. 3. Linguam & Os pro alacriore illius tione & loquela humectando. 4. Sitim alias peruò moleſtam, faucium ablutione reſtinguendo. *Secundarius*

CAPUT X.
De Chylo & Chylificatione.

§. I.

Chylus quid sit? CHylus est succus s. humor lacteus, dulcis, in Ventriculo è Cibis assumtis atque deglutitis genitus hincque ad Massam sanguinis per vasa Mesenterii lactea & Ductum thoracicum translatus, ut ibi in Sanguinem & Succum nutritium partium convertatur.

Chylificatio. II. Masticata Alimenta ad Stomachum promota transmutantur ibidem in *liquorem pultaceum*, secundùm Veteres cremori Ptisanæ similem, *Chylus* appellatam, idque beneficio fermentationis planè singularis, blandæ videlicet ac minimè molestæ, quam calor Stomachi & ambientium Viscerum non leviter promovet.

Fermentationis causa. III. *Fermentatio* hæc, quâ transmutantur Alimenta in Chylum, dependet inprimis à Succo subtili acido salino Stomachi, qui partim instar menstrui dissolvit Cibos, partim volatili maximopere blandâ ac penetrante aciditate cum Alimentorum particulis dissolutis, in specie salinis alcalibus, lenem fermentationem efficit, & ita successivè eadem in aliam substantiam transformat.

Quæ requirantur ad Chylificationem. IV. Ad *Chylificationis* itaque negotium benè explicandum oportet ut sciatur, Crustam Stomachi villosam, Cibos deglutitos amplectentem, parte sui cavâ tubulosam, rugosam, villosam, continuè madidam; parte autem convexâ glandulosam, per tubulos suos excretorios subtiles continuè suppeditare vel eructare Humorem tenuem, pellucidum, spumosum, spiritibus divitem, leniter salsum, volatilem, neque alcalinum neque acidum solum; sed prætereà suppeditare quoque è glandulis variis humorem ma-

gi-

lentum, mucoſum, ad lubricandas Ventriculi tu-
as, easque emolliendas, & facilè, ut apparet, ex-
ſibiles reddendas convenientem. Sciendum ul-
us, Salivam ex Ore perpetim & Oeſophago de-
ntem in Stomachum, Cibos diluere; reliquias
orum Alimentorum ſui permiſtione eos agitare;
em iiſdem ſubactum intimè movere, calorem lo-
uncta inter ſe movere; ſicque inchoatâ fermen-
one Cibos macerari, dilui, attenuari, turgeſcere,
olvi, tandemque meatibus & humoribus corpo-
noſtri adaptari.


Quæ cauſæ ad Chylificationem concurrant.

V. Uſque adeo ut ad peragendum opus Chylifi-
onis promiſcuè concurrant Saliva, Lympha ga-
a, ſ. Glandularum ſtomachicarum, Reliquiæ ci-
um, Calor viſcerum, Tunicæ nervoſæ & muſcu-
o-fibroſæ Stomachi, Motus & contractio Muſcu-
m Abdominis & Diaphragmatis, Pulſus Arteria-
qualiumcunque vicinarum, Aër ipſe, imò Æ-
r, Spiritus animales, Calor externus Indumento-
n, & alia. Diverſitas autem particularum Cibos
ſtituentium in figurâ, conſiſtentiâ, magnitudine,
tu, & craſi, nec non pororum & ſuperficierum
etas ac mutatio, Chylificationem vel augere &
elerare, vel retardare poſſunt Principalis tamen
ſa fermentationis chylificatricis juxta *Waldſchmi-*
m eſt illa Materia Mundi ſubtiliſſima, cui plurima
nutiſſima Ciborum aſſumtorum corpuſcula inna-
t, ejusque vim comminuendi Cibos, horum po-
dilatandi, motumque particularum inteſtinum
movendi, non parum augent.

Alimenta quomodo mutentur.

VI. Sub ipſo proin Fermentationis actu partes
mentorum ingeſtorum centrales extrahuntur, ac
ratione molis ſuæ plus accipiunt ſuperficiei, un-
aſſumta alium colorem, odorem, & ſaporem, imò
m quoque conſiſtentiam adipiſcuntur, fluida ma-

gis & vaporosa evadunt, & ad majorem rarefactionem alibi subeundam magis magisque evolvuntur. Usque adeo ut Ventriculus in se consideratus instar Ollæ vel Cucurbitæ sese habeat, in quâ Cibi fermentando, digerendo in Chyli formam dissolvantur & convertantur. Neutiquam proin Ventriculus specifico quodam calore Alimenta coquit, sicuti Veteres Medici crediderunt, hanc enim facultatem *concoctricem*, æquè ac *attractricem*, *retentricem* atque *expultricem*, tanquam inania commenta, penitus rejicimus: ipsaq; rationalis Anima ad Chylificationem nihil planè contribuit. Interim Autores multi statuere in Stomacho voluerunt *facultatem* quandam χυλοποιητικὴν, quæ juxta calorem primarium sit digestionis principium. Sed posito, quod ea detur, nescimus tamen quid sit, nec potest explicari quomodo concurrat & unde dependeat? Inprimis tamen hanc facultatem refellunt curiosiores Operationes chymicæ, quarum beneficio Chylus artificialis in vitro repræsentatur. Sic *Taken.* in *Hipp. Chym.* suo asserit, se beneficio Liquoris cujusdam novi volatilis qualiacunque Alimenta, concurrente simul calore, in Chylum mutare posse.



Facultates Veterum in Stomacho nulla sunt.

Dyspepta.

Dificultas concoctio=nis:

VII. Hinc ea omnia, quæ vel sunt duriora, adeoque difficulter solubilia, vel sale volatili multum depauperata, ut Alimenta v.gr. exsiccata, aut sale condita, vel fumo indurata, solent esse difficilis digestionis.

Fermentationis utilitas.

VIII. Maximi momenti negotium est hæc Alimentorum fermentativa Digestio, cum hâc ipsa eadem disponantur, tam ad heterogeneorum maturam in Intestinis separationem, quàm ad promptiorem in Intestinis separationem, imò ad celeriorem in præcordiis spirituascentiam ac volatilisationem, id quod sine exactâ fermentatione fieri nequit. Hinc in iis,

in

quibus aut imminuta, aut cruditate acidâ depra-
ta eſt hæc fermentatio digeſtiva, ſicut in *Cachecticis*,
bita ſanguinis maturitas & ſpirituaſcentia, adeo-
e debitus corpori deficit vigor.

IX. Præſentiam hujus *Fermenti acido-ſalino-eſu-*
i in Stomacho teſtantur ructus acidi in Sanis, &
orum optimus eſt Stomachus, naturaliter ſubinde
æſentes, qui ipſi & in *Apepſiis*, *Dyſenteriis* & *Lien-*
iis ſupervenientes, ejuſdem reſtituti ſunt indices:
ıc blandè acida volatilia, ſpeciatim Panis, tam grata
amica ſunt Stomacho, quatenus ſuo modo ſunt
mogenea. A martialium verò uſu frequentes nido-
i ſulphurei ructus erumpere ſolent, ſimiles iis,
odoratu ſenſibiliter percipiuntur, quando *Mar-*
'imaturæ Spiritus acidus, *Salis* v. gr. affunditur. Un-
& pinguia, quæ acrimoniam fermenti hujus ob-
dunt, uti Appetitum proſternunt, ita & digeſtio-
n in Stomacho turbare & impedire ſolent.

Fermenti præſentis indicia.

crudi[?] ... (handwritten marginal note)

X. Quid autem *Fermentum* illud *ſtomachicum* pro-
ê ſit, quod aliis *Liquoris gaſtrici*, vel *Menſtrui ſto-*
chici nomine venit, & an in Ventriculo invenia-
nondum adeo clarum eſſe videtur. *Waldſchmi-*
illud concipit tanquam vaporoſum aliquod mix-
n, ex *activis* Sanguinis pârticulis *acidis* & *ſalinis*, uti
Chyli reliquiis, ac ipsâ *Salivâ* compoſitum, in
ntriculo vacuo oberrans, agitatoriâ vi præditum,
ndolem Sanguinis exprimens, cujus naturam a-
itate ſuâ æmulatur, ut vel propterea ſemper ad
guinem reſpicere debeamus, quoties aliquis de
ntriculi imbecillitate conqueritur. Etenim ſi bo-
eſt Sanguis, bonam quoque exhibet in Glandu-
tomachicis Lympham fermenteſcibilem; ſi verò
urbatus eſt in ſuâ mixtione & craſi, aut intem-
atus, impurus, vel nullum planè fermentum aut
nſtruum digeſtivum Ventriculo ſuppeditabit, vel

Fermentum Stomachi quid.

tale solùm, quod fixum nimis, aut iners & minus activum, adeoque inidoneum est; tale inquam, cujus vitioso caractere ipse Chylus postea contaminatur. Redeunt enim hæc in circulum, seque mutuo vel conservant vel destruunt: *qualis Chylus talis Sanguis; qualis Sanguis, talis liquor gastricus fermentitius; & qualis Liquor gastricus, talis iterum Chylus.*

Præsentia Fermenti probatur. XI. Etsi verò multa sint, quæ Liquoris talis existentiam probent, sufficere tamen posse videntur, quæ à solidorum corporum celeri solutione, atque à Metallorum rosione desumuntur. *Solidi* enim *Cibi* per fermentativam digestionem brevi temporis spatio in pultem chylosam mutantur, id quod nunquam fieri posset per coctionem aut elixationem. Sed & metallica, inprimis *martialia*, tantam patiuntur in Ventriculo solutionem, quanta quidem à Menstruo aliquo chymico fieri & expectari solet, omniaque illa apparent phænomena, quæ aliàs in chymicâ tali operatione deprehendi consueverunt; qualia sunt Sapor nidorosus, Odor sulphureus, & alia, quæ à coctione nunquam proveniunt.

Fermentum Stom. temperatum est. XII. Menstruum verò seu Fermentum stomachicum in sano statu valdè temperatum & blandum est, ita tamen ut pro Subjectorum varietate nunc acidæ, nunc salinæ, plus minus volatiles particulæ in eo prædominentur; unde venit, quòd sæpius huic prosit, & sapiat id quod alteri nocet vel fastidium parit: quodque multi melius ferant atque digerant Cibos duriores quàm molliores, alii verò hos melius quàm illos.

Origo Fermenti. XIII. Origo itaque Fermenti stomachici primariò est ex tunicâ Ventriculi internâ glandulosâ, ex quâ talis Lympha fermentativa quasi transsudat, quæque in rugis suis obvias habet reliquias quasdam Alimentorum prius digestorum, morâ diuturniori non leviter acescentes, hinc à Salivâ continuò deglutitâ insigni-

niter ſubactas, & ad fermenti aliqualis naturam ex-
atas: quæ omnia mutuâ ſui unione Liquorem
nc fermentativum conſtituere probabiliſſimè vi-
ntur.

XIV. *Helmontius*, Arabum inſiſtens veſtigiis, ori-
iem Fermenti ſtomachici ex Liene derivat, dum
er hunc & Stomachum ſingularem intercedere
umviratum ſtatuit: ſed refutant hanc ſententiam
ficienter Canes, poſt exſectum Lienem ſtrenuè vo-
ites, imò pingueſcentes.

XV. Sic ergo fermentantur Alimenta, ut ea ta- *Chyli mutatio.*
n, quæ priùs in Stomacho aceſcebant, non leviter
ceſſivâ fermentatione tranſmutentur, & aut planè,
t maximam partem depoſito acore iſto abeant in
iſſam nunc ſalſo-inſipidam, nunc nonnihil in
ſo-acidam, ſemper tamen naturaliter volatilem,
riâ licet ſub temporis morâ, dum in uno citius,
dius in altero ob varias circumſtantias negotium
c abſolvatur.

XVI. Chylus ita ex aſſumtis Alimentis per atte- *Chyli diſtributio.*
ationem & fermentationem præparatus, ex angu-
cavitatis Ventriculi ſpatio deprimitur ac propel-
ur ſucceſſivè, vi reſpirationis, per laxatum & am-
atum Pylorum, in fiſtulam Inteſtini duodeni,
entriculo continuam, apparenter quidem homo-
neus, cui tamen non paucæ partes heterogeneæ,
conomiæ animali conſervandæ ineptæ, miſtæ ſunt,
æ in Inteſtinis, antequam aliorſum pergant, pro-
ſeparandæ veniunt. Etenim particulæ antea in
entriculo expanſæ, evolutæ, & rarefactæ heic pro-
us iterum ad ſe invicem accedunt, & coëunt, quo
idem illæ, quæ lubricæ magis ac fluidæ ſunt, ad
era internæ ſuperficiei Inteſtinorum evertuntur,
que ſub formâ perfectè elaborati Chyli in Vaſa
tea per hiantia ipſorum oſtiola impelluntur: craſ-

ſiores verò, terreſtres magis & fixæ, vel nondum ſatis volatiliſatæ, ad craſſa Inteſtina periſtaltici motûs ope detruduntur, & verſus concavitatis centrum magis premuntur, non parum heic juvante reciproco Diaphragmatis & Abdominis muſculorum motu.

Cauſæ ſeparationis Chyli. XVII. Separatio hæc fit mediantibus duobus iſtis Succis, *bilioſo & pancreatico*, in fine Duodeni ac principio Jejuni in Inteſtina effuſis, ibidem Chylum diluentibus, imò cum eodem forſan ad lenem turgeſcentiæ actum devenientibus, ſub quo craſſiores & quaſi caſeoſiores ejus partes præcipitatæ ſequeſtrantur, uti in *Fluxu alvi icteritio*, ac *cœliaco* ſufficienter patet.

Bilis. XVIII. *Bilis* quidem excrementorum catalogo malè olim fuit adſcripta, cùm in ſe reverâ utiliſſimus balſamicus ſit liquor, & conditum quaſi balſamicum, pro Chyli ipſius & totius Maſſæ ſanguineæ conſervatione ab omni corruptione putredinali, inſtar Myrrhæ cujusdam Aloësve additum, unde & *Vermium* facilem è Chylo generationem, quantum poſſibile, prohibet, rectè *Helmontio* dicente, *ubi deficit Bilis fermentum, ibi Lumbricorum patria.*

Ejus uſus XIX. Præterea quoque *Bilis* volatili oleoſo ſuo ſale, ceu eſſentiali ejus principio conſtitutivo, ſi quid manifeſti & p. n. acoris, toti corpori hoſtilis, adhuc in Chylo ſupereſt, deſtruit, & in ſalſum tertium vol. tranſmutat, ſimulque Chylum totum optimè diluit, & fluxiliorem ac liquidiorem reddit, Fœcumque excretionem ſic per accidens optimè promovet.

& effectus. XX. Nec improbabile eſt, quod alii aſſerunt, Bilem oleoſitate ſuâ ſulphureâ occultâ quaſi tingere Chylum, adeoque primam pro faciliori in ſanguinem tranſmutatione diſpoſitionem exhibere, ut hujus tincturæ ſulphureæ medio exaltari facilius, ac in rubrum ſanguinem converti poſſit: cujus defectu *Cachexiæ*, *Leucophlegmatiæ*, *Anaſarcæ*, & reliquæ

ſpecies

...cies *Hydropis* ex parte oriri videntur.

XXI. Concurrit cum *Bile* eodem in loco *Succus* ...*creaticus*, qui Chyli dicto modo à Bile alterati, ...ſſiores & quaſi caſeoſas partes leniter coagulando ...cipitat, & blandâ quâdam cum Bile fermentatio... in ſtatu p.n. verò effervefcentiâ, dictarum Fœcum ...arationem inſigniter adjuvat. *Succus pancreaticus.*

XXII. Chylus ita in Inteſtinis tenuibus alteratus ...erfectus, atque à ſcybalis recrementoſis depuratus, ...eadem leni preſſu ulterius diſtribuitur, idque me...nte motu illorum periſtaltico, ſub quo ſuceeſſivè ...cus ſubtilior & tenuior nutritivus oſcula Vaſorum ...eorum meſaraicorum, in Inteſtinorum tenuium ...alem hiantium, imprimitur. Ex his continuato ...tu per Vaſa lactea primi ordinis numeroſiſſima ad ...ndulas Meſenterii, abhinc Lymphæ acceſſu dilu... per lactea ſecundi ordinis longè pauciora, val...is donata, fertur in commune, juxta Renem ſi...rum exiſtens, Receptaculum ſeu cyſternam Chyli, Homine pariter ac Brutis membranoſam, ſubinde ...ocularem, in quam copioſiſſima quoque Lympha, ...ecunque veniens, ſeſe exonerat, aquâ, ſpiritibus, & ... ſubtiliſſimo ſcatens, abhinc ulterius per Ductum ...racicum in Venam ſubclaviam vel axillarem ſi...ram preſſurâ Diaphragmatis, & Aortæ ipſi proxi... adjacentis pulſu, non ſine adjumento Valvularum ...umoris jugiter ſuccedentis pulſione infertur, ubi ...n Sanguine redeunte miſtus dextrum influit Cor... ventriculum. *Chyli iter ad ſanguinem.*

XXIII. Quippe repertis *Vaſis lymphaticis* ductæ ...t Hepati, quoad *Sanguificationis* negotium, exe...æ, cùm nulla *Vaſa lactea* ad iſtud deriventur viſcus; ...uòd Venæ ſanguiferæ meſaraicæ aliquam ejus por...nem cum ſanguine Jecori invehant, adhuc expe...ientis Anatomicis probandum venit. *Vaſa lactea non abeunt ad Hepar.*

XXIV.

Neque ad Mammas.

XXIV. Nullæ quoque hactenus detectæ ſunt viæ, quibus immediatè Chylus pro materiâ Lactis glanduloſæ Mammarum ſubſtantiæ, aut Fœtui in Utero pro nutrimento afferatur; quin potius mediatè Chylum nondum ſanguini aſſimilatum, ex arteriis in partibus dictis & aliis locis emulgeri probabiliſſimum videtur.

Bilis deſcriptio compendioſa.

XXV. Ut redeam ad *Bilem*, ſuccus iſta ſive humor eſt excretitius, (non excrementitius) amarus, obſcurè flavus, nonnihil ſpiſſus, in Glandulis Hepatis è Sanguine venæ Portæ, Lymphâ ſuâ maximam partem in Liene & alibi ſpoliato, tranſcolationis ope genitus, atque per tubulos peculiares partim in Veſiculam Fellis, partim in Ductum ſive Porum cholydochum, atque hinc in Inteſtinum duodenum transmitti ſolitus, ad Chylum perficiendum, aliosque uſus præſtandos.

Bilis duplex.

XXVI. Duplex eſt *Bilis*, Veſiculæ Fellis una, & Hepatis ipſius altera; quarum *prior* in peculiari Folliculo ſive Veſiculâ colligi & aſſervari ſolita, ſpiſſior eſt, profundius flava, magis amara, in Duodenum non aſſiduè fluens, ſed copiâ tantùm, preſſione externâ à Diaphragmate & Muſculis abdominis, per contractionem fibrarum irritatarum profluens in Ductum bilarium ſ. cholydochum. *Poſterior* autem ſive *hepatica* eſt dilutior, magis blanda & dilucida, jugi fluore immediatè ex Hepatis glanduloſo parenchymate in Ductum ſ. Porum bilarium, ſolâ actione & preſſione humorum circulantium excerni ſolita.

Cyſtica Bilis

XXVII. *Cyſtidis ſ. Folliculi* Bilis ſaponacea eſt, abſtergit, aceſcentibus reſiſtit, aliaque ſui admiſtione ſimili qualitate imbuit; olea aquæ miſcibilia reddit; glutinoſa, acris, reſinas, gummata attenuat, reſolvit, homogenea facit; neque acida exiſtit, neque alcalina; ex Oleo & Sale plus minus volatili, lymphâ dilutis, conſtans; poſt exiccationem combuſtibilis;

us. Quamobrem in Inteſtinis Chylo & Fœcibus *Ejus effe-*
ſta, motuque periſtaltico, aliove agitata, vel con- *ctus.*
:a, non ſolùm attenuat & reſolvit, ſed fibras inſu- Quid agit Bilis
motrices Inteſtinorum vellicat, ſtimulat, diver- in corpore humano
ſima quæque miſcet & conjungit, ſalium acrimo- ejus functiones
m obtundit, coagulata diſgregat; cruda coctis aſ-
nilat; vias Chyli expedit; appetitum ſuſcitat, quæ
rò omnia hepatica Bilis minori efficaciæ gradu
æſtat.

XXVIII. Materia itaque, è quâ Bilis producitur, *Materia è*
nguis eſt Venæ portæ, in quam Venæ plurium Ab- *quâ Bilis*
minis viſcerum, Ventriculi, Lienis, Omenti, Me- *producitur.*
terii, Inteſtinorum, ſuum conferunt ſanguinem;
que adeo ut Vena illa Portæ è numeroſis compo-
:ur Venis in unum Tubum coëuntibus; qui Tu-
s dein, ſub nomine Trunci Venæ portæ, adſcitâ
acturâ membranoſo-fibroſâ, robuſtâ, arteriarum
nicis ſimillimâ, ſubit Cavum Hepatis, & mox in
nque ramos magnos, indeque in minores innu-
rabiles diviſa, per totam ejus ſubſtantiam diva- *Gignitur in*
tur. Extremitates autem minutiſſimæ talium ramu- *Glandulis*
um in ſubſtantiam veluti glanduloſam deſinunt, *Hepatis.*
bique ſine ullâ præviâ fermentatione, prout ali-
i ſomniârunt, per ſolam tranſcolationem Bilis *per tranſco-*
morem exhibent, qui mox peculiaribus tubulis *lationem.*
ceptus tandem ex parte in Porum ſive Ductum
patico-bilarium, partim in Veſiculam ſive Cyſti-
m Fellis infertur, heic moram aliqualem nectens,
nonnihil craſſior, ſimulque tantillo acrior evadens,
ſuos poſtea effectus tanto efficacius edendos. Sicut *Iter Bilis.*
:em hepatica illa Bilis continuè per Ductum ſuum
it in Duodenum, ita hæc cyſtica Bilis poſt ali-
am demum moram à motu Diaphragmatis & Mu-
ulorum Abdominis è Folliculo blandè exprimitur,
prius in Porum bilarium defluit, cumque hepaticâ
ibidem

ibidem Bile conjuncta versus Duodenum progreditur.

Succus pancreaticus. XXIX. *Succus pancreaticus* s. *Lympha pancreatica* est succus s. humor admodum tenuis, limpidus, aquosus, insipidus ferè, vel vix perceptibiliter subsalsus, salivæ quoad colorem & naturam similis, neque acidus, neque alcalinus, in glandulis Pancreatis conglomeratis, è Sanguine arteriarum cœliacarum, transcolationis ope genitus, hinc per tubulos excretorios in unum ductum communem confluens, ac demum ex hoc in cavitatem Intestini duodeni, vel communi cum Bile, vel separato introitu, jugiter & copiosè illabens.

Ejus usus. XXX. Prout autem Succus hic è particulis plurimis aquosis, & non paucis spirituosis, blandis, gelatinosis, salso-volatilibus est compositus, ita neque cum Chylo è Ventriculo descendente, neque cum Bile ex Hepate profluente, neque cum Succo glandulosæ Duodeni tunicæ, effervescit, sed placidè & æquabiliter singulis his Liquoribus miscetur, usumque habet & vim crassa diluendi, Chylum Sanguini commiscibilem reddendi, eundem ingressui & transitui per vasa lactea aptum faciendi, acrimoniam humorum diluendo edulcorandi, Bilis visciditatem qualemcunque corrigendi, ejusdem amarorem & colorem mutandi, cum Chylo mixtionem promovendi, menstrui & vehiculi munere fungendi, sapores tandem, odores, & qualitates assumtorum ita mutandi, ut unam omnia ferè induant indolem.

Fæcum nepulsio. XXXI. Tandem crassiores assumtorum Alimentorum partes, mucoso Intestinorum succo lubricatæ, ac sibi nonnihil tenacius cohærentes, post absorbtum in Vasa lactea Chylum, motu Intestinorum tenuium, valvulis donatorum & assiduis gyris inflexorum, peristaltico, in loca sensim angustiora pelluntur, donec in his

nis anfractibus omni ferè ſucco tenuiore orbatæ, mpliorem denuo Inteſtini cœci & Coli fiſtulam rudantur, inibique in putridum, plus minus fœ- ım ſtercus, durius vel mollius converſæ, atque in o Inteſtino coacervatæ, mole aut acrimoniâ ſi- ſuâ fibras ſtimulent Inteſtini muſculoſas, his- ſeſe contrahentibus, laxato Ani carneo, orbicu- craſſo, & largo muſculo Sphinctere, per inſpi- ım, retentum, ac rarefactum aërem, tum Diaphra- ıtis, tum Abdominis muſculorum validâ contra- ıne foras è corpore extrudantur.

CAPUT XI.

De Sanguine & Sanguificatione.

§. I.

Anguis eſt humor ſive ſuccus corporis noſtri ru- bicundus, lactis conſiſtentiâ per totum corpus inuè fluens & refluens, ad Vitæ conſervationem. mdiu enim hic fluxus ſanguinis viget, vivit no, & quamprimum motus ille ceſſat, vivere ſi- deſinit ipſe. *Sanguis.*

. Conſtat autem Sanguis, utut videatur homo- eus ſuccus, è diverſi generis particulis, aquoſis imis, hinc & oleoſis ſulphureis, ſalinis tam aci- quàm alcalinis, gelatinoſis, terreſtribus, aëreis, tuoſis, aliiſque; ea proportione ſibi invicem mixtis, ut aptus ſit per univerſa totius corporis ula ſanguiveha penetrandi, transfluendi, cir- ndi. *Partes componentes.*

II. *Motu* autem gaudet Sanguis duplici, *inteſtino* ogreſſivo, quorum *ille* eſt, quo particulæ Sangui- nſenſibiliter inter ſe agitantur, commoventur, ıtur, quemadmodum agitari ſolent omnium li- quorum, *Sanguinis motus diverſus.*

quorum particulæ, utut oculi id videre nequeant. *Progressivo* autem motu Sanguis ab uno corporis angulo in alium per ſua vaſa decurrit, atque motus hic vocatur *circulatorius* ſive *Circulatio*, quâ Sanguis à Corde per Arterias in univerſum corpus pellitur ac fluit, & ex univerſo corpore iterum per Venas ad Cor refluit.

Circulatio ſanguinis.

IV. Ubi ergo cum Sanguine Chylus in Vena axillari permiſtus ad dextrum Cordis ventriculum pervenit, ex eo ulterius derivatur per Arteriam pulmonalem ſeu Venam arterioſam in Pulmones, ex his verò per Venam pulmonalem ſeu Arteriam venoſam infunditur in ſiniſtrum Cordis ventriculum, è quo dein impellitur in Arteriam magnam ſeu aortam, per quam porrò, ejusque ramificationes innumeras in univerſam corporis machinam diſtribuitur, atque hinc revertitur, ac reſorbetur per venarum ſurculos, qui omnes tandem in Venam cavam deſinunt, & hunc ſuum liquorem dextro cordis Ventriculo denuò infundunt.



Harvæus inventor Circulationis.

V. *Harvæus* ille Medicus Anglus, & *Conringius*, Profeſſor Helmſtadienſis, vulgò habentur primi inventores Circulationis ſanguinis: ſed revera non ſunt, & notitiam hujus demum acceperunt à *Paulo Sarpa*, Veneto Monacho ordinis Servitarum, qui primus & verus inventor eſt iſtius Circulationis.

Chyli mutatio.

VI. Confuſus ita cum Sanguine Chylus in Venis axillaribus ſenſim ſenſimque ſubigitur, & ſucceſſivè alteratur, ac in Sanguinem mutatur, quæ actio ſpeciatim in Corde aut circa Cor abſolvi videtur: licet in hoc Sanguificationis negotio Cor, ipſique annexa Vaſa ſe tantùm habeant paſſivè, locumque his liquoribus pro motu & tranſitu meliori concedant, uſque adeo ut Cor non niſi antliæ munere in Machina hacce hydraulica defungatur.

VII. Ete-

VII. Etenim *Sanguificatio* non est actio organica, ·l purè tantùm similaris, adeoque propriè loquen- · nullum corporis Viscus organi Sanguificationis ·men merebitur, sed Cor duntaxat Vas erit, per ·od Sanguis pro insigniori hac mutatione in præ- ·rdiis movetur. *Sanguificatio.*

VIII. Revera enim nil aliud est *Cor*, quàm *muscu- compositus*, & musculorum in modum movetur, · quidem, ut sinister ventriculus propriè Cor ap- ·llandus sit, cujus tantùm appendix est dexter ven- ·culus, propter Pulmones solummodo fabricatus, · ex hoc melius & commodius in Pulmones fiat ·nguinis propulsio, (pro subeundâ, maximè ne- ·ssariâ ad vitam, alteratione ab aëre,) & per hos ad ·istrum sinum seu Cor primarium promotio. *Cor.*

IX. Chyli in Sanguinem transmutatio vix aliter ·àm per blandum aliquem fermentationis motum ·ri videtur; quem ab aëre inspirato, Chylum San- ·ni assimilante, & Sanguinem in spiritus volatili- ·nte, non pauci probabiliter deducunt. *Modus sanguificationis*

X. Verisimilior tamen adhuc eorum videtur as- ·tio, qui *Sanguinem ipsum*, prout in se principiis ·mentativis, in specie salinis & oleosis volatilibus ·gescit, *Chylum* permistum *transmutare*, & succes- ·è sibi assimilare, idque mediante motu suo fer- ·ntativo, Chylum & alterante, & in similem sibi ·uram pedetentim convertente, perfici asserunt. *Alius.*

XI. Promovetur insigniter hæc Sanguinis fer- ·ntatio, & consequenter Chyli assimilatio, ab aëre ·Pulmones inspirato, cujus medio attenuatur Chy- ·, volatilisatur & spirituascit insigniter, atque hinc ·pter salino sulphuream mixturam Sanguis ·alescit, & vitali quasi calore incenditur. *Juvantia.*

XII. His positis facilè patebit, successivis & repe- ·s per cor & pulmones circuitibus perfici Chyli *Fit per repetitas circulationes.*

 sangui-

Sanguificationem: ob id enim non rarò *semilacteus* adhuc Sanguis, etiam in sanissimis Hominibus, per venam sectam apparet, aut saltem supernatans cruori coagulato serum leni igne inspissatum *gelatinam lacteam* relinquit, quæ phænomena à Chylo nondum Sanguini assimilato oriuntur. Certè tales prostant observationes *Sanguinis albi instar Lactis*, ex venâ sectâ Hominum sanguineo-pituitosorum emissi, ob Chylum repetitis demum Circulationibus assimilatum. Imò ipsæ sanguinis fibræ rubicundæ apparentes reverà albicant, & Chyli videntur proles.

Vitalis massa. XIII. Ita ut *vitalis* ista *Massa*, quæ per arterias & venas circulatur, duplici constet materiâ, *chylosâ* & *sanguineâ*, cum utriusque comuni vehiculo, videlicet *Sero*. Istæ verò materiæ, utcunque existant fluidæ, minimè tamen quatuor illis humoribus, aut elementis, temperamentisque Veterum sunt analogæ. Quæ enim in cruore per venæsectionem emisso post hujus congrumationem & cadaverisationem reperitur sanguinis, in superficie floridi & in fundo nigricantis, differentia, partim ab aëre superficiem refrigerante & attenuante, partim à cruoris in fundo tepore, radios luminosos in se absorbente, dependet.

Motus Sanguinis & Chyli. XIV. Propellitur *Sanguis* & *Chylus* è Corde per arterias in universum corpus, & hinc per venas ad idem punctum, nempe Cor, redit, unde in circulum recurrens *motu circulari* rapi dicitur, qui à musculosæ substantiæ, ventriculorumque Cordis reciprocâ contractione atque expansione, & hinc contentorum impetuosâ expulsione, principaliter originem trahit.

Motus Cordis. XV. *Proprius* autem *Cordis motus* s. Pulsus est ejus *contractio* seu *systole*, *improprius* verò est *dilatatio* seu *diastole*: in systole enim agit & Sanguinem exprimit, sicque à Sanguinis in arterias ejaculatione harum dilatatio-

nem

em & Pulſum efficit, in diaſtole verò patitur, dum ſanguine irruente ex venis ejus parietes diſtenduntur, & ita moleſtia quadam ſenſibili afficiuntur.

XVI. Videlicet Cor à Sanguine, ex auriculis in ejus ventriculos, inprimis dextrum illapſo turgeſcen- & expanditur, qua expanſione fibræ, Cordis parenchyma conſtituentes, extenſæ irritantur, h. e. nimio diſtenſionis & læſionis ſenſu afficiuntur, inde confertim per nervos Spirituum animalium fit irruptio, adeoque fibrarum & conſequenter totius Cordis contractio. Et quidem Cor, non ſecus atque alii Muſculi, à Spiritibus animalibus per nervos influentibus in motum cientur. *Cordis expanſio.*

XVII. Continuato tali impulſu Sanguis per totum corpus mediantibus arteriis propellitur, eodemque iam pulſu in venas & per has in Cor denuo remittitur; ita ut in toto hoc circulari motu ſola *propulſio*, illa verò *tractio* contingat. Redit autem toties orbem ad Cor Sanguis, ut ibidem inprimis in pulmonibus vigore novo vitali imprægnetur, h. e. denovo volatiliſetur, ſpirituaſcat, fermentetur & ineſcat. *Continua pulſio in motu ſanguinis.*

XVIII. Sanguinea verò hæc maſſa in omnes corporis partes, in genere pro earum nutritione, diſtribuitur, ita quidem, ut partes ſanguineæ rubicundæ ſanguinis nomine *propriè* veniant, partes autem ſpermaticæ ſeu nerveæ albicantes à Chylo cum maſſa ſanguinea diſtributo nutriantur & conſerventur, ſicque ita ipſa continuetur. *Finis circulationis.*

XIX. Ex prima enim Fœtûs in ovo formatione potеſcit, partes è duplici materiâ, nempe partim ſeminali, ceu chyloſo colliquamento, partim *ſanguine* formari & componi, unde etiam pro nutritione & augmentatione talium partium duplex nutrimentum genus, *chyloſum* ſeu *lacteum*, & *ſanguineum* requiritur. *Duplex Fœtûs nutrimentum.*

Sanguinis cursus per Pulmones. XX. Mediâ autem inter utrumque Cordis ventriculum viâ intercedit Pulmonis viscus, per cujus spongiosum seu potius vesiculosum, h. e. ex copiosissimis parvis vesiculis angularibus, simplici membranâ constantibus, invicemque connexis, compositum parenchyma transvasatur Sanguis, dum Chylus, huic permistus in vena axillari sinistrâ, pergit in truncum venæ cavæ ascendentis, & ita in dextrum Cordis sinum, ex quo per arteriam pulmonalem seu arteriam venosam transfertur in sinistrum Cordis sinum.



CAPUT XII.

De Respiratione.

§. I.

Respiratio. RESPIRATIO est actio ex vitali seu spontaneâ & voluntariâ mixta, quâ aër per asperam Arteriam in Pulmonis substantiam vesiculosam immittitur, indeque rursus emittitur, ad vitalem Sanguinis motum perpetuandum.

Ejus partes. II. Duabus itaque partibus absolvitur, *Inspiratione*, quâ aër immittitur, & *Expiratione*, quâ aer rursus è Pulmone in auras externas emittitur, & exhalat.

Organum. III. *Organum s. Instrumentum* Respirationis est *Pulmo*, viscus illud medii ventris, in duos maxime lobos, Mediastini membranâ separatos, divisum, quorum dexter dextram, sinister sinistram Thoracis cavitatem occupat.

Structura. IV. Tota verò Pulmonis substantia *vasculosa* & *vesiculosa* existit, ex arteriis, venis, vasis lymphaticis, glandulis, nervis, bronchiis, vesiculis atque membranulis admirando artificio contexta, ita ut ab inspirato aere in omnem dimensionem expandi ac dilatari

tari, ab eodem verò exſpirante denuo collabi & contrahi queat; quæ ſingula ab Anatomicis adcuratè demonſtrantur.

Præcipua reſpirationis organa.

V. Ad explicandum verò Reſpirationis negotium inprimis reflectendum eſt ad aſperam Arteriam, huiusque ramos ſive bronchia in totum Pulmonem diſtributa, ac tandem in Veſiculas ipſius deſinentia. *Aſpera Arteria* ſive *Bronchus* ſuum habet truncum in fauces elevatum, ſuosque ramos ſive bronchia in Pulmonis lobos diſperſa. Truncus in ſuo ortu rimam, *Glottidis* nomine venientem, habet ſemper apertam, & concurſu binarum Cartilaginum Arytænoidῶν formatam, cui *Epiglottis* incumbit, membranea cartilaginoſa, rotunditatis oblongæ, mobilis, à deglutitis alimentis, in tranſitu deprimi ſolita, ſicque Glottidem Bronchi, per ſuos muſculos contractam thyroarytænoideos, & arytænoideum, obtegendo impediens, ne quid incidere queat. Per Glottidem verò illam ſive Rimam, à muſculis cricoarytænoideis poſticis & lateralibus dilatatam, dum Epiglottis elevata ſponte eſt, aër naribus vel ore hauſtus in Inſpiratione intromittitur, in Exſpiratione verò emittitur.

Aſpera arteriæ ſtructura.

VI. Aſpera hinc, ut habet *Cel. Boerhaven*, arteria cartilaginea, ex ſegmentis orbicularibus, parte poſticâ abſciſſis, ſed validâ tamen membranâ completis, atque forti inter ſe vinculo muſculoſo connexis, facit, ut aër ſemper hiante fiſtulâ liberè intromitti, tranſire, atque ſuper lævia, lubricaque internæ ſuperficiei latera decurrere & progredi queat: facit, inquam, ut haud difficulter in orbem expandantur, quando aër ſubintrat, atque Gulæ deglutiendi in actu verſanti cedat: ut flexo obſequatur Collo, ac denique facilè elongari vel accurtari queat. Ubi autem Truncus ejuſdem Arteriæ circa quartam Thoracis

vertebram bifidus evadit, ibi verò ſtatim utrinque in ramos innumerabiles diſpeſcitur ac propagatur, texturâ manente ſemper eadem, niſi quod ſegmenta annularia cartilaginea magis completa reddantur, & rami uſque & uſque anguſtiores, tenuiores, graciliores, denique in extremitatibus, cartilagineâ indole depoſitâ, membranacei evadant. Deinceps autem vi aëris, extendente plicatiles membranas, fiunt Sacculi flexiles, omni extremo apici cujuſque rami adnati, è quibus Veſiculæ, ex his Lobuli atque Lobi, ac tandem Pulmo quoad vaſa aërea totus efficitur.

Ad reſpirationem explicandam quænam conſideranda.

VII. Cùm igitur Reſpirationis actionem paulo penitius expendimus, multa veniunt conſideranda, quæ ad eam clarè intelligendam faciunt. Notandum enim 1. Pulmonem habere fibras muſculares, ſquamoſa ſegmenta bronchiorum connectentes, adeoque vi contractili præditas, ob quam Pulmones è Thorace exemti collabuntur magis, ſive contrahunt ſeſe in ſpatium minus, quàm in Thorace clauſo viventis ac ſani animalis poſſidebant antea. Licèt ad illam contractionem etiam pondus & elater ambientis Atmoſphæræ comprimens aliquid contribuat. 2. Aërem contineri in Thoracis cavitate inter membranam exteriorem Pulmonis, & Pleuram. 3. Aërem iſtum Thoracis non eſſe ſimilem Atmoſphæræ, adeoque non premere Pulmonem. 4. Nihil eſſe, quod comprimat magis externam ſuperficiem Pulmonis, quàm Diaphragma. 5. Ex aëre per Glottidem inſpirato ſemper aliquid remanere intra veſiculas Pulmonis; atque per internum hunc remanentem aërem Pulmonis ſubſtantiam ſemper plus extendi, quàm quidem comprimi poteſt per aërem externum, impeditum à Diaphragmate coſtis & vertebris ſic alligato, ut non adeo ingredi poſſit Thoracis cavitatem, ac neceſſarium foret ad tenendum æquilibrium.

VIII.

VIII. In *Inspiratione* hinc *vitali* seu *spontaneâ*, quæ sponte, etiam sine animæ imperio aut voluntate gr. in dormientibus contingit, Costæ novem superiores quoad partem sui arcuatam assurgunt versus claviculas, dum interea tres inferiores, aut quatuor forsan, eodem tempore deorsum, & parum obliquè retrorsum extravertuntur. Sed & in hâc ipsâ actione Diaphragma ex situ, quem ante habebat, convexo & sinuoso, Pulmonem respiciente, deprimitur in figuram magis planam versus Abdominis viscera, idque ex parte per contractionem musculosæ suæ fabricæ: unde cavitas pectoris amplior evadit ac manet, totumque Abdomen magis expanditur & tumet usque ad finem Inspirationis. Ad opus hoc Inspirationis contribuit, tanquam causa efficiens, contractio Musculorum intercostalium atque subclavii, unà cum Diaphragmate musculoso. *Inspirationis actio.*

IX. Dum itaque Vesiculæ pulmonis per Inspirationem aëre inflatæ sanguinea vasa satis validè premunt, ac ita Sanguis quasi subsistit per momentum, vel saltem minus validè transit per vasa, ac in Ventriculum Cordis sinistrum impellitur, hinc idem Sanguis eodem momento minus assurget in Cerebellum; indeque Spiritus per hujus nervos minus acriter urgebuntur, Sanguisque arteriosus minus abit in Musculos intercostales, diaphragmaticos, ac subclavium; atque sic causæ Thoracem in Inspiratione dilatantes debilitantur rursus, elater segmentorum cartilagineorum Costas iterum deprimit; distractæ Peritonæi & Abdominis musculorum Fibræ sese simul restituunt, pressa Viscera laxum jam Diaphragma sursum versus thoracis cavitatem trudunt, ipsum Pectus arctatur, aër è Pulmone expellitur, ac ita fit *Exspiratio*, Sanguisque denuo liberius per Pulmonis vasa transit, pelliturque fortius & co- *Expirationis modus.*

pioſius ad muſculos; ac ita renaſcuntur cauſæ con trahentes rurſus muſculos intercoſtales & diaphra gmaticos, ſicque *Inſpiratio* iteratur & ratio pa tet reciprocantis Inſpirationis & Exſpirationis.

Reſpiratio voluntaria. X. Ad *voluntariæ* autem *Reſpirationis* actum ex ercendum, præter actionem muſculorum ſupra di ctorum, accedunt adhuc contractiones & relaxatio nes Muſculorum v.g. ſcalenorum, ſerratorum antico rum & poſticorum, obliquorum, recti, ſacrolumb & aliorum, quorum reciprocâ actione Inſpiratio & Exſpiratio voluntaria, ac violenta, ſi placet, contin git. Vim itaque, & cauſam Reſpirationis volunta humana ſiſtere valet; pulſum autem Cordis direct ſiſtere nequit.

Differentia pulmonis in Fœtu. XI. Senſibilis eſt Pulmonis Infantis vivi, & in Utero mortui differentia; ſiquidem fruſtulum pul monis Infantis nondum editi, aquæ immiſſum fun dum petit, vivi verò ſupernatat eidem; atque ex ha δοκιμασία cognitio hauritur Infantis occiſi. Cùm e nim pulmo Embryonis ſit craſſior, nec ſatis poro ſus, hinc Reſpiratione ſemel factâ ſpongioſus fit & ſic ſupernatat. Id quod contingere nequit, niſi Pulmones dilatentur & expandantur, adeoque San guini tranſeunti patefiat aditus, quod equidem fit quatenus Diaphragmatis figura mutatur in planam unde & cavitatem in imâ Thoracis parte, & viſce rum Abdominis depreſſionem, horumque majorem protuberantiam efficit.

Aëris ambientis vis. XII. Quando Thorax in Inſpiratione dilatatur neceſſariò ſimul ambiens aër protruditur: hic agi tatus vi ſuâ elaſticâ, eodem momento partim ita protruſus, partim propria gravitate ac vi, liberali facto impetu, ruit in Pulmones, eosque per ſe im mobiles inſtar utris inflat & diſtendit, quod *Inſpiratio* dicitur: Sicut diaphragmate denuo relaxato, & co-

ſti

; deorſum demiſſis, Pulmonum compreſſio & ris Exſpiratio accidit.

XIII. *Neceſſaria* admodum aëris *eſt Inſpiratio*, cùm c deficiente omnia intereant animalia: non tamen rigerium Cordis & Sanguinis, aut hujus à nitroſo ris ſale condenſatio, primarius ejus eſt finis; cùm ia in calore viventium naturaliter conſtituto, aut ſenibus vel cachecticis tepeſcente, nullum locum tineant. *Inſpirationis neceſſitas.*

XIV. Sed potiùs *uſum Vitæ* noſtræ ſimpliciter neſſarium *Aër* inſpiratus ſanguini præſtat, unde & hic nnis prius per Pulmones, quàm per Cor ruit, ita ad eam Sanguinis vitalem reſtaurationem, quam præcordiis acquirit, inprimis faciat, idque beficio Salis ſui volatilis univerſalis, ratione cujus cultum vitæ cibum Aëri ineſſe Hermetici aſſent. *Aëris inſpirati vis in Sanguinem.*

XV. Tandem heic quæſtio moveri ſolet, utrum ër in Inſpiratione ſubeat Pulmonem, quia Thorax latatur, vel utrum Thorax dilatetur, quia Aër vi â elaſticâ Pulmonis veſiculas ſubit? Utrumque diac defendi poteſt. *Quæſtio.*

CAPUT XIII.

De Liene & Omento, harumq; partium uſu.

§. I.

UBi in Arteriam magnam impulſus eſt Sanguis, ex parte deorſum per arteriæ aortæ truncum ferır, & inter varios illius ramos arteriam ſplenicam, que hâc mediante Lienem ingreditur, exinde per enam ſplenicam ad truncum Venæ portæ ac Hepar iſtribuitur: ita ut hæc communicatio inſignium orum viſcerum, Lienis & Hepatis, dum omnis Sanuis è Liene immediatè ad Hepar defertur, ſingulare uid in receſſu habeat, ulteriori ſcrutinio indagandum, *Sanguinis introitus in Lienem.*

dum, utpote ſine quo officium eorum vix debitè ex plicari poterit.

Vaſorum ſplenicorum ſtatus.

II. *Lienis* viſcus conſtat membranarum congerie in cellulas & multiplices concamerationes efforma tarum, per quas Glandularum minimarum copiol globuli, Uvæ botrum æmulantes, diſperſi ſunt. Vide licet haud improbabile eſt, Arterias illas ſatis ma gnas ſubſtantiam Lienis ingreſſas, atque innumera bilibus ramis per univerſam ejus molem diſtribu tas, tandem in canaliculos minimos terminare, at que flexuoſis anfractibus quaſi coadunatas glandula rum ſtructuram æmulari, hinc verò extremas in Ve nas ſplenicas abire.

Locus ſplenis.

III. Situs eſt *Lien* ſive *Splen* in hypochondrio ſi niſtro, pendens à Diaphragmate, adhæreſcens Reni ſiniſtro, & Omento, atque variè premi, ſurſum de orſumque à Diaphragmate & Muſculis Abdominis agitari ſolitus. Sanguinem ex Arteriâ cœliacâ, quan doque & ex ipſa Aorta accepit. Contextum apparet hoc Viſcus ex Arteriis, Venis, Nervis, Membranis atque Cellulis membranoſis; ubi Arteriæ ſanguinem advehunt, Glandulæ Lympham ex eo ſegregant, qua per lymphatica Vaſcula, inter binas Lienis membra nas decurrentia, indeque è Viſcere prodeuntia ad Chyli receptaculum propellitur. Nervi quoque mul ti huic Viſceri dati neque motum ſenſibilem, ne que ſenſum notabilem exhibent, ſed liquidum potius ſpirituoſum conferunt, prætereaque membranacea rum fibrarum tonum fulciunt & conſervant. Venæ refluum ſanguinem ad Venam portæ deferunt; & Membranæ tandem Cellulas formant, Lienisque Corpus ſimul inveſtiunt.

Ejus textura.

Lienis uſus.

IV. Uſum Lieni *Cel. Boerhaven* diverſum attri buit, videlicet 1. Lympham ſubtiliſſimam è San guine arterioſo in Glandulis minimis præparare, ſe cer-

ıere, hinc per tubulos excretorios in Cellulas ndere. 2. Superfluum ab hac secretione sangui- n Venulis minimis, moxque Venæ communi nicæ immittere. 3. Copiosè affluentes Nervo- spiritus Lymphæ, forsan & Sanguini refluo mi- e. 4. Quibus addimus, Sanguinem ad Venam cæ mittendum nimiâ Lymphæ copiâ destituere, ontrà spirituoso Nervorum liquido diluere, tractione & constrictione fibrarum membrana- um, à Septo transverso & Musculis abdominis procè pressarum & agitatarum, attenuare, ac ita ım reddere ad generationem Bilis in Hepate dein iciendam.

/. Non est tamen Viscus Splenis *simpliciter ad esse le* animalium necessarium, cùm Canibus & Sui- sine ulla sensibili functionum læsione exscindi ıt. Sed tantùm ad *bene esse* confert, ita ut ad orem Sanguinis perfectionem, sed accidentalem c, facere videatur, quatenus in Lienis glandulis, currentibus spiritibus animalibus forsan tale fer- ıtum elaboratur, quod Sanguini inspiratum vel aciliorem Chyli transmutationem faciat, vel po- molecularum Sanguinis heterogenearum, nec miscibilium separationem ita promoveat, ut ıodè per convenientia loca, in specie Renes, &c. cuari possint. *Lien ad vitalitatem absolutè non est necessarius.*

/I. *Omentum* s. *Sacculus adiposus*, *Reticulum*, *Epi- n* est pars membranacea, composita è tunicâ du- i maximè tenui, à Peritonæo, Mesenterio, Dia- agmate, Ventriculi fundo, & Spina dorsi supe- exorta, atque pluribus dein partibus, quas ob- t, Intestinis, Lieni, Hepati, & Mesenterio con- a, inque figuram orbicularem ad instar Marsupii uparii expansa. *Epiploon.*

/II. Inter membranas istas Arteriæ omentosæ, à cœlia- *Ejus structura.*

cœliacis itidem oriundæ, circa ſtrias vel ſacculos lobulos adipoſos, è membranis concurrentibus formatos, excurrunt, inque plexus reticulares tenuiſſimos diſtributæ, tandem in Venulas minimas, ſimiliter heic poſitas deſinunt. In hâc autem Vaſorum propagatione è Sanguine per laterales ubique poros Oleum tenue & ſubtile ſecernitur intra Sacculos pinguedinis, Vaſa ſanguinis ſtipantes, ac in hiſce colligitur, atque retinetur, ita tamen ut ex Sacculis h adunatis, inque ductus aliquos patentibus, collectum illud Oleum expelli, inde ad Hepar uſque protrudi, hacque ratione tandem Sanguini ſplenico, eô pariter per ſua vaſa deferri conſueto, benè permiſceri, confundi queat. Cùm enim Omentum Hominis non obſervetur hactenus aliud habere vas excretorium præter Venam epiploicam dextram & ſiniſtram, probabile eſt, Sanguinem Omenti venoſum omnem, Oleo divitem & Lymphâ, Cruori in Hepar fluenti affundi & miſceri.

Omentum viſcera calore fovet.

VIII. Quæ omnia probant, Omentum ſingulari ſua ſubſtantiâ in Sacculos pinguedinis contextâ, ac forſan ſimul Vaporibus volatilibus, ex Abdominis Viſceribus exhalantibus calidis intra ſuos poros ſuſceptis, Viſcera Abdominis fovere, humorumque circuitum in illis ſuo calore promovere.

CAPUT XIV.

De Renibus & Urinâ per illos ſecretâ.

§. I.

Sanguis ad Renes illatus.

SAnguis per Arterias emulgentes diſtribuitur a *Renes*, ex quibus per Venas emulgentes redit, ibidem Serum ſalibus partim ſuperfluis, partim re

cre

entosis, aliisque Sanguinis impuritatibus imnatum, transcoletur & separetur.

Est scilicet in Sanguine Latex aquosus sive m, commune tam succorum nutritivorum quàm mentorum vehiculum, cujus medio illi per unim distribuuntur corpus, hi verò in certis colas separantur & amandantur: quod si fiat per Re- *Urina* appellatur; sin verò per Cutis poros, *Su-* nomine venit. *Laticis aquosi secretio.*

I. *Renum corpus*, quoad extimas partes, constat s quamplurimis subtilibus, perforatis tamen, in ous papillare tortuosum, medium eorum corpus tituens, desinentibus, de quibus vid. Laur. Bellin. s. Illas ergo fibras Serum sanguinis ingreditur, que ad Corpus papillare pergit, per cujus minu- & innumerabiles porulos transudat ad membra- interius expansam, unde per Ureteres ad Vesi- descendit, Sanguine ipso à Venis emulgentibus rea resorpto. *Structura Renum.*

V. *Urina* hæc Sanguinis est propriè loquendo vium quoddam volatile, seu Aqua è sale salso sul-reo, adeoque primariò *alcalino*, secundariè *aci-* ambobus volatilibus, pinguedine sufficienti tem-tis, composita, & Spiritibus imprægnata: qui- subinde, sed p. n. & alia massæ sanguineæ re-nenta se sociant, & unà eliminantur. *Urinæ materia.*

. *Urinæ* tamen materia, an omnis ex Sanguine Renibus transcoletur, & nulla ex primis viis à ylo immediatè separata ad loca urinaria, quæcun- etiam sint, viis licet hactenus in locis Abdomi-admodum impeditis, nondumque detectis, de-tur, in dubio adhuc est; saltem hoc probabile ebitur consideranti, *Diabeticos* eodem colore, ore & odore Vinum rubellum v. g. loco Urinæ ernentes, Semina Anisi & Coriandi integra excre-

ta, ci-

ta, citum Acidularum transitum, violaceum brev post assumptam Terebinthinam odorem, *&c.* U proin ob hanc rem nonnulli inter Urinam potûs & Urinam sanguinis distinguendum esse opinentur.

CAPUT XV.

De Lymphâ ejusq; Usu, Sudore & Transpiratione

§. I.

Glandulæ. POst Renes excurrit Sanguis ulterius per Arteria ubique ad *Glandulas*, per universum corpus disseminatas, easque tam *conglomeratas*, quàm *conglobatas*: quarum illæ magis compositæ liquorem emulctum in certas cavitates pro peculiaribus usibus effundunt: hæ magis simplices eum per Lymphatica vasa, quorum truncus communis est Ductus thoracicus, in Venam axillarem sinistram Sanguini denuo infundunt.

Conglomerata. II. *Conglomeratarum* liquor, prout eædem sunt vel laxioris vel firmioris texturæ, variat: illæ serum lacteum emulgent, ut sunt Mammariæ, Tonsillæ: hæ serum aquosius, subtilius, sale volatili vel salso vel acidulo prægnatum, separant, ut *Pancreas*, *Parotides*, *lachrymales Glandulæ*, &c.

Conglobatæ. III. *Conglobatæ* verò glandulæ Lympham efficiunt, eamque omnem à partibus infra Cor sitis per Ductum thoracicum sanguini per Venam axillarem sinistram infundunt: sicut eodem loco omnis in superiori regione confecta Lympha per similes Lymphæ ductus, Vasa lymphatica dictos, ibidem infunditur.

Lymphæ materia. IV. *Lymphæ* hujus materia primaria probabiliter statuitur nutrimentum partium roridum, ministerio Glandularum collectum, in quod condensantur Spiritus animales, in partes quascunque per nervos allati:

dum enim non penitus dissipantur exercitio
laboribus, cum latice seroso alimenti, omnium
um Vehiculo sese jungunt, & ita subtilitatem
tuosam amittunt, ac denuo in halituosam, te-
n & aqueam condensantur substantiam, adju-
e non parùm Artuum frigidiori præ aliis parti-
constitutione.
. Limpida talis spirituoso-aquea materia à Glan-
s conglobatis imbibita, impraegnatur in his sub-
anguinis arteriosi acido sale, quæ junctim sumpta
nphæ liquorem aquoso-spirituosum constituunt,
nihil acidulum, supradictis locis Sanguini per-
ceri consuetum.
I. *Finis*, propter quem Sanguini in vicinia Cor- *Ejus finis.*
& Pulmonum, ubi de novo magis animandus
Lympha hæc Venæ axillari sinistræ infunditur,
on tantùm, ut diluat & fluidiorem reddat San-
nem, sed ut in specie Chylo impraegnata instar
eriæ nutritiæ Sanguinis in præcordiis renovatio-
& restaurationem vitalem adjuvet, & insigni-
promoveat.
II. Pertingit sauguinea massa ulterius ad totam
oris peripheriam extimam, ejusque integumen-
Cutem, quæ est reticulare corpus, è fibris nerveis
sis, & capillaribus arteriarum & venarum vasis seu
s sanguineis contextum; ob id naturæ mixtæ,
uineæ & spermaticæ seu nerveæ, inprimis tamen
inosæ, esse dicitur.
III. Interstitia hujus texturæ occupant Glandulæ *Glandulæ*
osæ minutæ, reverà ex conglomeratarum genere, *cutis.*
res dictæ, vase *suo excretorio foras hiante*, & cutis
constituente, instructæ, quæ Seri fontes sunt *sen-*
s Transudationis, sive *Sudoris*, & *Diaphoreseos* s.
sibilis Transpirationis.
X. *Serosus* nempe *sanguinis Latex*, uti absorbet *Seri usus.*
super-

ſuperflua & recrementoſa ſanguinis ſalia naturaliter, aliasque ejus ſordes præternaturales; ita ſalina hac vi, inſtar ſaponis, abſtergit & abluit ſuo tranſitu ſolidarum partium ſordes ex nutritione ſuperfluas, aut ipſum nutrimentum non perfectè agglutinatum, ſed diuturniore morâ effœtum redditum: quæ omnia jam antea ſufficienter attenuata & volatiliſata è capillaribus vaſis per dictas Glandulas emulgentur, & accedente blando calore plus minus copiosè ſine capitis mortui remanentiâ notabiliter emittuntur.

CAPUT XVI.

De Cerebro ejusque Functione.

§. I.

Sanguis ad Cerebrum. SAnguinis vitale nectar ubertim etiam derivatur ad *Cerebrum & Cerebellum*, inprimis per arterias carotides & vertebrales, quarum exiles & capillares quaſi ſurculi ubique ſuperficiem ejus densè obducunt, & tandem in ſinus duræ matris ſanguinem infundunt, qui venis jugularibus continui in has proximè, & inde remotius in venam cavam ſe exonerant.

Cerebri textura. II. Obſervabilis eſt in Cerebro & Cerebello duplex ſubſtantiæ diverſitas, *corticalis* nempe ſubcineritia, & *medullaris* eleganter candida. *Illa è copioſiſſimis glandulis minutulis ovalis figuræ conſtat*, in quas ſe inſinuant dicta vaſa ſanguifera: *hæc ex filamentis & ductibus nerveis delicatiſſimis*, invicem certo ordine convolutis, & tandem in nervos planè abeuntibus, eſt conſtructa.

Uſus ſubſtantiæ Cerebri. III. Subſtantiæ talis diverſitas diverſum itidem uſum innuit, *cortice enim* mediante Spiritus volatiles ſanguinis, *vitales* dicti, ſeparantur à Sanguine, & per ſubtiliſſimæ filtrationis modum alacriter penetrando tranſeunt in Cerebri medullam, Sanguine ipſo,

ceu craſſiori corpore, ob pororum anguſtiam, ıiculoque ejus aqueo ob pinguiorem & oleoſam ſi ſubſtantiam Cerebri excluſis.

V. In ipſa verò *medullari ſubſtantia* ceu regio pa- ɔ, Spiritus dicti volatiles luminoſi, *animales* nunc ellandi, debitis motionibus & expanſionibus, in- ue per nervos in omnes partes radioſis excurſioni- , operationes Animalibus proprias, *Senſus* in ſpe- tam *internos* quàm *externos, & Motus* perficiunt. *Medullaris ſubſtantia ejus.*

V. Conſtituunt enim hi primariò *Animam ſenſiti- a*, tam Brutorum quàm Hominum, cùm ſint ni autores actionum Animalibus propriarum, in operationibus modò dictis, quàm in geni- bus etiam. *Spiritus ſunt anima ſenſitiva.*

I. Quæ utut ſint variæ & diſtinctæ, determina- tamen Spiritus animalis ſpecie & eſſentia unus, oque ad varias actiones indifferens, pro variâ ium organicâ diſpoſitione & proprietate. Nam oſe, qui movet pedem vel muſculum, confert n ſuo modo ad Viſum, ſi eſſet in oculo, & ſic ſequenter in aliis. *Spirituum determinatio.*

II. Quòd ſi dicti Spiritus, in debitâ quantitate ıbtilitate, blando & moderato, eoque ſimul ordi- ɔ motu agitentur, ac inde Cerebrum implendo orio motu quodammodo expandantur, ſicque ò ex eodem ſecundùm filamentorum, Cerebri ullarem ſubſtantiam conſtituentium, ductum tinuato quaſi rivulo aut radio in corpus, omnes- ejus partes influant, *Actionum animalium* om- m ſequitur exercitium, adeoque *Vigiliæ*. *Origo Actionum animalium.*

III. Sin verò quacunque ex cauſa perturbati, rdinato, vago & ſubinde impetuoſo cieantur mo- n Cerebro, hinc *Deliria* varia, ſpeciatim phrene- ; in partibus verò reliquis *Spaſmi* & motus con- ivi, interdum mirabiles, excitantur. *Deliria. Spaſmi.*

CAPUT XVII.

De Sensibus externis.

§. I.

Sensus & motus.

Officia, quibus *præsunt animales spiritus*, sunt *Sensus & Motus*, utrique *interni & externi*. *Externos* quod attinet *Sensus*, cùm hi revera consistant in passione seu motione organi, inductâ ab objecto externo sensili, per certam ad hoc factam impressionem seu motum, adeoque solùm in motione filamentorum nervorum organi, in iis Spiritus animales hoc solùm præstare videntur, ut suo influxu nervea Organa sensus proximè constituentia in debito tono & tensione conservent, quò facilius ab objectis externis moveri, & ita Sensatio externa fieri possit.

Causa motionis.

II. Exposita scil. est corporea nostra Machina quorumcunque corporum *ambientium* activitati & insultui. Hæc ergo ambientia, dum in partem quandam agunt, *motionem* certam inducunt in ejus Nervis, quæ motio, seu ab objecto externo facta impressio, continuato Nervi ductu ad Cerebrum usque, seu ad nervi originem, continuatur.

Sensus internus.

III. Quem ibidem insequitur determinatus Spirituum animalium, in vicinâ Cerebri medullâ, motus ab isto excitatus, constituere videtur *Sensum internum*, occasione cujus Anima rationalis in nobis format Conceptum seu Ideam, repræsentantem exactè rationem externæ impressionis, sitque tunc formalis cognitio, seu sensuum externorum mediantibus internis perceptio: id quod *dolor imaginarius* eorum, quorum partes fuere abscissæ, illustrare videtur.

Vis objectorum.

IV. *Vires* istæ objectorum, quæ vulgo *Qualitates sensibiles* dicuntur, quibus ambientia corpora agunt in certas Corporis partes, *Organa sensoria* dictas, consistunt

unt solùm in certâ talium corporum, quoad minas eorum particulas, texturâ vel conformatione, , prout diverso modo nunc in hanc, nunc in m corporis partem agit, & certum motum indu- vel mediatè, vel immediatè, tum varias qualita- sensibiles, seu in organa Sensuum agendi faculta- haberi dicitur.

V. *Constant* autem *sensuum Organa* variis & di-ctis partibus, ita tamen subordinatis, ut una sit *aria*, & cujus per objectum externum motione Sensatio externa, seu certa passio in parte, quæ per Nervus esse solet, cujus filamenta nunc in mbranam fortiter tensam expansa, v. g. in *Audi-* & *Visu*; nunc in capitula papillaria sunt conglo-, v. g. in *Gustu* & *Tactu*, reliquis partibus dun-t certum usum, eumque varium habentibus. *Organa sensuum.*

I. Quinario numero omnes *Sensus externi* rectè ntur comprehendi, quos inter eminet *Visus*, cu-objectum externum est *Lux*, primariò Solis & s, & inde diffusum in orbe *Lumen*, quod est eria quædam subtilissima, nil aliud nempe, nisi s quidam maximè rarefactus. *Lumen* tale vel nediatè in recta linea, vel mediatè, mediante pe per corporis opaci superficiem reflexione cer-ansit per *tunicam* Oculi *corneam* & *humorem cry-num*, donec impingat in tunicam *retinam*, seu nsionem *filamentorum nervi optici*, profectò undi-que Spiritu animali perfusam, ubi hæc quasi per- similiter movens Spiritus præsentes, talem fa-motionem & impressionem, quæ ad Cerebrum e continuata, eo modo ut in antecedentibus ex-tum, à nobis dicitur *Visio*, quæ rectè definitur us externus, Oculorum ministerio sive organo visibiles, Colorem & Lucem vel Lumen, ceu itates visibiles, percipiens. *Sensus externi.* *Visus.*

Oculus. VII. Est scil. *Oculus* reverâ *Camera obscura* Opticorum, cujus Humor crystallinus est vitrum lenticulare, in quo utplurimum fieri solet decussatio radiorum luminosorum, donec impingant in tunicam Retinam, ceu primarium *Visus organum*, ubi objectum externum exactissimè, inverso licet situ, repræsentatur, ut ita reverà per duplicem conum, unum rectum ab objecto ad punctum intersectionis in Crystallino, alterum inversum ab hoc puncto usque ad Tunicam retinam, omnis fiat *Visio*. Et prout hi intersectionis anguli sunt majores vel minores, etiam res visa major vel minor in tunica Retina depingitur, & consequenter ita judicatur.

Radii luminosi. VIII. Quòd si radii isti luminosi sub sua in orbem diffusione impingant in corpora opaca, resiliunt propter denegatum transitum, plus minus exactè ad eos angulos, ad quos inciderant, ita ut incidentiæ & reflexionis anguli perpetuò sint æquales, id quod in *Speculis* est manifestissimum.

Corporis opaci diversitas. IX. Corpus *opacum*, à quo reflectuntur radii, est vel *politum*, vel ex particularum superficialium inæquali situ *asperum*. *Illud* radios, eodem ferè modo atque incidunt, ad Visum reflectit, unde tale corpus, quasi secundariò luminosum splendere dicitur: *hoc* verò radios intra istius inæqualis superficiei diversos porulos, & varias eminentias atque cavitates partim plus minus abscondit, ac ita cum umbris miscet, partim verò certâ ratione, plus minus tamen, à primitiva figura mutatos ad oculum reflectit, unde taliter modificatum lumen *Color* dicitur.

Colorum differentia. X. Nempe quorum superficiales particulæ minutæ, ceu copiosa polita specula, lumen incidens maximam partem reflectunt, & ita splendentibus proximæ sunt, *Albedinem* repræsentant; quorum verò particularum textura copiosis porulis & meatibus est

inter-

:rſtincta, ut in his lumen maximam partem ab-
:datur, & quaſi umbris tenebricoſis obfuſcetur,
:edinem exhibent. Ubi denique radii luminoſi
:perficialibus opacorum corporum partibus mo-
:bſorbentur, modò ratione diversâ ad Spectan-
:n oculos reflectuntur, ibi Colores intermedii,
:r, cæruleus, viridis, flavus &c. gignuntur.

:I. Viſum excipit *Auditus*. Hujus *objectum mo-* *Auditus.*
externum nil aliud eſt, quàm *Æther* ſeu *Aër ſub-*
:imus diverſimodè, impetuosè tamen & violenter
nihil, vel percuſſione vel flatu commotus, & tre-
us redditus, qui undique undulatorio motu in
:m diffuſus per anfractus Auris externæ ad Aurem
:nam, & in ſpecie ad Nervum auditorium ſeu a-
cum, in cochleæ extremitate in membranam
:nſum, impingit, eamque quaſi percutit, unde
:us ibidem percuſſioni analogus, & ad cerebrum
:inuatus, à nobis *Sonus*, ejuſdem verò dijudica-
:eu perceptio *Auditus* dicitur.

:II. Motiones ejuſmodi aëreæ ad Aurem conti- *Sonorum differentiæ.*
:æ, prout ſibi invicem certâ, ſecundùm Arith-
:icæ leges, poſitione in majori vel minori gradu,
:tenſione aut remiſſione reſpondent, *gratum* ſeu
:onicum vel *non harmonicum* efficiunt Sonum; &
:t iſtis motionibus reſpondentes in cerebro ſpi-
:m animalium ſe habent motus, in impetu ma-
: vel minori, ordine vel confuſione, &c. varii ef-
:s *Muſicæ* in nobis conſurgunt.

:III. Inprimis autem aër ex anguſtiâ Glottidis *Echo.*
:diens, tranſeundo per cavitates corporis mem-
:oſi Oris & Narium, magis minusve glabras, a-
:as, apertas, amplas, impeditas, aut variis etiam
:is figuratas, prout vehementius aut debilius a-
:tur, ita *fortiorem* vel *debiliorem*, ſeu *remiſſiorem*
:is repræſentat *Sonum*; prout fortior & celerior,

acutiorem, prout remiſſior & tardior, *graviorem*. Quum verò latera Glottidis cartilaginea pro muſculorum ſuorum agitatione diverſâ & multiplici, infinitis modis aperiri vel arctari poſſunt ac ſolent, à celeri tardove, forti aut debili aëris undulantis tremulive repercuſſione, mira quoque hinc Vocis diverſitas excitatur. Sicut etiam impingens aër in corpus denſum, repercutitur diverſimodè ad angulos incidentiæ æquales, indeque repetitum ſonum ſeu *Echo* conſtituit, quod in cavitate Inſtrumentorum muſicorum Reſonantia dici ſolet.

XIV. Ad hujuſmodi aëris motiones flatu, ſive expulſu aëris, totâ capacitate pulmonis contenti, factas, tanquam per inſtrumentum pneumaticum, pertinet motus ejus in animalibus in Tracheam ſeu aſperam Arteriam exſpiratione aëris, inde in Glottidem factus, ubi anguſtatâ viâ celerius agitatus, ac elaſtico tremulo corpori illidens, inque undulas reciprocas percuſſus *Sonum* efficit, *Vocis* nomine venientem; quæ Vox ſimplici per laryngem, inprimis Epiglottidis adjumento, eliſione *Vocales*; per Linguam verò, Dentes & Labia, certâ modificatione *Conſonantes* efficit; hæ autem tandem litteræ in Hominibus pro ratione impoſitionis & conformationis mille modis combinatæ, & certâ ratione articulatæ, *Sermones* conſtituunt: unde ex ſola motus organorum Sermonis obſervatione, Surdus & Mutus ab ortu per Oculos ſeu viſum exactè quaſi audiens, & ita perfectè loquens reddi poteſt.

Vox.

Sermo.

Vocum differentiæ.

XV. Mulieres habent *Vocem acutam*, cùm aſpera earum arteria ſit minor: contrà, qui habent eam majorem, illi habent *Vocis ſonum gravem*, uti hoc obſervamus in *Urſis*, quibus aſpera arteria adeo eſt ampla, ut integra complicata manus eidem intrudi queat.

XVI. Qui tentant graviorem ſuâ voce Sonum e-
e, quàm quidem poſſunt, adeoque Rimam nimis
tant, his perit ferè Sonus: quemadmodum &
us in formatione acutiſſimi toni, ſuffocationem
pemodum, vel ſtridorem Laryngi infert.

Soni deperditio.

XVII. Ad *Vocis ſuavitatem* maximè contribuunt
tturis, Epiglottidis, Oris, Palati, Naſi denique
a conformatio, & lubrica vel glabra ſuperficies.
litas verò Muſculorum, qui Glottidi movendæ
iunt; laxitas Ligamentorum Cartilagines Laryn-
connectentium; magnitudo differentiæ, quam
ica Glottidis in aperturâ ſuâ admittit, videntur
tudinem conciliare ad multiplices valdè tonos
nctè, purè & clarè formandos. Hinc cantare
l aliud eſt, quàm Sonos juxta gravitatem, acu-
n, velocirer vel tardè, vehementer aut blandè,
aliter aut multipliciter flectendo edere. Ad
um autem Sonorum majorem vel minorem ſua-
tem varia eaque determinata in quovis Homine
ctura Thoracis, Pulmonum, & reliquorum Vocis
norum præcipuam cauſam facit.

Vocis ſuavitas.

Sonorum multiplicitas.

XVIII. *Riſus* fit, explicante *Cl. Boerhaven*, quando
ſtus in veſiculas Pulmonis aër, reciprocis citiſ-
s, ſed admodum parvis, concuſſibus, per orga-
nſpiratoria & exſpiratoria factis, quaſi undatim
Pulmonem & aſperam Arteriam commovetur:
none interim propemodum in eadem extenſio-
permanente, & Sanguinem magis conquaſſante
n transmittente, ſicque nimiâ ſui vehementiâ
ntinuatione non ſolùm corpus fatigante, ſed &
ndoque propter tardiorem ſanguinis per Venas
lares circulationem, Faciei, Oculis, & Collo ru-
em conciliante, imò interdum ſimul Dyſpnoeam,
plexiam, Convulſiones, Mortemque cauſante.

Riſus ut fiat.

XIX. *Tuſſis* producitur, quando copioſiſſimo

Tuſſis productio.

Pulmonis ſubſtantia repletur aëre, hicque parum ibidem retinetur, & mox clausâ Larynge, ſimulque Diaphragmate vi muſculorum Abdominis in Pectoris cavitatem protruſo condenſatur, latera Pulmonis validè premit; ac deinceps apertâ denuo Larynge per reciprocos Exſpirationis concuſſus violenter quaſſatur, ſicque Bronchiorum ſuperficiem purgat. Unde ea omnia, quæ internam Bronchiorum ſuperficiem exaſperare poſſunt, etiam Riſus aliquando vehemens, Cantus validus, ingens Vociferatio, Inſpiratio aëris pulverulenti, & ſimilia, Tuſſim excitare valent.

Oſcitationis cauſa. XX. *Oſcitationem* excitari credibile eſt expanſione ſimultaneâ omnium ferè Muſculorum voluntariorum, inprimis Pulmonum, lentâ & paulatinâ inſpiratione aëris copioſi, ejusdem dein aliquamdiu retenti & rarefacti lentâ rurſus exſpiratione, ſtatûs denique muſculorum naturalis reſtitutione. Ut proin effectus Oſcitationis eſſe videatur humores corporis per ſingula vaſa expeditius movere, æqualiter diſtribuere, adeoque Senſuum Motusque organa obeundis ſuis muneribus maximè idonea reddere.

Sternutatio. XXI. *Sternutatio* fit à corpuſculis acribus pungentibus, ſtimulantibus, & quaſi criſpantibus papillas membranæ Narium nerveas, cum muſculis Reſpirationi inſervientibus communicationem habentes, ita ut hi ſimul irritati cum impetu ſeſe contrahentes aërem magnâ cum vi per Nares expellendo rem moleſtam excutere nitantur.

Tactus. XXII. Poſt Auditum tertio loco eſt *Tactus*, toto ferè in corpore reperibilis, ubicunque nempe filamenta reperiuntur nervea, quæ ab externis objectis mille modis horum approximatione affici, & inprimis variè moveri poſſunt. Filamenta talia, uti in contexenda cutanea maſſa locum primarium obtinent,

ent, ita profectò hinc inde in *capitula papillaria con-*
ata è Cute nonnihil prominent, & sub Cuticu-
genuinum ac naturale organum Tactûs externum
ſtituunt.

XXIII. Corpora externa, quæ ſui approximatio- *Qualitates tactiles.*
dicta filamenta, & eorum extremitates papilla-
afficiunt, hoc faciunt ſolâ particularum minuta-
n ſuperficiali texturâ, earumque certâ vel motio-
vel quiete. Atque exinde etiam ſurgunt *qualita-*
iſtæ, quæ à nobis dicuntur *tactiles*. Si enim
ɔddam corpus, cui v. gr. manus admovetur, cedat
ectu firmæ minimorum unionis, dicitur *molle*;
erò non cedat, ſed reſiſtat ex forti eorum com-
atione, dicitur *durum*. Si quædam particulæ
biles invicem cohæreant, ſimulque organo adhæ-
nt, dicitur *viſcidum*; ſi aliquæ particulæ à toto ſe-
atæ mobiles organo Tactûs adhæreant, dicitur
midum, ſi non, vocatur *ſiccum* ſeu *aridum*. Si fiat
errimus & repetitus in organo ab objecti externi
nimis agitatis, motus; dicitur *Calor*; *ſi nullus*, di-
ur *Frigus*: & ſic de reliquis in infinitum.

XXIV. *Guſtus* nil aliud eſt, quàm tactus linguæ *Guſtus.*
cialis & ſingularis, dum itidem fit per Nervos,
delicata filamenta diviſos, quæ ad ſuperficiem
nguæ, ſub membranam ejus delatæ, conglobantur
ſimiles papillas nerveas, tanquam in capitula Fun-
rum ſeu cornua extrema Limacum. Illæ ergo
ione ſuæ peculiaris texturæ ita ſunt conſtitutæ, ut
ter communia Tactus objecta, ut *durum*, *molle*,
erum &c. ſpecialem à particulis ſalinis ſimilibus-
ciborum recipiant impreſſionem.

XXV. Sunt nempe *ſalinæ particulæ* minutiſſimæ *Ejus objectum.*
nuinum *Guſtûs objectum*, quæ ratione texturæ ri-
læ, acuminatæ, hiſpidæ, & diverſimodè figuratæ,
hiculo aqueo inprimis dilutæ, ſe inſinuant in

 Linguam,

Linguam, ejusque modò dicta filamenta, & ſpeciatim eorum papillas variè movendò, pungendo, lancinando, &c. talem in iis motum efficiunt, qui à nobis *Guſtus* dicitur.

Saporum differentia. XXVI. Sicuti proin dictæ particulæ plus minus mutantur, & alterantur vel obruuntur, variant *Sapore*: hinc enim *acida* & *urinoſa* mutuâ unione mutando texturam fiunt *ſalſa*; acidæ Aceti particulæ, cum Minio ſive Saturno calcinato junctæ, mutatâ texturâ *dulcem* ſaporem repræſentant.

Organum Guſtus. XXVII. Itaque principale Guſtûs *organum* ſunt papillulæ nerveæ obtuſæ, à nono pari nervorum, indeque expanſo, & muſculoſæ Linguæ carni incumbente, corpore nervoſo, oriundæ, quæ in exſertâ vivi Hominis, eaque calente, humidâ, molli, & guſtando corpori applicatâ Linguâ emergunt, & per reticulare corpus pertuſum aſſurgendo, erectis vaginulis membranæ exterioris Linguæ ſupponuntur, poroſis illis, ac ita eminentibus, ut preſſus Cibus Potusque quàm maximè in illas ad excipienda objecta incurrant.

Guſtandi modus. XXVIII. Percipitur autem Sapor, Guſtusque producitur, dum res guſtanda attenuata, ſalivæ liquore plus minus ſoluta, adeoque Linguæ applicata, intra poros Vaginularum ejus membranacearum ſeſe inſinuat, latentes ibi papillulas nerveas movet, impreſſumque motum ad Senſorium commune Cerebri defert, ac denique ideam Saporis ſalſi, acidi, dulcis, amari, acris, auſteri, aromatici, aquoſi, vinoſi, ſpirituoſi, terrei, aut ex his compoſiti in Mente ſuſcitat.

Olfactus. XXIX. *Guſtui* proximus eſt *Odoratus*, qui duo ſenſus maximum inter ſe conſenſum habent, ita quidem ut intensè ſapida ſimul Odoratum fortiter afficiant, & contrà; velut in *Oleis deſtillatis* & *Salibus volatilibus* apparet, adeo ut *Tactus*, *Guſtus* & *Odoratus*

-us non nisi pura graduatione majoris vel minoris
-teriæ immersionis distinguantur, & solùm *Tactus*
-versimodè modificatus sint.

-XXX. *Organum* hujus *Odoratus* minùs probabi- *Ejus organum.*
-er statuuntur *Processus mammillares Cerebri*, potius
-m illud esse videtur *membrana tenera summitati*
-*rium* juxta confinia Ossis cribriformis intus ob-
-usa, uti eleganter hoc demonstrat Schneid. *Tr. de*
-*e cribriformi*. Quin & ex analogia cum Tactûs &
-ustûs organo de præsentiâ certarum papillarum, ex
-mentis nerveis contextarum, vix dubitandum
-letur. Quibus Narium membrana sensibilior est,
-ilè, quibus autem insensibilior, difficilius ster-
-tant.

-XXXI. Dum ergò cum aëre per inspirationem *Odor.*
-racto varia simul, imò innumerabilia Nares efflu-
& miasmata subintrent, è quibuscunque ferè
-poribus, insensibiliter licèt, emanantia, adeo ut
-nia corpora certam quasi suam & determinatam
-mosphæram circa se habere videantur ; quædam
-rum ratione suæ determinatæ texturæ & confor-
-tionis insinuant se dictæ Narium membranæ, eam-
-e vellicando, pungendo, titillando, &c. talem in
-mentis ejus motionem efficiunt, qualis sub no-
-ne *Odoris* venire consuevit.

-XXXII. *Particulæ* tamen, quæ habent texturam *Eorum genesis.*
-conformationem mechanicam, ut speciatim hanc
-mbranam, ejusque filamenta nervea movere pos-
-t, *salino-sulphureæ* plus minus *volatiles* sunt: vix
-m odorem habemus, qui non ex sulphureo-salino
-oriatur principio. Unde, prout particulæ ejus-
-di salino-sulphureæ & pingues ex coalitu cum
-s mutant texturam, atque vel volatilisantur vel fi-
-ntur, aut alia ratione immutantur, sicque diverso
-odo papillas nervosas Narium vellicantur, *Odorum*
nascitur

Varietas. nascitur varietas. Hinc v. gr. *Moschus*, odoris expers, si in latrinâ suspenditur, sulphureas particulas in se iterum admittit, & inde fragrantem odorem acquirit. Odor *Olei Terebinthinæ* suaveolentis longè diversus est ab odore *Balsami sulphuris*, cum hoc ipso licet Oleo parati.

CAPUT XVIII.

De Sensibus internis.

§. I.

Sensus interni. ITa quidem se habent *Sensus externi:* sed *internos* quod attinet, illi rectè dicuntur triplices, *Sensus communis*, *Phantasia* & *Memoria.* Negotium est obscurius, propter insignem, quæ hic observatur, confusionem operationum animalium & rationalium. Cùm enim nostra cognitio intellectualis, & omnis Ratiocinatio præsupponat spirituum animalium exercitium, occasione quorum diversimodè motorum anima rationalis diversos sibi formet conceptus seu phantasmata, (cùm nihil sit in Intellectu, quin prius fuerit in Sensu) adeoque sensus animales interni, & intellectio, in nobis semper sint conjuncta; evenit inde, ut nesciamus, quomodo Sensus interni, separatim considerati, se habeant.

Analogia cum Brutis. II. Unde factum, ut similitudo quoad actiones externas intercedat non levis inter Homines & quasdam Bestias, quibus *sensualis* quidem competit, non verò *intellectualis cognitio.* Quin plurium ejusmodi *Brutorum docilitas* in causâ fuit, ut iis quoque cognitio propriè sic dicta tributa fuerit, & consequenter ad minimum semirationalia reddita, h. e. nobis propria ipsis similiter tributa seu adjudicata sint.

III. Ex-

III. Exactius si velimus scrutari negotium, ne- *Requisita.*
se est, ut exactè quoque abstrahamus & separe-
us *res Animæ rationali proprias*, h. e. quas cogni-
ne reflexâ in nobis ipsis percipimus, ab iis, quæ
itibus & cerebro sunt propriæ, & consideremus, quâ
ione hæ posteriores fiant, cùm in his Sensuum
ernorum ratio consistat.

IV. Quo facto manifestum evadet, *Sensus inter- in sola spirituum animalium varia & multiplici in ebro & cerebello motione & agitatione consistere*: unde Brutis omnis perfecta & propriè sic dicta cognitio deneganda, sicque eadem Bruta non alio modo habebunt, quàm teneri Infantes, utpote inter os & Bruta nulla vel levis intercedit, quoad quasque actiones, differentia, dum rationalis Anima ndum actu secundo in Tenellis operatur. Pariter conformatio Cerebri organica læsa, impediendo rituum motum, Sensus internos lædit. *Sensus interni in quo consistant.*

V. Sensuum proin internorum in genere consi- atorum operationes ita se habent; nimirum fi- nenta nervorum, in organis sensuum externo- n commota, suum motum continuant in Cere- um usque ad origines dictorum nervorum, unde tus similes in corporibus striatis, & consequenter spiritibus animalibus excitati, sunt id, quod *Sen- communis* dicitur. Quæ autem motiones impres- exinde repercutiuntur in corpus callosum usque, Spiritus animales ubertim scaturientes occasione rarum motarum agitantur, eæ efficiunt id, quod *vo- ur Phantasia*. Quæ verò hinc reflectuntur suo mo- ad spinalem Medullam usque, illæ impetu facto va- nunc in Cerebelli, nunc Cerebri nervos motorios ivantur: illic in Cerebello pro motu partium in- narum, nempe Diaphragmatis, &c. & excitatione ectuum; hic in Cerebro pro motu membrorum exter- *Sensuum internorum operationes quomodo se habeant. Sensus communis. Phantasia.*

externorum, ita ut varii hi motus nunc *Sensus communis*, nunc *Phantasiæ* nomine veniant: sicut iidem sæpius eodem modo evenientes, & in membris externis similes actiones exercentes, *Memoria* vel *Reminiscentia* appellari solent.

Memoria.

CAPUT XIX.

De Somno & Vigiliis.

§. I.

Somnus.

AFfectiones Sensuum hactenus explicatorum vocantur *Somnus* & *Vigiliæ*: ubi *Somnus* quidem est cessatio Sensuum & Motûs voluntarii membrorum, cum palpebris clausis. Nimirum Homini in Somnum inclinanti & labenti Sensus tam interni quàm externi, non secus atque Motus voluntarii paulatim ac velut per gradus imminui, retardari, & difficilius cum sensu aliquo ponderis membrorum, atque resistentiæ magnæ exerceri, ac tandem omnino desinere solent. Quo in casu propter Spirituum animalium penuriam Musculi exercendis motibus destinati flaccescunt, & quasi paralytici redduntur primùm in Palpebris, deinceps in Facie, Collo, Brachiis, denique in toto reliquo corpore. Sed & Actiones Mentis, quatenus occasionem à motione organorum sensuum habent, propter flaccidas simul redditas Medullæ Cerebri Fibras, feriantur tantisper, donec restaurata Spirituum quantitas fibras illas de novo rursus distendat, & solitâ contentione in totum Genus nervosum influat.

Quomodo fiat.

Actiones spontaneæ vigent.

II. In *Somno* tamen Actiones corporis spontaneæ, motus Cordis, Arteriarum & Venarum propemodum fortior, æquabilior, plenior, sed & Respiratio profundior ferè, robustior, æquabilior sensim, utut

t magis lenta fit. Atque hæc omnia paulatim sive gradus contingunt, hocque tempore circuitus morum, digestiones, secretiones, perspirationes, ributiones, alacrius omnino perficiuntur; Anirationali etiam de istis non cogitante, multo miquid ad tales actiones contribuente. Nondum n mihi persuadere potui, ut crederem, quod berr. Stahlius in suis habet *Physiologicis*, Somnum elicet esse *talem effectum, cui ipsa anima operam dapositivè & libenter locum concedere, imò illum certâ one atque methodo positivè suscipere ac præstare depossit & soleat.* Contrarium certè mea mihi Anidictat, quando sæpius reluctante ipsius voluntate omnum planè invitus inclino, & delabor, dum turnis mihi horis consilia sunt scribenda. Et falegregiè, nisi quid simile interdum & ipsimet *percissimo* eveniat *Stahlio*, in tam augustâ Potentiss. is Borussorum Aulâ Medicinam felicissimo cum ressu facienti. *Quid anima ad Somnum contribuat.*

II. Causæ Somnum producentes multæ sunt, v. nimia Cibi solidioris ingestio & mora in Ventri; Potus largus spirituosi Liquoris vegetabilis entati; Usus Aromatum penetrantium, fragrannorum, maximeque spirituosorum, *Croci, Sclam Salviæ* nobilis, & similium, lædente tamen acriniâ carentium; Usus *Papaveris albi, Cynoglossi, i Lactucæ sylv. Solani, Mandragoræ*; Lassitudo nbrorum ex labore diuturno; Musica suavis ac ; Corporis animique tranquillitas & quies ma; Excessus frigoris vel æstûs; Evacuationes iæ; Pituitosa Sanguinis indoles; Obesitas hues intra corpus velut comprimens; Vulnera, tusiones, Inflammationes, Abscessus Cerebri; ravasitiones humorum sub Cranio; Somnus diu missus; Omnis denique alia causa, quæ vel Sanguinis *Causæ somni.*

guinis appulſum ad Cerebrum ; vel Spirituum ſecretionem ac influxum in Nervos, Organa Senſuum, & Muſculos voluntario motui inſervientes, ex parte aut in totum impedire valet.

Virgiliæ. IV. *Vigilia* eſt ille ſtatus Corporis, in quo Senſus Motusque voluntarii jugiter exercentur, ac Spiritus animales elaſtici ſine intermiſſione in genus nervoſum influunt, & inflatum quaſi tenent, Cerebro, Nervis, & Muſculis benè diſpoſitis.

Cauſæ. V. Expergeſit atque evigilat dormiens, vel ſponte ſuâ. Spirituum in Nervos influere aut imprimi ſolitorum quantitate reſtauratâ ; vel quando Senſus externus ab objectis externis validè excitatur; aut Nervi à cauſâ qualicunque ſtimulantur, irritantur, & plus minus dolorificè moleſtantur. Hinc evigilans Homo notante *Cl. Boerhaven* , primò convellitur, palpebras aperit , expandit membra, oſcitat, dormiturit, paulatim Senſibus Motuique aptus evadit: deinceps verò refectis Spiritibus Homo viribus denuò valet. Impeditur hinc Somnus à vehementi Animæ paſſione, à Dolore qualicunque, à Nervorum, Cerebrive continuâ vellicatione; ab æſtu ſ. fervore intenſo Sanguinis, in Febribus &c.

CAPUT XX.

De Motu Corporis animali.

§. I.

Motus animalis. M*Otum* quod attinet partium *animalem*, nempe quarumcunque, ſive internarum ſive externarum, ejus organum proximum ſunt fibræ nerveæ; quæ nunc arctius ſunt conjunctæ in ſyſtema , quod vocatur *Muſculus*, nunc à ſe invicem ſunt ſeparatæ, & cir-

irculari utplurimum ductu partem ambiunt, quæ g. in *Stomacho*, *Inteſtinis*, &c. propriâ appellane carent.

II. Fibræ hæ in motu dependent à ſpiritibus anibus, per nervos in partes diſtributis; hinc deato penitus eorum influxu, pars & ſenſu & motu vatur. *Fibræ* nimirum *partium circulares*, non ſculoſæ quidem, ſed motrices tamen, quæ vicet motum partium internarum periſtalticum, compreſſivum perficiunt, *obtinent nervos ex cello* diſtributos, & ſine ullâ prægreſſa cognitione ſuali motum cient, adeoque talis motus nec proeri nec cohiberi poteſt, unde vulgo *motus natu-* ſimpliciter dicitur. *Fibrarum actio.*

III. *Muſculorum* verò fibrarum *Syſtema* nervos ex bro diſtributos obtinet, & eos gubernat vel ſtat motus, qui prægreſſam cognitionem ſenſua-, vel intellectualem ſequitur, adeoque à nobis libitu vel impediri, vel promoveri poteſt: & hic us per muſculos *in genere Motus animalis*, in ſpeverò in Hominibus *voluntarius*, in Brutis *ſpontanea*, appellatur. *Muſculi.*

IV. *Muſculi ſtructura* ex copioſis conſtat fibris, in lio ſui coagulo ſanguineo ſeu carneo veſtitis, rum plures ſibi invicem inæqualiter quidem, ali tamen ordine, ſuperimpoſitæ, ita ſituantur, trinque, tam in principio, quàm fine, fibræ cirtermediæ carnis ſubſtantiam incurvatæ, figuram orpus rhomboideum eleganter conſtituant, ſuper ulos obtuſos, donec in rectos mutentur, mobile. *Eorum ſtructura.*

V. Movetur muſculus & omnis fibra motrix, quaneadem abbreviatur, & quaſi in ſe contrahitur, ut *muſculi unica* ſit *actio ſeu contractio*, quam ſeur partis annexæ motus, ejuſque mutata figura tuatio: quod ſi ita contractus perſiſtat muſculus, *Et Motio.*

dicitur *motus tonicus* ſeu *tenſivus*; ſi relaxetur denuo, ita ut nullo muſculorum agente membrum ſit in figura & ſitu naturalibus, in figura media poſitum eſſe dicitur.

Cauſa motus muſculorum prima. VI. Motus hic fibrarum ſeu *contractio* à tribus dependet cauſis. *Prima eſt ipſa fibrarum extenſarum & partibus annexarum ſpontanea ad contractionem inclinatio*, inſtar chordarum extenſarum ſponte ſe contrahentium.

Secunda. VII. *Secundò* accedit *impetus radioſus ſpirituum animalium per nervos diffuſus*, qui in fibræ ſubſtantiam diſtributus, eam *replet, & quaſi inflat*, & ita breviorem reddit, quod inprimis in muſculorum ventre obſervabile.

Tertia. VIII. In quibus *tertio copioſior Sanguinis arterioſi* in muſculum *influxus* ſupervenit, qui in ventre ejus dilatato, minorem inveniendo reſiſtentiam, uberius infunditur, unde & turgeſcentia muſculi & contractionis vigor maximè reſultat.

CAPUT XXI.

De Conceptione, Generatione & Partu.

§. I.

Generatio. ITa quidem ſe habet Corpus *humanum* in *individuo* conſideratum: ut verò conſervetur in *ſpecie*, ordinatum eſt à ſummo rerum naturæ Autore *Generationis* negotium, in quo Mas & Fœmina, ceu cauſæ ſociæ, conferenda ſua mutuo ſymbola, ſe in ſpecie multiplicant, & novum Individuum vitale producunt, quod *Generari* dicitur.

Semen. II. Id quod Mas confert; eſt ejus *Genitura*, vulgo ſed malè, *Semen* appellata, quæ in Teſtium glandu-

ı ſubſtantiâ, ex copioſiſſimis minutis ductibus &
culis conſtructâ, è Chylo puriore, unà cum ſan-
ne arterioſo per Arterias ſpermaticas ſeu præpa-
es ad Teſtes allato ac tranſcolato, vi ſpecifici
nenti Teſtium elaboratur, aut per meram potiùs
ſcolationem ſecernitur. Curioſiores Medici ho-
ni ſuorum ope microſcopiorum viva in hoc li-
re animalcula ſ. vermiculos deprehenderunt, eo-
que uni grandiori Conceptûs & Fœcundationis
otium, tanquam cauſæ efficienti, adſcribere ver-
uloſo conatu ſategerunt. An verò in omni Se-
e virili talia exiſtant animalcula, dubitandi ra-
es non deſunt; in Semine corrupto Hominum
venereâ, Scorbuto, Leprâ, &c. affectorum con-
forſan, in aliorum verò magis ſanorum geni-
Liquore negari poſſunt. A Vermiculo autem
œcundationem Ovuli in Fœminâ produci con-
unt, eorum Vermibus Cerebrum ſcatere, hinc
verminoſam nimis hanc opinionem eſſe credi-
.

I. *Genitura* hæc *chyloſa* ſeu *lactea*, nonnihil *mu-
inoſa*, ſub coitûs ardore ſpiritibus, in ſpecie ani-
bus, largiter imprægnatur, unde turgeſcens &
culas ſeminales diſtendens, harum & partium
arum muſculoſarum contractione, accedente
rio ſpumoſo impetu, validè è membro virili
latur & evibratur. *Seminis expulſio.*

. Conjungitur pro facilitando motu, inſtar ve-
i, *Lympha glandularum proſtatarum*, ad Collum
æ ſitarum, quæ unâ effuſa, facilitat ejectionem
uræ inſigniter. Talis Lympha etiam in Eunu-
gignitur, & ab ipſis voluptuosè, licet infructu-
coëundo effunditur. *Succus Proſtatarum.*

Fœminas quod attinet, omnium etiam anima-
pro generationis negotio ſua conferunt *Ova*, *Ovula fœminina.*

ita ut omnes etiam *Mulieres* ſint *Oviparæ*; hac tamen differentiâ, quòd, quæ ova à ſpiritu genitali Marium, cum geniturâ excreto, fœcundata, in Utero tamdiu fovent, donec vitalis & perfectus exinde Fœtus formatus ſit, eumque demum excludunt, *Viviparæ* dicantur; quæ verò ova fœcundata, ſed rudiora, & nondum in Fœtum perfectè formata, præmaturè excludunt, & poſtmodum corporis incubatu, mediante blando calore, fovendo, ad perfectionem omnimodam perducunt, *Oviparæ* ſint appellatæ: vid. præter *Graeff*, etiam *Horn. in Prodr. de Gener. Mulier.*

Ovaria. VI. Valet hoc ipſum etiam in Mulieribus, quarum *Teſtes ſunt Ovaria*, in quibus Ovula ad ſummum piſorum magnitudine producuntur, quæ per tubam uterinam (cornubus Uteri in Brutis analogam) ſub coitûs ardore, ad Teſtem contortam, expanſo ejus orificio excepta, deferuntur ad Uterum, ut ibidem à geniturâ Maris fœcundata prius ac vivificata, in Fœtum ſucceſſivè formentur perfectum & grandem. Quòd ſi verò in tuba uterina fœcundatum tale ovulum perſiſtat, *conceptio* fit *tubaria præternaturalis*, matrique lethalis.

Conceptio. VII. Conſiſtit ſc. *Conceptio* Mulierum in tali ovulo, à Spiritu genitali Maris fœcundato, ita ut Spiritus genitales utriuſque Parentis in dicto ovulo, ceu in receptaculo appropriato, ſociati, & tanquam debito fomite mutuo incenſi, ceu principia activa, agitationem & motionem determinatam in ſubjectâ materiâ inchoent, eamque in Fœtûs ſucceſſivâ formatione terminent.

Fœtûs formatio. VIII In *Ovulo* itaque *fœcundato* mox inchoatur *Fœtus formatio*, primitus in ſaliente punctulo ſe movente & magis ſubſiliente, cum filamentis circumcirca rubicundis; ita ut *Cordis palpitantis* rudimentum inter partes ſolidas, & Sanguinis *vitalis liquor* inter partes

:es liquidas, partes primigeneæ videantur.

:X. Emergunt brevi pòst *bullulæ quatuor, Cerebri,* *Phænomena formationis.* ebelli, & *binorum Oculorum* manifesta primordia, n substantia simili instar carinæ, circa punctum sa- s reflexâ, quæ est primum medullæ spinalis inchoa- ntum; unde consequenter reliquæ partes nerveæ ibris diversimodè coagmentatis contexuntur, ad- centibus ipsis successivè ex sanguinis coagulo par- is cæteris sanguineis.

:. Ita ut adhuc verissima sit *distinctio* partium in *Partes.* *naticas* seu *nerveas,* & *sanguineas* seu *carneas:* illis nateria *chylosa* seu *lactea* ovi uterini pronatis; ex *Sanguine* circum istas concreto pedetentim ex- ctis.

XI. Ut autem in Viviparis sub formatione nu- *Nutritio Fœtûs.* ur & augmentetur simul Embryo, *nutrimento* s, quale quidem per uteri substantiam ad eum de- tur. Adhæret ob id utero Fœtus membranis suis, n ambientibus nunc immediatè, nunc mediatè, rcedente certa substantia; unde Animalia vivi- i sunt vel *placentifera,* vel *glandifera,* vel *cotyledo- ra.*

XII. Mulier est inter *placentiferas,* etenim Fœtûs *Placenta Uteri.* nani membranis extrinsecus adnascitur Moles nea, hepatis æmula, in recessu glandulosa, quæ ro connectitur, & in quam Fœtûs vasa umbilica- livaricantur. Per hanc nutrimentum chylosum matre allatum transcolatur in Venam umbilica- , & inde ad venam cavam Fœtus derivatur, tan- nque perfectum in sanguinem mutatur.

XIII. Quicquid nutrimenti non transit hanc Pla- *Suctio Fœtûs.* tam, transudat, tanquam per filtra, in cavitatem rii & *Amnii,* ut in eodem revera *natet Embryo,* etiam paulo grandior factus, revera sugendo *per* ftud attrahit, & ita in Stomacho conveniente chy-

lificatione ſibi appropriat; ita ut partim per os, partim per umbilicum nutriatur.

Membranæ Fœtûs. XIV. Membranæ tales, quæ Fœtum cingunt, & quarum circumferentiæ adnaſcitur *placenta*, in homine ſunt tres: *Chorion, Amnion, & Allantoides*, quarum *illæ* nutrimenti chyloſi ſeu lactei Fœtus ſunt & colatoria & receptacula; *hæc* verò urinam per urachum, ex veſica Fœtûs cum umbilicalibus vaſis ad eam protenſum, excretam recipit, & ad tempus partus uſque conſervat.

Partus. XV. *Partus* nil aliud eſt, *quàm Fœtus maturi & perfectè formati debito tempore legitima facta excluſio.* Contingit hæc conatu ſimultaneo Fœtus & Matris; & *hujus* quidem, Uteri atque partium vicinarum membranoſarum motibus convulſivis, & contracturis ſpaſmodicis ſummè doloroſis vexatæ, per halitus ſeu aëris retentionem, & Diaphragmatis deorſum verſus detruſionem, atque adeo Abdominis totius, accedentibus muſculis ambientibus validè contractis, compreſſionem, & interiora verſus protruſionem.

Niſus fœtus. XVI. *Illius* verò, ſcil. Fœtûs, anxietate præcordiorum, ex reſpirationis jam magis neceſſariæ defectu, ſtimulati, valida motione, calcitratione, & hinc inde agitatione, adeoque totius corporis inferiora verſus depreſſione; unde, ruptis tali modo membranis, liquores contenti effluunt, partes, per quas tranſeunt, membranaceas laxant, ut patula Fœtui egreſſuro exiſtat via.

Tempus Partus. XVII. Fit hoc ordinario circa menſis geſtationis *noni finem, aut decimi principium.* Patitur tamen hic terminus inſignem latitudinem, cum & *ſeptimeſtres & octimeſtres, undecimeſtres & duodecimeſtres*, obſervati ſint vitales, modò rectum Gravidæ duxerint calculum. *Octimeſtres* quidem habentur communiter pro non vitalibus, cùm ſint revera Abortus Fœtuum no-

no

Menſe naſcendorum; unde minus maturi, minus vitales iſti exiſtunt: cùm tamen & *ſeptimeſtres* ...les obſervati fuerint, nullum dubium eſt, inter...n & *octimeſtres* revera tales exiſtere.

CAPUT XXII.

...Humoribus variis excrementitiis, Lacte, Lochiis, Lacrymis, Muco Narium, Cerumine Aurium, &c.

§. I.

HUmores excrementitios appellamus, qui è Sanguinis maſsâ variis in locis per poros adaptatos ...ſcolationis ope ſecreti, partim aliquam adhuc ...pori utilitatem præſtant, partim verò nullam, & ...foràs planè è corpore excernuntur. Humorum ...um plures in præcedentibus jam capitibus expli...mus, reſtant hinc adhuc reliqui examinandi at...exponendi. *Humores excrementitii.*

...I. Inter hos verò ante omnia *Lac* occurrit, hu...r ille albus, inodorus, dulcis, craſſiuſculus, in ...ndulis mammariis è Sanguine arterioſo Puerpe...um & Nutricum per tranſcolationem ſecerni, & ...Papillas defluere conſuetus, atque nutritioni In...tum Utero materno excluſorum inſerviens. *Lac.*

...III. *Organum* generationis Lactis ſunt *Mammæ*, ...Glandulis innumerabilibus contextæ, Muſculis ...ctoralibus liberè ſupra & juxta Sternum incumben..., ſolâ pinguedine, & Cute facilè dilatabili tectæ, ...terea Nervis, Venis, & Arteriis multis inſtructæ, ...arum externæ quidem ab axillaribus, internæ à ...bclaviis deorſum miſſis oriundæ, per intercoſtalia ...Sterni ſpatia ad Pectus egrediuntur, hinc Mam...s committuntur, inque his per miras intorſio- *Organum generationis.*

 num

Nodi glandulosi. num plurimarum spiras in nodos Glandularum conglomeratarum facessunt, quæ dein exiguos ductus sive tubulos lactiferos ex sese rectâ emittunt; hi *Tubuli lactiferi.* verò postea ubicunque coëuntes & uniti sensim evadunt majores, & tandem in vasa lactifera majora, latiora, in angustum desinentia, atque fistulâ maximè arctatâ in Papillam terminantur, ita omninò ut, notante *Cel. Boerhaven*, ex arteriis per lactifera in Papillam, ac vicissim ab hâc per eadem lactifera in arterias itus sit atque reditus.

Mammæ sunt rotundæ. IV. Habent autem Mammæ rotundam hæmisphærii alicujus figuram, atque in apice suo circularem areolam, in virginibus pallidam s. reliquæ cuti concolorem, in Lactantibus subinde fuscam, atque tuberculis papillaribus dotatam, tandem in Vetulis aliquando subnigram, in cujus medio elevata stat *Papilla.* *Papilla*, quæ observantibus Anatomicis nihil aliud est, quàm Fasciculus tubuloso-nervosus, spongiosus, vasculorum præsertim lactiferorum glandulosâ textura intus extusve obvolutus, quorum ostiola in extremitate Papillæ sex, septem, octo, plura vel pauciora, incerto planè numero hiant, ante exitum anastomosibus communicantia, è quibus adhibitâ suctione Lac emulgetur, tanto uberius, quanto plus & frequentius Ubera suguntur.

Lactis materia. V. Lactis materiam proximam credimus esse Chyloso-aquosum succum, cum arterioso Sanguine ad Mammas jugiter delatum aliquot post partum diebus; hoc enim tempore cùm fibræ Uteri evacuati, æquè ac Peritonæi, Musculorum abdominalium, & Vasorum, quæ ultimo graviditatis tempore à Sanguine vel Succis maximè fuerunt distenta, sese contrahunt, & contrà tubuli mammarii laxiores evadunt, solent arteriæ hypogastricæ mammariis, quibus cum communionem habent, inferre plus Sanguinis

nis chylosi, prius ad Uterum prægnantem depor- consueti, unde vascula Mammaria magis im- ıtur, ac distenduntur, quâ motûs humorum im- tatione Febris ephemêra, lactea dicta, Mamma- celeris intumescentia, velut inflatio, dolor, du- es, ac denique *Lac* per transcolationem qualem- ıque gignitur, & secernitur, postea sugendo è Pa- is ab Infantibus nutritionis gratiâ educendum. *Lactis generatio.*

VI. Lac humanum, æquè ac aliorum Animalium, ıd difficulter abit in serum, cremorem, butyrum, caseum, qui mirificè durescit. Neque ad ignem ıcrescit Lac instar seri Sanguinei, sed exhalante ıosâ portione relinquitur crassamentum ejus. Pe- iare verò Lac humanum præ cœteris habet, quod lcedine planè Saccharinâ præditum sit, si Lactans mina prosperâ valetudine gaudeat. *Materia Lac componens.*

VII. Ipso autem tempore imprægnationis tubu- mamarii, propter mensium fluxum sufflammina- m, jam laxiores fieri, imò expandi, Papillæ eri- , serum paucum sæpius vesperi extillare, ac ita ammæ tantillum intumescere, durioresque fieri lent. *Tumor Mamarum in Gravidis.*

VIII. Observatur interim, tribus à partu diebus nguine ad Mammas impetuosius fluente, harum ıscula Lactis proventu impleri & turgere; si lochia on fluxerint copiosius. Quando enim Lochia par- us fluunt, Lactis quantitas major suppetit; Lacte ıtem repulso, mox Lochia fluunt largius. *Lac tribus a partu diebus affluit.*

IX. Notandum est & hoc, quod Lac præ cœte- s Animalium humoribus omnibus naturaliter ut- lurimum acescat. Quodque illud, nisi copiosius dfuerit, è Papillis sponte vix effluat, sed factâ ta- nen primâ suctione cum saltu interdum prosiliàt; lanè sicut id mulgendo fieri solet. *Lac præ cœteris humoribus acescit.*

X. Neque desunt observationes, quibus evidens red- *Lac & in Ma ribus Virginibus &c.*

redditum est in Mammis quoque Juvenum Virorum, Virginum, imò Fœtuum utriusque sexûs, Lac genitum aliquando repertum esse. Unde Medicum olim Germanum Principi cuidam proposuisse & consuluisse audivimus, ut recens natum Principem Adolescentis alicujus 17. vel 18. annos nati, & optimâ valetudine gaudentis, Uberibus sugendis applicandum juberet, è quibus antea frequenter suctis Lactis proventus fuerit elicitus.

Usus Lactis. XI. *Usus* itaque Lactis est, ut suctione cedat in alimentum, ac nutrimentum Infantis. Observavimus hinc & in nostris regionibus Matres plethoricas, & Lactis abundantiam habentes, sanas & vegetas, solâ Lactatione, sine ullo alio potu cibove Infantes suos plurium mensium spatio aluisse.

Lactis varietas. XII. Denique non prætereundum, Lac diverso tempore ab assumtis alimentis, non secus atque ab alimentorum varietate quantitatis & qualitatis respectu, varium ac differens admodum progigni. Ita enim statim à Cibis ingestis post jejunium, virtutem illorum bonam malamve continebit. Quatuor aut quinque horis à pastu Lac est optimum. At viginti quatuor horis jejunanti Nutrici salsum, flavescens, ingratum, minimè dulce, brevi fœtens, adeoque Infanti lactenti abominabile evadit.

Lochia. XIII. *Lochia* propriè appellantur ea omnia, quæ post exclusum cum placentâ Fœtum è Puerperarum Utero & Vaginâ profluunt; unde etiam *Purgamenta Uteri*, vel juxta Hippocr. *Lib. I. De Morb. Mul. Puerperii purgatio* vocantur.

In quo consistunt. XIV. Consistunt illa maximè in Sanguine menstruo intra vasa uterina post conceptionem sensim collecto, retento, vel tardius circulante & cumulato, hincque vasa plus minus expandente; qui dein post partum ex iisdem adhuc in loco prius adhærentis

ſecundinæ hiantibus, atque Utero ſeſe contra-
ıte preſſis, aliquot hebdomadarum ſpatio fluit.
mprimum enim Fœmina ſuum enixa eſt cum
ndinâ Infantem, Fibræ tam matricis, quàm In-
ıcrorum Abdominis, non ſecus atque vaſorum
ri, quæ ultimo graviditatis tempore à cumulato
guine quàm maximè ſolent eſſe expanſæ, lento
gradu contrahere incipiunt, hocque actu vaſa
ıprimendo Sanguinem extantem primò quidem,
dfuerit, copioſum atque purum, deinceps verò
tum magis & parciorem, tandem viſcidum, pal-
m, mucoſum, paucum expellunt. *Lochia* hæc *Lochiorum differentiæ.*
em pro ſubjectorum & temperierum varietate
ad colorem, odorem, quantitatem, conſiſten-
ı, tenacitatem, & evacuationis durationem, inter
ifferre notantur.

XV. *Lachryma*, eſt humor excrementitius lym- *Lachrymæ.*
ıticus, in Glandulis Oculorum ex arterioſo San-
ne per tranſcolationem ſecerni conſuetus, Palpe-
rum internam ſuperficiem, non ſecus atque ipſos non alitermenti
ulorum bulbos jugiter irrigans, humectans, & ne *Earum uſus.*
icem coaleſcant, impediens; occaſione vehemen-
n animi pathematum, Triſtitiæ, Amoris, Do-
s, Commiſerationis, repentini Gaudii, interdum
ræ, &c. largius profluens.

XVI. *Organum generationis* Lachrymarum eſt *Earum Organum generationis.*
gna illa *Glandula innominata*, lata, compreſſa,
ıglomerata, ſuperficiei inæqualis, in plures quaſi
ulos diſtincta, intra Oculi orbitam verſus angu-
ı externum propè Rimam aſperam ſita; pingue-
e obvoluta; arteriis, venis, nervis, ductibusque
nphaticis & hygrophthalmicis excretoriis inſtru-
; in quâ humor iſte limpidus, leniſſimè ſalſus,
ındus, aquoſus, pellucidus, in ſtatu ſano parvâ
nper quantitate, frictu autem Oculi, aut actio-
ne

ne comprimentis musculi orbicularis, per influxum uberiorem Spirituum animalium, ab animi passionibus vehementius impulsorum, validè agitati, copiosius segregari, indeque per plures aut pauciores, quatuor quinque, aut sex tubulos excretorios, internam superioris palpebræ superficiem perreptantes, inter Oculi bulbum & Palpebras defluere solet, ad usus suprà jam dictos præstandos.

Lachrymarum iter. XVII. Quicquid autem ab ejusmodi irrigatione Oculorum humoris superfluum est, in Canthum eorum majorem, juxta Nasi radicem deponitur, à spongiosâ ibidem sitâ & conspicuâ Carunculâ lachrymali, subtusque jacente Sacculo lachrymali excipitur, ac tandem vel foras supra genas extillat, vel per puncta, inferioris Palpebræ lachrymalia, indeque descendentem canaliculum, Nasi os penetrantem, in Ductum nasalem, & Nares adeo ipsas transmittitur. De quibus Anatomici fusius consulendi veniunt.

Mucus narium. XVIII. *Mucus Narium* est Succus crassus, viscidus, excrementitius, in membranâ glanduloso mucosâ, quâ tota superficies interior cavitatis Narium obtegitur, ex Sanguine arterioso huc allato per transcolationem genitus, in dictam cavitatem plus minus copiosè extillans, ad mollitiem & tonum membranæ naturalem conservandum, Sanguinisque massam simul depurandam.

Unde veniat. XIX. Sed & Antra à Nathanaële Higmoro descripta, atque in Maxillâ superiore formata recipiunt quoque eandem membranam, in quâ confectus atque coacervatus mucus patulo foramine in cavitatem Narium excernitur. Imò simul cellulæ Ossis cuneiformis sub Osse superiori Narium spongioso, per foramina crebra, in Narium cavitatem patentes, mucosâ membranâ investiuntur, secretumque in hâc mucum per eandem viam emittunt.

XX.

XX. Membrana iſta, *mucoſa* à ſecernendo muco dicta, ex ingenti multitudine Glandularum, & arteriolis numeroſiſſimis in formam faſciculorum diſtributis compoſita aſſiduè præparat, & excernit mucoſum illum humorem, inſulſum, inodorum, excolorem, blandum, qui Nervulos nudos, tenerrimos, in hanc partem expanſos jugiter humectat, lubricat, atque ab ambientium injuriis defendit, adeoque per vitam in bono ſtatu retinet. Humor iſte fluidus in principio exiſtit, coacervatus autem ſui morâ qualicunque & quiete inſpiſſatur. *Membrana glanduloſæ.*

XXI. Ne autem idem poſtea *Mucus* nimium induretur, & ineptus evadat ad exeundum per anguſtas receptaculorum ſuorum portas, nervoſas heic fibrillas, à quinto ſextoque pari oriundas, natura conſtituit, quæ à muci acrimoniâ quantulâcunque vellicatæ, tractis in conſenſum muſculis Reſpirationi inſervientibus, Sternutationem movent, per quam vi Aëris, impetu violento pulſi, ac in prædictas cavernulas ruentis tandem Mucus excutitur, Nareſque extherguntur, vel ſic certè Homo ad ipſas emungendas ſollicitatur. *Narium exterſio.*

XXII. *Mucus palatinus* nihil aliud eſt, quàm Lympha quædam in diverſis Glandulis Palati, Uvulâ, Tonſillis, aliisve è Sanguinis maſſâ ſecerni conſuetus, & ad Fauces in ſtatu lubrico mollive tenendas faciens. Videlicet hic ſuccus in Glandulis illis, conglomeratis exiſtentibus, non ſecus atque è Tunicâ Palati, fluidus è Sanguine ſecernitur, indeque per tranſeuntes Cibos plus minus copiosè exprimitur partim, cumque his commiſtus in ventriculum deglutitur, partim etiam in poris Glandularum retentus ſub actu reſpirationis, quâ aquoſiores particulæ exhalant, inſpiſſatur, ac irritando fibras nervoſas proximas Hominem ad ſui exſcreationem ſtimulat. Ut *Mucus palatinus.*

adeo

adeo Humor ſit ex parte utilis, ex parte inutilis; interim in ſtatu naturali inſipidus, inodorus, nonnihil viſcoſus ſive mucoſus, coloris aquoſi.

Cerumen Aurium.

XXIII. *Cerumen Aurium, Sordes Auris, Marmorata,* eſt humor excrementitius, ſubflavus, amarus, primò ſatis fluidus, ſed ſtatim incraſſatus, in exteriore Aurium meatu è membranâ inveſtiente per tranſcolationem exſudans, ad meatum humidum atque lubricum conſervandum, recipiendo & propagando aëri ſonoro perpetim idoneum.

Fluxus menſium.

XXIV. *Sanguis menſtruus, Menſium Fluxus, Menſes, Catamenia,* indigitant excretionem Sanguinis boni, ſed abundantis, menſtruo quovis tempore, ſive menſibus ſingulis fœminino Sexui certis ætatis annis contingentem.

Tempus, quo incipit & deſinit.

Incipit etiā in anno 12.°

XXV. Incipit circa annum ætatis decimum quartum, quo puberes evadere Virgines incipiunt, & ceſſat anno ætatis circiter quinquageſimo. Simul ac, inquit *Cel. Boerhaven,* Virgo ſana, terminum ſui incrementi adepta (quod anno præter propter decimo quarto aut quinto evenire communiter ſolet) incipit conficere, vel præparare plus ſanguinis boni & laudabilis, quàm nutriendo, vel augendo quoque corpori neceſſarium eſt, tum ſuo ſanguine vaſa, uterina maximè & mammaria, minimè preſſa, plus implebit, ac dilatabit quàm alia: hinc & lateralia vaſcula, in Uteri cavum humorem ſuum evacuantia, extendet valdè; atque hinc calor, pondus, & dolor gravatius ſentiuntur in Lumbis, ad Pubem ſæpè & Inguina; excitatur Febricula; dilatantur Vaſcula Uteri, ita ut cruorem ipſum in ejus cavitatem ſtillent; unde Cervix ſ. Os Uteri mollitur, lubricatur, laxatur, denique Sanguis hiantibus jam Vaſculis prodit; minuitur ejus copia; minus premuntur amplius, ſed plus ſeſe contrahunt eadem vaſcula; retinetur iterum

Sanguis,

anguis; dimittitur craſſior pars Seri; tandem ſola
la Lympha conſueta. Poſtea rurſus conficitur plus
umorum; facilius deponitur in Vaſa jam prius di-
tata: atque prodeunt, & redeunt menſes vario in
ifferentibus Fœminis tempore.

XXVI. Ordinarium hujus Fluxûs tempus eſt *Ordinarium tempus.*
nenſtruum, ſed reperiuntur Fœminæ, quibus citius
it etiam tardius redit. Mulieres robuſtiori ac du-
iore fibrarum nervoſarum compage donatæ; vel
nagis ſiccæ, valde muſculoſæ, minus obeſæ, gra-
iori labori quotidiano deditæ, Menſium fluxum
lerunque tardiorem, minorem, per longiora inter-
alla durantem, aliquando planè nullum habent.
uæ autem Fœminæ exiſtunt minus muſculoſæ aut
certoſæ, ſed magis obeſæ, & ſucculentæ, laxiores,
olliores, otioſæ, Sanguine copioſiori, vel acriori
rræditæ, illæ verò fluxum experiuntur largiorem,
eolociorem, breviori temporis intervallo durantem.

Experientia hoc didicit

etiam hoc plures vidi

XXVII. Retentus autem ſanguis menſtrũus, ali- *Aliæ viæ excretionis.*
uando per alias vias, Pulmones, Nares, Hæmorrho-
les exitum quærit ac invenit. Quæ imprægnatæ ſunt
œminæ, Menſium fluxum amittunt, paucis excep-
s Plethoricis. Nec Lactentes Mulieres ſemper eum
abent. Denique pro variâ temperie Sanguinis
unc plures nunc pauciores Unciæ, aliquando libræ
rofluunt integræ. Durat fluxus per duos tres aut
uatuor dies, nonnunquam ad octo pluresve ex-
enditur. ad nonum etiam, et ego locutus sum cum illus=
tri Femina [illegible], quae fluxum menstrualem patitur per dies undecim.
[illegible] et monialis, quae menstruis caret, sed natura [illegible]
omni mense à [illegible] sanguis ab areola mamme
[illegible] [illegible] Ioanni de [illegible] [illegible] annos
[illegible] mense [illegible] lacte [illegible]
patitur [illegible] dolorem capitis [illegible]
sum, [illegible] totaliter dissimilem ab aliis doloribus [illegible]
[illegible] incomodum [illegible]
[illegible] 1734

EPI-



EPITOMES INSTITUTIONUM MEDICARUM PARS II.

PATHOLOGIAM comprehendens.



§. I.

Pathologia. PAthologia eſt pars ſecunda Medicinæ, quæ tractat in genere de Morbis, horum Differentiis, Cauſis & Symptomatibus. Uſque adeo ut *Objectum* ejus ſit Corpus humanum malè conſtitutum, ſive ægrum; quemadmodum *Phyſiologiæ* Objectum fuit idem Corpus, ſed Sanum, integrâ ſ. proſperâ valetudine præditum.

II. Machina noſtra corporea pro ratione partium, ad ſtructuram ejus requiſitarum, ſi omnes debitas operationes exercere valet integras, dicitur *ſana*; ſin verò vitio partium defectuoſa ſit plus minus quædam *Morbi definitio.* operatio, dicitur *morboſa*. Adeoque *Morbus* ſ. *Ægritudo* rectè hactenus definita eſt, Corporis humani partium fluidarum aut ſolidarum conſtitutio præternaturalis, ob quam actiones hæ vel illæ ritè peragi nequeunt.

III. Cùm

III. Cùm autem partes Corporis noſtri juxta *Hippocratem* ſint vel contentæ, activæ moventes & impetum facientes, *Humores* nimirum & *Spiritus influi*; vel inſtrumentariæ motæ, *Partes* videlicet *ſolidæ* ſive *continentes*; atque tres hæ partium differentiæ ſuas patiantur Diſpoſitiones præternaturales ſive defectus morboſos, ideo tres erunt eſſentiales Morborum differentiæ: (1) *Sanguinis & cæterorum humorum* (2) ex his natorum *Spirituum*, ac (3) per has *actuatarum partium ſolidarum*. *Differentia eorum eſſentiales.*

IV. *Solidæ* hinc partes *ſecundarium*, *Spiritus* verò & *Sanguis primarium* conſtituunt Morborum *ſubjectum*. Etenim hæ partes fluidæ *primum* ſunt corporis *vivens* in puncto ſaliente, & *ultimum* quoque *moriens*. Uſque adeo ut his affectis tota Corporis machina morboſa evadat, atque inſuper alterationes notabiliores, quas ſub annorum ſerie, ætatumque diſcrimine patitur Homo, ab iis variè alteratis oriantur, inſigneſque mutationes totius corporis ſub pubertatis annis, mediantibus fluidis, à fermento ſeſtium inſpirato immutatis, contingant. *Subjectum Morborum.*

V. *Sanguis* per vaſa continuè circulari motu fluens, & naturaliter diſpoſitus, omnes partes cæteras nutrit & alit, calore vitali fovet, & ſpiritu ſalino balſamico itidem vitali à corruptione tuetur. *Sanguinis effectus.*

VI. Vim hanc obtinet *Sanguis* à ſuâ determinatâ craſi ſeminali, ſeu particularum materialium, ejus liquorem componentium, texturâ & unione, in Semine primitus inchoatâ, & per particulas ſalino acidas atque alcalinas, fermentativo motu cum aliis totam maſſam agitantes, continuatâ. *Unde.*

VII. *Depravatâ* ergo & *corruptâ* Sanguinis *craſi*, ex alteratis primariò ſalibus, morbi *Sanguinis* oriuntur *fermentativi*, ſive Sanguis in acutam effervescentiam ex dictorum ſalium acriorum concurſu *turgeſcat* *Morbi Sanguinis.*

 ſub

ſub *Febribus*, v. g. *acutis*; *ſive deficiat* nonnihil vitali iſta fermentatione ob dictorum principiorum inertiam, dum cruditatibus recrementoſis obruta minùs in ſe agere poſſunt, ut v. gr. in *Cachexiis*, &c. *ſive* denique *fermentatio* hæc variis modis *alteretur* & *depravetur*, ac inſignes anomalias ſeu diverſas ſub iſto motu inteſtino inæqualitates, patiatur ex vitiata proportione dictorum ſalium ad ſe invicem, in ſpecie ex *depravatione acidi*, inſtar Prothei variformis inquinantis ſanguinem, ut in *Scorbuticis* confirmatis ac *Hypochondriacis* eſt obvium.

Morbi Spirituum. VIII. *Impetum facientium ſpirituum influorum* morbos quod attinet, peccare ſolent hi, vel (1) *in ſubſtantia*, *dum aut vitiosè ex* M. S. corruptâ & alteratâ *generantur*, aut heterogeneis admiſtis, in ſpecie cauſis malignis inficiuntur: vel (2) *in quantitate deficiente*: vel (3) *in motu*, quatenus cientur in motum, vel nimis rapidum aut inordinatum, ſub *Convulſionibus* v. gr aut *Phrenitide*; vel quatenus deficiunt à debitis expanſionibus, ut in *Affectibus ſoporoſis* contingit.

Helmontii opinio. IX. Quòd ſi *Helmontii* terere velimus veſtigia, in *Spiritu partium inſito ſeu Archæo archæales* conſiderandi eſſent *morbi*, ab ideis peregrinis, Archæum ad p.n. actionum exorbitationes determinantibus, oriundi: adeo ut ſicut à *ſeminalibus* ille *ideis* in machinæ corporeæ ſtructura & gubernatione dirigitur naturaliter, ita à *morboſis* ad p. n. actionum læſiones diſponatur. Sive *ab extra* harum idearum fiat impreſſio, v. g. ab aſſumptis vel admotis, ut in *Morſu Viperæ*, *Canis rabidi*, *puncturâ Tarantulæ*, in eſu *Cicutæ*, vel eſu *carnis Felis rabidæ*; ſive *ab intra* occaſionali quacunque cauſa materiali excitatus Archæus diverſas Paſſionum exorbitationes, *Indignationis*, *Furoris*, *Terroris*, *Pavoris*, &c. concipiat, quarum Paſſionum ideæ morboſæ, pari ratione poſtmodum

& vi-

vitiosè actiones ejus dirigant: Vid. *Kircherus de* *[p]este*, & *Helmontius*.

X. Nam contumacissimorum *morborum v. g. Po[d]agræ, Paralyseos, Quartanarum diuturnarum*, & simi[li]um Affectuum, omnem consuetæ Medicinæ elu[d]entium opem, citra materiæ peccantis suppositæ [e]xcretionem quamcunque, aut per quendam Animi [af]fectum, ut *Podagræ* per inopinatam, vel violentam [a]pprehensionem Pedis dolorifici, aut rei intensius [a]ppetitæ assumptionem, subitò evanescentium sub[se]quens curatio hanc ejus Hypothesin illustrat. Ut [ta]ceam imaginationis effectus, cujus ope ubertim [co]rpus Ægri *purgabatur in hora*, licèt *Ancilla ipsi præ[sc]riptas devorâsset Pilulas*: vid. Salmuth. *Obs.* 8. & [.]. *Cent.* 3. *Ejus defensio.*

XI. In Partibus *solidis* observanda est *materia*, ex [qu]a earum corpus coaluerit, & *forma superinducta* [or]*ganica*, materiam ad certum opus perficiendum [de]terminans: illius læsionis *Morbi Intemperiei*, hujus [M]*orbi Conformationis* dicuntur. *Morbi solidarum partium.*

XII. *Tota* autem *morborum Intemperiei series* par[ti]m ruinoso quatuor Elementorum, vel harum quali[ta]tum, & inde natorum Temperamentorum, nititur [fu]ndamento; partim super hypothesin dubiam & [o]bscurissimam in *Calido nativo* & *Humido primige[ni]o* fundatam est structa. *Intemperiei* enim dicti mor[bi] sunt vel *ratione temperaturæ elementalis, vel ratio[ne] temperaturæ vitalis*. Ratione *prioris Intemperiei* [M]*orbi* sunt, quando materialis particularum minu[ti]ssimarum, ex quibus coaluerunt, textura muta[tu]r, & plus minus alteratur, unde & novæ proprie[ta]tes sensiles inde emergunt, v. g. *mollities, durities*, [si]*ccitas, humiditas*, &c. *Origo* talis mutatæ texturæ est [vi]*tiosa nutritio*; sive nutrimenti tam chylosi quàm [sa]nguinei culpâ eveniat, sive ipsius partis nutrien- *Morbi Intemperiei.* *Divisio.*

dæ peregrino fermento inquinatæ, aut à quacunqu causá etiam externâ læſæ, vitio contingat.

Intemperies vitalis. XIII. Ratione verò *poſterioris, Intemperiei nemp vitalis,* dependent à *Sanguine,* cujus prout erit ma terialis textura, motuſve fermentativus, & inde re ſultantes proprietates variæ, inprimis quoad calidi tatem & frigiditatem, ita etiam erit temperatura totiu corporis vitalis, & prout mutatur Sanguis naturalite ſub ætatum viciſſitudine, ita etiam mutatur Tempe ramentum totius corporis, & prout mutatur iden p. n. in Morbis, etiam Temperies totius variat eodem enim fervеſcente in *Cauſo* corpus intenſiu calet; eodem verò tepeſcente ſub *Cachexiis,* corpu frigidum apparet, &c.

Morbi Intemperiei quinam ſint. XIV. Non malè igitur Morbi Imtemperiei di cuntur eſſe vel *Cacochymia,* vel ut loquitur Wald ſchmidius, *turbata Sanguinis Mixtio;* prout vi delicet hæ aut illæ particulæ in Humorum maſs *Cacochymia.* prædominantur. Atque hinc variæ ſpecies notan tur Imtemperiei, videlicet *Intemperies calida, frigi da, ſalſa, acida, viſcida, auſtera, pituitoſa, bilioſa, me* *Turbata mixtio.* *lancholica, ſeroſa.* Morbi autem *turbatæ Mixtionis* qui Veteribus dicebantur *Morbi occultarum qualita tum* ſive *totius Subſtantiæ,* ſunt Ægritudines partiun fluidarum, quando hæ ſecundùm particulas ſui mi nimas in ſitu, ordine, connexionis modo, & agita tione perversâ plus minus turbantur; quemadmo dum in *Febribus,* in quibus eô major deprehenditu malignitas, quô vehementior eſt atque profundio Turbatio Sanguinis. Quo levior autem iſta turba tio exiſtit, eô minor adeſt malignitas, vel nulla pla nè, ſicut in *Febri ephemerâ, hecticâ, intermittente* &c.

Inæqualis Intemperies. XV. Cadit ergo omnis *inæqualis* Viſcerum *Intem peries* ſive contrarietas, & *antipraxia* eorundem, in ſpecie *Stomachi frigida & Hepatis calida,* nam Sanguis

debito

ebito circulo diſtributus proportionaliter calefaciet & Stomachum & Hepar, adeoque debitam obtinebunt temperaturam.

XVI. Ut taceam, ipſum *calorem non eſſe principium* primarium effectivum actionum, ſed tantùm diſpoſitivè concurrere, quoniam fermenta digeſtionum ſunt Auctores. Unde in ejuſmodi *inæquali* partium *intemperie* vitium erit omne è vitioſo-acidâ Stomachi cruditate arceſſendum. *Caloris effectus.*

XVII. *Morbi conformationis* dicuntur illi, in quibus ſtructura naturalis ſecundùm numerum, magnitudinem, figuram, & cavitatem ſive poros vitiatur. Unde exurgunt Morbi *Numeri* vel *excedentis* vel *deficientis*; Morbi *Magnitudinis* vel *auctæ* in *Tumoribus* diverſiſſimis, quô referuntur *Inflammationes, Furunculi, Bubones, Abſceſſus, Oedemata, Melicerides, Atheromata*, & plurimi alii; vel *imminutæ* in *Atrophiâ* v. ſr. & ſimilibus. Morbi dein *Figuræ* vitiatæ huc pertinent, *Gibbus, Rachitis, Oris* aut *Membrorum intorſio*, &c. Denique Morbi *Cavitatum* tam nimis *ampliatarum*, ob fibras juſto laxiores redditas, quàm nimis *anguſtatarum* ob fibras ſolito ſtrictiores & rigidiores factas, unde Obſtructiones, Conſtipationes, Relaxationes, Anaſtomoſes, Ruptiones vaſorum &c. In *conformationis Morbis* attendendum (1) ad organorum partem ſeu ſubſtantiam fundamentalem, uti ſunt fibræ; (2) ad ipſas Conformationes mechanicas ipſis ſuperinductas. *Fibrarum legitima tenſio, totum partium conſtituens*, ſi lædatur, robur partis læditur ac ſæpè perit, & oritur exinde *Atonia*, frequens ſatis vitium; ſive nimia fibrarum *extenſio*, ſive nimia per lymphæ ſerique humectationem *relaxatio*, ſive denique *ſpirituum animalium deficiens influxus* & expanſio malum inferant. *Morbi conformationis.*

XVIII. *Conformationes mechanicas* ipſas quod attinet, *Conformationes mechanicæ.*

tinet, optimè dividuntur secundùm tres dimensiones quantitatis, *longitudinem* nimirum, *latitudinem & profunditatem*, & hanc vel *solidam* vel *porosam*: quibus omnibus communis est legitima Partium unio in *connexione & situ*.

Obstructiones. XIX. *Obstructiones morbosæ* vulgo accusantur ceu fundamentum tantùm non omnium morborum chronicorum, v. g. *Obstructiones mesenterii, hepatis lienis, pancreatis*,&c. tanquam autores *Scorbuti, Mal hypochondriaci, Cachexiæ, Febrium*,&c. sed multotie hæc sunt ignorantiæ asyla, cùm reverà vitio primæ digestionis omnes oriantur.

Non sunt sine stagnatione. XX. Non possunt sanè obstructiones esse in *Vasi* vel *sanguifluis* vel *lymphaticis*, vel *Visceribus*, per qua continuus humorum est trajectus, citrà *stagnationem sequentemq́; Tumorem* partium infallibilem, aut humoris impediti in motu naturali per *aliena loca extravasationem & excretionem*. Aut necesse erit, ut integer quidam ramus ex materiâ, in & circa eum in scirrhosam duritiem sensim coagulatâ, total. transmissioni humoris fiat ineptus, atque sic per vicinos ramos ejus defectus tandem compleatur.

Obstructiones admittuntur. XXI. *Non universaliter* quidem *negandæ* sunt *Obstructiones*, idque inprimis in meatibus quibusdam particularibus; v. gr. in *Cœliaca passione* nunc Ductus pancreaticus & choledochus, nunc orificia Vasorum lacteorum, sunt obstructa; nunc quandoque Ureteres à Calculis obsidentur,&c. Sed istæ Obstructiones, quas in Abdomine morborum chronicorum fingunt autores, sunt aut nugæ, aut si reperiuntur, v. g. in *Quartana diuturnâ Scirrhus & Obstructio Lienis*, erunt *productum morbosum.*

Causa earum. XXII. *Acidum* est, idque vitioso sapore varium admodum, quod in talibus Affectibus peccat, ac in materia viscida radicatum, quod errore digestionis in Stomacho depravatæ oritur.

XXIII.

XXIII. Unde & *Martialibus*, per se quidem sem- *Remedio.*
ıer & solùm astringentibus, sed optimè tamen etiam
cida absorbentibus, & salinis volatilibus aut fixis,
unc acrioribus, ut antiscorbuticis, nunc tempera-
oribus, ut aromaticis & stomachicis remediis, visci-
a incidentibus & bilem acuentibus, tales Intem-
eries curantur.

XXIV. *Morbi Compositionis* appellantur, in qui- *Morbi compositionis.*
us situs partium quoad contiguitatem, sive unius
artis cum aliâ connexionem læditur, v. gr. in *Pro-
dentiâ Oculorum, Uteri, Ani, Herniâ omentali, inte-
inali, Luxationibus* &c.

XXV. *Morbi solutæ unitatis* sive *continuitatis* vel
espiciunt continuitatem solidarum partium in sen-
us incurrentem, quæ si fiat à Causâ scindente vel
ungente partem aliquam fibrosam mollem, voca-
ır *Vulnus*, si verò ab humore acri & corrosivo, ap-
ellatur *Ulcus*. Quòd si Unitas læsa fuerit in parte
uadam durâ, v. gr. Osse, à violentâ aliquâ causâ
xternâ, nuncupatur *Fractura*, si verò ab humore
uodam stygio, corrosivo, dicitur *Caries*. Si plu-
es denique partes contusæ non statim à sanis sepa-
entur, vocatur *Contusio*.

XXVI. Ad *fermentativos Morbos contagiosi* quoque *Morbi epidemici.*
epidemici pertinent, in quibus seminium Morbo-
um ex Ægro exhalans, vel miasma in aëre voli-
ans, vi fermentativâ patiens corpus immutat. Ut
deo miasmata hæc non incommodè ex salina na-
ura deriventur, sive dein *volatilius & acrius* sit
lictum *fermentum*, ut in *Febribus malignis acutiori-
us & pestilentialibus*, sive *salso-acidum* existat, ut in
Lue venerea, Scabie, &c.

XXVII. Per consensum *pars affecta* dicitur, quando *Pars affecta per consensum.*
ınâ p. n. affectâ & peregrini quid sentiente, alia ip-
i quacunque ratione connexa, simile quid patitur

 & sen-

& ſentit. Eſt igitur *conſenſus* propriè dictus ſolùm inter partes nerveas, quas inter, ut conſentire queant, certa connexio requiritur: ſive connectantur ita, ut ſint omnino continuæ, ſive ut ſint contiguæ, ſive ut tandem mediantibus funiculis nerveis certa ratione junctæ ſint.

Morborum tempora.

XXVIII. *Tempora*, aut rectius *morborum gradus*, prout iiſdem exaſperantur ſenſim, ſenſimque remittunt (in *acutis* inprimis obſervandi *Morbis*) dependent *à gradibus fermentationis in ſanguine*: nam & hanc inſequuntur Symptomata vel mediatè vel immediatè: & inprimis omnis coctionis ratio, pro legitimo Remediorum uſu ſpecialius obſervanda, huic ipſi fundamento innititur. Tempora hæc ſunt *Principium*, *Augmentum*, *Status* & *Declinatio*. *Principium* circumſcribitur vel primis horis in Paroxyſmis Febrium intermittentium, vel primis, unâ & alterâ, diebus in Febribus acutis. *Augmentum* dicitur illud tempus, quo Morbus incrementum continuum capit uſque ad ſummum vigorem, adeoque Symptomata ingraveſcunt. *Status* eſt ſummus vigor vel gradus Morbi, in quo res verſatur in diſcrimine, Hominesque non rarò moriuntur, antequam ad Declinationem tranſitus fiat. *Declinatio* tandem eſt, quando factâ qualicunque ſolutione ſive criſi, Morbi vis imminuitur, Symptomatum vehementia ceſſat, & Homo nunc citius nunc tardius ad priſtinam ſanitatem redit. Adeoque Tempora tam in continuis Febribus, quàm in Intermittentium paroxyſmis obſervari ſolent.

Cauſa Morbi.

XXIX. *Cauſa* Morbi eſt, quæ eundem vi qualicunque ſuâ producit: cauſarum itaque talium ſcrutinium nunc proſequi oportet. Cauſa eſt vel *proxima*, quæ immediatè, vel *remota*, quæ mediante propiore aliâ Morbum efficit. Alia cauſa iterum eſt

conjuncta,

njuncta, quâ præsente Morbus simul adest, alia *ntecedens* s. *proëgumena*, quæ proximam excitat ad Morbum producendum, alia *procatarctica*, quæ antecedentem fovet & in scenam producit. Porrò causæ sunt vel *externæ*, vel *internæ*, & illæ tum *fortuitæ*, tum *necessariæ*. Inter causas *externas fortuitas* & non necessarias sunt inprimis *eæ*, quæ unitatem partium mutuamque cohæsionem tollunt, adeoque vel contundunt, vel vulnerant, vel erodunt, vel adurunt, &c. *Causæ.*

XXX. Omnia hæc, etiam ipsa *Vulnera*, spontaneo naturæ motu restituuntur, modò *impedimenta* removeantur, quæ *sunt alimenti partis roridi & sanguinis effusi*, ex spiritûs vitalis dissipatione superinductæ in parte læsâ *alterationes* & successivæ *corruptiones*, inprimis in *Vulneribus* ab aëre ambienre obortæ, quas inseparabiliter comitatur *acor vitiosus*, ex ista putredine natus. *Spontanea curatio.*

XXXI. Hic vitiosus acor, instar fermenti peregrini, partis affectæ alimentum proximum multivariè alterat, istudque in pus, saniem, & ichorem transmutat; unde tandem *Vulnera* & *Ulcera depascentia* emergunt, fermento hoc acido in Vulneris, vel inde nati Ulceris locum continuo ulterius se multiplicante & serpente. *Vitiosi acoris effectus.*

XXXII. Modò igitur vel præcaveatur, vel jam inducta subitò corrigatur vitiosa ista aciditas, per media nunc *balsamica* dicta seu *vulneraria*, alcali temperato & oleoso constantia, nunc *metallica*, omne vitiosum acidum successivè delentia, quæcunque læsiones, quæcunque *Vulnera*, &c. citra Suppurationem omnem, Inflammationem & Tumorem, facilè coëunt sive coalescunt, & *Ulcera* etiam omnia, *Abscessusve* istis optimè mundificata, novâ carne facilè implentur. *Curatio aciditatis.*

XXXIII. Hinc enim succus *Nicotianæ* aut Plantaginis, vel *Terebinthina*, vel *Balsamus peruvianus*, vel *Remedia Vulnerum.*

Oleum Momordicæ, vel, qui reliquis præfertur, *Balsamus* de *Copaiba*, vel *Opolbalsamum*, recentia *Vulnera* omnia subitò ad consolidationem perducunt. Hinc *Colcothar Vitrioli*, absorbendo acidum, omnem *Vulnerum* & *Ulcerum* corruptionem tollit; hinc *Plumbum Ulcera*, eorumque Dolores ac Inflamationes curat, acidum omne suo attactu dulcificans, & aluminosam adstrictionem inde acquirens. Hinc *Ceparum succum*, & cum eo dilutus *Sapo Venetus*, ut *Cancrorum fluviatilium succus*, item *Calx viva* cum *Oleo Lini* subacta, *Ambustionibus* resistunt virtute alcalinâ, acidi colliquefacientis partes solidas & nutritium succum destructivâ.

Sex Res non naturales. XXXIV. Morborum Causæ efficientes sunt sex Res non naturales ita dictæ, ex eo, quod nec principia, nec causæ corporis nostri ejusque partium, constitutivæ sint, sed neutro modo, legitimo usu corpus sanum conservent, perverso verò abusu illud ægrum reddant; adeoque primariò quidem ad sanam, non ad longam Vitam faciunt, nedum ut eam cum Deodato ad 120. annos propagare valeant. Tales sunt *Aer*, *Cibus & Potus*, *Somnus & Vigiliæ*, *Motus & Quies*, *Excreta & Retenta*, & *Animi Pathemata*. Huc referimus dein etiam *Plethoram*, *Cacochymiam*, & *Venena* &c.

Aëris vis in corpus. XXXV. *Aëris summa* sc. ad vitam *necessitas* pro volatilisatione ac resolutione Sanguinis, tam ad continuandam Spirituum productionem; quàm ad promovendam excrementorum insensilem evacuationem, idque beneficio sui salis volatilis quasi nitrosi, instar veri salis hermetici, omnia coagulata dissolventis, & omnia fixa volatilisantis, mediante inspiratione nobis communicatur. Prout igitur sal hoc minus aërem imprægnat, aut copiosiori effluviorum aqueorum miscelâ plus minus hebetatur, variat subinde

de *aëris efficacia*; quibus juncta & multivaria effluvia
mentativa, ex omnibus certè corporibus continuo
ſpirantia, Morborum epidemicorum & non
idemicorum familiares autores, vim aëris noſtri
rporis alterativam inſigniter variant.

XXXVI. *Alimenta aſſumenda, ratione quantitatis qualitatis,* ſolus præſcribit *Appetitus*, ita ut ſanis nt omnia ſana, modò ſobriè & probè maſticata ſumantur; cùm ea, quæ dictante appetitu ingeruntr, fermentum digeſtivum promptè ſubigat & anſmutet: nam ex re intenſius appetita ſubinde rpori remedium paratur à Stomacho; & quæ inſoa, & apparenter nociva ingerunt *Picantes*, etiam venoſa, ſunt innocua: ſicut viciſſim ſi quæ cum alio faſtidio vel horrore deglutiuntur, quia in Venculo non benè diſſolvuntur, Morborum ſuggemt occaſionem. *Alimentorum efficacia in Morbis producendis.*

XXXVII. Per *fermentationem* reſolvuntur alienta in Chylum, quâ mediante gummoſa & viſci-, temperata tamen vegetabilium nutrientium, in ecie cerealium Seminum Fructuumque ſubſtantia, io ſalia, acidum & alcali, in receſſu habens, reſoltur in alimentarium ſuccum, & diſponitur ad promiorem aſſimilationem. Hæc ipſa ut promoveatr in Stomacho *fermentatio*, ante prius fermentantur Panificio, in cujus medio tamen curſu impediunr per toſtionem, unde non perfectè Spiritus volais inflammabilis, ſed tantùm Spiritus intermedius iis generatur. *Alimenta per fermentationem reſoluta.*

XXXVIII. Ratione hujus Spiritus *acido-volatilis*, omogenei quodammodo ac amici fermento ſtoachali, nunquam Panis, licet continuò comeſti, os capit faſtidium: quin potius odor ejus debilio-s recreat, ac nauſeam medicamentorum ingratorum hibet, cùm & liqueſcens Panis intra Stomachum *Odor panis recreat.*

in

in cremorem Cibos, quibuſcum maſticatus & aſſum- ptus eſt, ſimul facilius colliqueſcere cogit, ut ita Pa- nis ſit quaſi adjunctum quoddam alimentis fermen- tum, quorum & Theriaca quibuſdam audit.

Cerevisia ſpirituoſa. XXXIX. Idem uſu venit in *Cereviſiarum coctura* ubi quidem abſolutâ fermentatione poſt cocturam li- quor, ſpiritu perfectè inflammabili præditus, rema- net; reſolutâ nutritivâ ſeminum gummeâ ſubſtanti- in liquorem, in quo, pro acidi exaltatione impedien- dâ, aromatico Lupuli condimento, ſale volatili oleo- ſo imprægnato, præſervatio inſtituitur.

Germinatio præmittitur. XL. Præmittitur his inchoata *germinatio*, ut e- reſoluta, & viſcidæ ſubſtantiæ compedibus extricata ſalia poſt cocturam promptius fermentare queant quia citra hanc germinaturam, per coctionem Pa- ſta ſaltem tenax, facilè aceſcens ſeu ſitum contra- hens (h. e. in Plantulas & Floſculos progerminans) non autem Liquor dulcis fermenteſcibilis elliceretur

Vina. XLI. Ut verò Potus ex cerealibus Seminibus ſun *Cereviſiæ*, ita ex ſuccis Fructuum, ſi parentur, dicun- tur *Vina*: quo etiam *Saccharum* & *Mel* pertinent, quæ fermentationis medio itidem Vina ſuppeditant. Hinc in potibus vinoſis, per ſpirituum volatilium fermen- tationem producta aciditas, plus minus manifeſta inprimis attendenda eſt: nam & Vina dulcia acido ſuo non ſunt ſpoliata, utut propter copioſum ſo- ciatum alcali volatile oleoſum aut pingue, minus percipiatur.

Aciditas vinoſa. XLII. *Aciditas* iſta *vinoſa*, niſi probè ſub digeſtio- ne correcta & alterata, aut à Bilis volatili ſale in Duo- deno in Salſum volatile tranſmutata fuerit, (id quod fit vitio nimis copioſæ & inordinatæ ingreſſionis, quodque etiam affatim hauſtum quotidie Vinum ſubcrudum adhuc per Inteſtina diſtribuitur,) mille malis ex acore vitioſo pronatis, v. g. *Torminibus*, *Li- thiaſi*,

iasi, *Podagrâ*, *Parhesi*, *Catarrhis*, *Apoplexiâ*, subinde iam *Epilepsiâ*, sui amatores mulctat.

XLIII. Ut igitur *Alimenta* massæ sanguineæ restautioni & corporis nutritioni conducunt, ita & *Mo*s moderatus ejus assimilationi & purificationi, Cirlationem sc. ac vitalem ejusdem sanguinis fermentionem promovendo, inservit. Hoc ipso etiam mul alimentorum assimilationem, per universum rpus distributionem, ac heterogeneorum, per ferentationem præcipitationis modo, separationem juvat. *Motus corporis.*

XLIV. Qualia heterogenea à latice aquoso Saninis absorpta, nunc mediante *Urinâ*, sub nubelæ vel levis sedimenti formâ, nunc per insensibim Transpirationem, foras eliminantur; adeo ut letimum *sanitatis conservativum & morborum præservativum sit Motus*, vicarius nempe omnis Venæseionis, Purgationis, aliusque similis Sanguinis corctionis, quod Mechanicorum & Rusticorum turba lam testatur. *Quid efficiat.*

XLV. Circa *Somnum* quæritur, an meridianus lubris sit, nec ne? Resp. in assuetis, & iis qui noctu rum dormiunt, Senibus, item lucubrantibus Stuosis concedendus est; si nempe fiat sedendo, non cendo: non enim adeo conveniens fit digestio odo posteriori. *Somnus.*

XLVI. Hæ ipsæ *occasionales causæ*, & quasi *remo*, alterando & immutando Sanguinem & Chylum, inde oriundos reliquos, corporis machinam guernantes succos, *proximas* inferunt vel incitant caus, & ita res p. n. dictas producunt; dum Chylus, ex hoc successivè genitus Sanguis, hinc mutatus, eccat nunc licèt rarius in *quanto*, seu dum nimiâ piâ abundat, unde *Plethora*; nunc idque frequenus in *quali*, dum deficit à debitâ seminali seu naturli crasi, unde *Cacochymia*. *Effectus causarum occasionalium* *Plethora.*

XLVII.

Ad Vires. XLVII. *Plethòra ad vires* eſt contradictoria & impoſſibilis; cùm ipſe corporis vitalis vigor in Sanguine & Spiritibus fundatus ſit: unde, niſi ipſas Vires viribus vitalibus graviores eſſe dicere velimus, etiam Plethoram quoad vires aſſerere non poterimus.

Unde habitus athleticus. XLVIII. *Athleticus veterum Luctatorum* habitus euſarcus & muſculoſus, adeoque robore artuum inſigni notabilis, ortum ducit ex uberiori ſpirituoſi ſanguinis copia in vaſis, indeque ab uberiori ſanguineo nutrimento; ſicut Obeſorum ſuperabundans pinguedo nutrimenti chyloſi circa membranas uberius collecti, & blando acido coagulati, congeſtionem ſequitur; nam *Athletici Sanguine*, *Obeſi* Chylo butyroſo magis *abundant.* Malè hinc Homines craſſiores pro plethoricis habentur; cùm reperiantur Homines craſſiſſimi, carnoſi, exilia tamen ſanguinis vaſa habentes.

Plethora ad vaſa. XLIX. Videretur etiam *Plethora ad vaſa* abſurda, Chyli diſtributi, à copioſis alvi fæcibus ſeparati, paucitatem, cum neceſſariâ continuataque uberrimâ inſenſibili Tranſpiratione, conſideranti; qua ſc. ex Statica Sanctorii ſingulis diebus naturalibus, ſeu 24. horis, tantum inſenſibiliter ferè difflamus, quantum 15. dierum curſu per alvum egerimus.

Intemperantia otioſa. L. Sed *intemperantia otioſa*, Medicorum nutrix, in Stomacho robuſto ex alimentis copioſis & εὐπέπτοις largiorem laudabilemque Chylum, indeque oriundum Sanguinem ſuppeditans, cum vita deſidioſâ minus inſenſibiliter difflante, neceſſariò Sanguinis abundantiæ, vaſis propriis citra ejus evacuationem vel ſtagnationem vix coërcibili, fomitem continuum ſubminiſtrat.

Turgeſcentia fermentativa. LI. Cui accedit non rara Sanguinis *fermentativa* p. n. *turgeſcentia*, præter Febrilem orgaſmum, inprimis

s in Fœminarum menſtrua purgatione notabilis, ii Sanguis apparenter abundans niſi factâ vel artiiali per Venæſectionem, vel naturali per quæcune vaſa epigaſtrica, evacuatione depletus, debito culo per corpus diſtribui nequit.

LII. Qualis *plethora ad vires apparens* in iis, qui enni vel Venæſectioni, vel Scarificationi, ſimili- Sanguinis ſubtractioni adſueti ſunt, eo tempo- quo iſtæ ſolitæ depletiones alias inſtitutæ fuerunt, um ſe manifeſtare ſolet, ut citra ſanitatis nocumenn eaſdem, nullâ licet aliâ neceſſitate urgente, ittere nequeant. *Plethora apparens ad vires.*

LIII. Diſtribuitur per univerſum Microcoſmum guis mediante *latice aquoſo*, vehiculo nempe tam rimenti ſanguinei pariter ac chyloſi, in vaſis ſanferis & lymphaticis, quam vehiculo excrementi Urinæ, Sudoris, aliave formâ eliminandi: unde e deficiat, ſive nimis abundet, Morbi oriuntur: rimis autem læditur corpus acrimoniâ ejus vitioram *ſalsâ*, quàm, quod pejus ſimulque frequentius, *lâ*, exinde enim quamplurimi *Affectus urinarii*, x inquinatâ minuſque acidâ lymphâ quarumcune Glandularum, *Affectus catarrhales*, *Febres lentæ*, *&c.* ginem ducunt. Omnes enim Morbi, quos è colie ſeroſâ oriri voluerunt vel *Piſo* vel *Schneiderus*, imè ex vitiatâ Lymphâ, Glandulisque læſis dedupoſſuut. *Sanguinis diſtributio per laticem aquoſum.*

LIV. Cæterùm ex continuatâ ſecundùm res n.n. *rratione* (1) in maſſâ ſanguinea, hujus varia exget indoles, ac inſignis non raro depravatio, fos ac mater futurorum Morborum; ſimulque vi- vel (2) interno digeſtionis primæ in Stomacho, ſeparationis fæcum ex Chylo in Inteſtinis mente Bile, vel aſſimilationis Chyli cum Sanguine, depurationis per Renes ac poros corporum; vel *Indolis ſanguinis variatio.*

vitio

vitio (3) alieno, aut ſub prima generationis origine, aut ex acceſſu fermenti cujuſdam exotici & peregrini, Sanguis à debita & naturali craſi ſenſim deficit, adeoque cacochymus evadit.

Craſis in quo conſiſtat. LV. Craſis hæc cùm conſiſtat in maſſæ Sanguineæ texturâ materiali, dependente inprimis à particulis ejus ſalinis, ob id hujus texturæ particularum multiplex mutatio & alteratio, plus minus cacochymicum & qualitatibus vitioſum reddit Sanguinem.

Cacochymiæ ſpecies. LVI. Multiplicem hancce *Cacochymiam*, ejuſque cauſas graphicè nobis delineat *Autor libri de priſca Medicina*, inter ſcripta Hippocratea, determinans eam per *acidum, amarum, dulce, ſalſum, inſipidum & 600 vel infinita* alia, ſub Saporum notione repræſentata.

Et differentiæ. LVII. Quæ ipſa infinita ſub infinitâ ſpeciali cauſarum morboſarum differentiâ, ſe unicuique offerunt, dum in ſingulis Morbis, ſingulisque eorum cauſis, ſpecialis peccat ſapor, nonniſi per remedium eidem in ſpecie adverſum, eumque corrigens ob id *ſpecificum* dictum, emendandus.

Remedia. LVIII. Hoc ipſum inſtanter urget *Helmontius* dum in ſimplicibus ſpecificum ſaporem æſtimandum ſuadet. Sic enim *ſaturnina* in ſpecie conveniunt ad delendum acidum *Vulnerum*, *Myrrha* ad *Affectus menſium* ex acido ortos, & *Variolas*; *Allium* in *Calculo*; *Cochlearia* ad *acidum ſcorbuticum.*

LIX. Hæc ipſa autem *ſexcenta* non ad definiendam ſolùm cauſarum morboſarum rationem, ſed ad alimentorum pariter ac medicamentorum explicandas facultates, applicat dictus Autor.

Cacochymiæ tres ſpecies generales. LX. *Infinita* hæc Cacochymiæ differentia ad tria capita generalia non incommodè reduci poteſt, ad *acidum, amarum, & dulce* ſeu *inſipidum:* habito reſpectu ad duo quaſi catholica, inſtrumentalia tamen principia ſalina, acidum & urinoſum, eademque

tem-

mperantem & diluentem in corpore *Chylum* vel ulcem, vel quodammodo insipidum.

LXI. *Acidum* peccabit vel in *quanto*, dum abun- t nimis, vel in *quali*, dum p. n. habet saporem *sterum, ponticum, acrem* &c. Exinde enim Sanguinis agulationes, ut in *Pleuritide*, *Fames canina*, & quæ- m *Picæ*, *Tormina colica*, *Dolores arthritici fixi & vagi*, *ncretiones calculosæ*, *Affectus nephritici & catarrhales*, *orbutus*, *Passiones hypochondriacæ*, *Suffocationes* dictæ *sterica*, aliisque in nerveis partibus convellentes *asmi*, etiam *Febres acutæ* cum *Inflammationibus ery- elaceis* conjunctæ, originem ducunt. *Acidi pecca- ta.*

LXII. Corrigunt hoc *acidum in genere*, (1) om- a *salia urinosa* seu *alcalia*, tam *fixa*, ut *Sal Absinthii*, *ntaurii minoris*, *Cardui benedicti*, &c. quàm *volatilia*, *Spiritus salis armoniaci*, *Spiritus & Sal cornu cervi*, *nguinis humani*, *Nasturtii*, *Menthæ*, *Cochleariæ* &c.) omnia *concreta quasi terrea metallica fixa*, istud sorbentia, aut potius invertentia, v. gr. *Mars* & nnia *martialia*, it. *saturnina*, *Saccharum Saturni*, *timonium diaphoreticum*, *C. C. ustum & sine igne præ- ratum*, *Lapilli Cancrorum* & omnia dura *marina*, ac *imalium ossa*. (3) *Oleosa & pinguia*, quæ obtun- nt & inviscant quasi aculeos acidi, sive sint ex- essa, sive, quod melius, destillata, ut *Spir. vini*, *Oleum stillatum Caryophyllorum*, *Macis*, &c. quo & *succina- camphorata*, *castorina* &c. pertinent. *Acidi corri- gentia.*

LXIII. *Amarum* seu *acidum volatile oleosum*, alca- volatili plus minus saturatum (unde oritur Bilis, rporis balsamum) peccabit vel in *quanto*, dum undat præter modum; vel in *quali*, oleositate ejus iatâ, inprimis dum hæc est minùs volatilis, sed tiùs aquea, adeoque iners reddit adjunctum sibi *urinosum*; unde *à priori* effervescentiæ Sanguinis ctæ, indeque *Ardores* totius corporis plus minus *Amari pec- cata.*

continui oriuntur; vel si in Intestinis fiant, *Phlogoses vagæ*, item *DiarrhϾ colliquativæ*, *Choleræ*, &c. oriuntur; *à posteriori* verò *Decolorationes* variæ *corporis*, sub *Cachexiæ* & *Icteri* generali nomine notæ, dependent. Fomes itidem hac ratione existit, sustentans omnes morbos chronicos, minùs sc. corrigendo acidum viscidum.

Amari corrigentia. LXIV. *Corrigunt hoc amarum*, & quidem in specie prius ejus peccatum (1) omnia *acida*, alcali ejus præcipitantia, ut *Acetum*, *succus Citri* & *Berberum*, *Spir. minerales acidi*, simplices & compositi. (2) *Sulphurea mineralia* cum Nitro fixata, figentia volatilem orgasmum, & hebetantia pinguedine suâ, sub qua occultatum est acidum, ejus acrimoniam figens, ut sunt *Sulphur commune*, omnia *antimonialia fixa*, v. g. *Antimonium diaphoreticum*, *Bezoardicum minerale*, item *Sulphura* alia *metallica* dicta. (3) *Nitrum*, & omnia cum & ex *Nitro* parata remedia, ex *acido sulphureo*. *Posterius verò* ejus vitium corrigunt omnia *acria*, plus minus *oleosa*, augendo acrimoniam salinam, & volatilisando oleum, ut Salia volatilia oleosa: item omnia *Aromata* & *aromatica*, *Febrifuga*, ut *Absynthium*, *Hydropes*, *Chelidonium* majus *Icterum*, &c. curare solent.

Insipidi vel dulcis peccata. LXV. *Insipidum* denique aut *dulce* atque *chylosum peccat* vel in *quanto*, si copiosius, quàm par est, coacervetur; vel *in quali*, dum est *nimis viscidum*, & quod frequentius, conjungitur ipsi *vitiosum acidum*: hinc enim, ex viscido inprimis acido, quamplurimi morbi *chronici*, *febriles*, *cachectici*, *Viscerum infarctus* ac *Tumores*, ductuum *Obstructiones*, originem trahunt.

Corrigentia tales Morbos LXVI. Corrigunt hoc ipsum, præter *evacuantia* superfluum vel per os vel per alvum, (1) *attenuantia & resolventia salina temperata*, qualia sunt remedia tartarea, ex *Tartaro Vini* parata, ut *Tartarus vitriolatus*;

, *Nitrum vitriolatum, Sal volat. Salia alcalia fixa,* *volatilia ex Animalibus acriora, Sal Tartari, Tinctura* *rtari, Spiritus* & *Sal volatile Tartari,* item *Spiritus* *minativus*,&c. (2) *Resolventia gummosa*, ut *Saga-* *um, Mastix, Myrrha*, primariò *Gummi ammonia-* *a.* (3) *Aromatica seu salina volatilia plus minus oleosa,* go *aperientia*; item *hepatica* &c. appellata, ut *Ab-* *hium, Centaurium minus, Fœniculum, Rosmarinus,* *ntha, Angelica, Galanga*, &c.

LXVII. *Hæc ipsa* mutatis mutandis facilè appli- i possunt tritæ in Scholis Medicis doctrinæ de cochymiâ *pituitosâ, melancholicâ* & *biliosâ*, intelli- ido per *pituitosam insipidum* seu *dulce chylosum*, per *ancholiam acidum*: (nam & ab *Hippocrate* sub no- ne acidi venit, & apud *Galenicos Hippocraticos* inde aceto comparatur, cujus acidi summus gra- maximè corrosivus volatilis *atra bilis* appellatur) *Bilem denique amarum* seu *Sal volatile oleosum* aut *lum volatile oleosum.* *Applicatio ad Cacochymias.*

LXVIII. Vulgata enim doctrina de *quaternione* *torum* naturalium sanguinis, & inde derivatis rementis biliosis, pituitosis, & melancholicis, i naturalibus, ut vocant, quàm præternaturalibus, ò præconceptis nititur hypothesibus. *Quaternio humorum nullus.*

LXIX. Nempe quaternioni Elementorum super- itur: unde consequenter & quadruplex partium ersitas, indeque totuplex pro iis substentandis nu- nenti differentia, non secus atque 4. Humorum anguine distinctio, hincque nati cæteri humores n. per multiplicem caloris nativi gradum conti- ıtâ serie derivantur.

LXX. *Sanguis simplex* solùm & *homogeneus, est li-* *r* volatilis oleosus, *nutrimentum* verò partium *lex, chylosum* pro spermaticis, *sanguineum* pro guineis. Bilis folliculi fellei tantum abest ut *Sanguis homogeneus.*

excrementum ſit, ut potius ſaluberrimum corpor totius ſit *Balſamum.* *Humor* verò *melancholicus n turaliter eſt nullus* (de hoc eleganter diſſerit *Conri gius,*) uti nec p. n. imò Lienis officium circa eu ſolùm ex arbitrio aſſumptum.

Unde Sanguinis diſcrepantia in Ven. S.

LXXI. *Quæ verò in ſanguine, per Venæſectione emiſſo, apparet humorum diſcrepantia,* nata eſt (1) e Sanguinis extravaſati neceſſaria corruptela & cad verisatione; (2) ex ſuperficiei ejus ab aëre ambient plus minus inducta alteratione, unde ſuperfici coccineo nitore ſplendet, fundus autem inferic coagulatus obſcurè nigricat.

Excrementa alvi & oris.

LXXII. *Excrementorum per alvum & os* quod att net diverſitatem, ea ſub tali formà in corpore ante non extiterunt, ſed fiunt ita per mutuam diverſorur ſuccorum in primis viis miſcelam, unde ſecundur effervescentiæ & præcipitationis rationes, aliaſv ſimiles alterationes, tam diſcrepantes emergunt Ex crementorum differentiæ.

Differentiarum cauſæ ex Chylo corrupto.

LXXIII. Speciatim fiunt vel (1) ex varia *Chyl corruptione* in Stomacho & Inteſtinis, qua ration Infantes copioſiſſima flava ſubinde rejiciunt, qu tamen non ſunt bilioſa, ac propterea dulcium inſta avidè à canibus devorantur, ſed ſunt Lac ſub digeſtione, aut diſtributione, per Inteſtina corruptum inque tale flaveſcens liquamen degenerans.

Ex bile & ſucco pancr.

LXXIV. Vel fiunt (2) ex *Bilis & Succi pancreatici* nunc *ſeorſim* nunc *ſimul alteratorum* miſcelâ, unde & ipſorum unitorum & Chyli permiſti & Fæcum alvinarum variæ larvæ præternaturales, v. g. *porracea* & *æruginoſa* dicta *Bilis*; quæ videlicet ex Succo pancreatico nimis acido, cum Bile vitiosè efferveſcente, & ita Bilis colorem per præcipitationem alterante, unito oritur; unde & manifeſtè acidum ſpirant talia rejecta, & v. gr. in Infantibus excitantur ſemper *Tormina,* ex acido

lo corrupto oborta, quæ per acidum deſtruentia, allia, *Cryſtallum*, *Lapillos cancrorum* & ſimilia antur.

XXV. Vel originem ducunt (3) ex ipſis *Me-mentis*, ſuccos corporis variè alterantibus & im-tantibus, in ſpecie *purgantibus*. Ita *Martialia* operantia ſemper excreta nigricantia reddunt: *barbarum* & *Aloe* tingunt eadem intensâ flavedine, e etiam Bilem evacuare vulgo æſtimantur: *Colo-bis* craſſa & viſcida excernere facit, qui non ſo- ſunt pituita præternaturalis, ſed revera ſuccus ritius à malignitate laxantis ſimul corruptus: *ntiæ* majoris ſuccus Urinam rubro colore ringit, *Terebinthina*, *Juniperus* item, *Nux moſchata*, &c. rem violaceum tribuunt. Fœtorem contrà im-iunt *Allium*, *Aſparagus*, &c. Denique *Mercurialia* forma Salivæ viſcidioris nutrimentum partium maticarum liquefactnm evacuant. *Ex medicamentis.*

XXVI. Morboſis cauſis conjuncta eſt *quædam itio*, ut nunc *benigna*, nunc ratione ſymptoma- extra ordinem periculoſorum, *maligna* dicatur. *ura malignitatis admodum intricata eſt*, ſive enim ularem *putredinem*, ſive ſanguinis *coagulationem*, ejuſdem *nimiam diſſolutionem*, ſive *verminoſam edinem & corruptionem* aſſerere velimus, nun-n tamen univerſalem malignitatis ratione ex-riemus. *Cauſæ benignæ & malignæ.*

XXVII. Reverà autem *malignitatis ratio generalis* oc conſiſtit, ut ſummum Vitæ inferat periculum: ratione idem ferè erit cum Veneno, ſive *Sangui-, ejuſque ſpiritum vitalem ſolum*, ſive utrumque ul afficiat; *ſpecialis* verò *ratio* in *ſingulis* morbo- *malignorum cauſis* & ipſa diſtincta eſt. *Cauſa vera malignitas.*

XXVIII. *Alia* enim ratio eſt *Dyſenteriæ malignæ*, *Variolarum*, alia *Peſtis*, alia *Purpuræ Puerperarum*, *Malignitas diverſa.*

K 3 alia

alia *in Catarrhis epidemicis*, alia *Morſus Canis rabid*
unde & Symptomatum diverſitas ubique emergit, e
quibus diverſis malignitatis ratio diſtincta facil
poſtmodum conjecturari poteſt.

Flatus. LXXIX. Productum morboſum variè affligen
multarum tamen moleſtiarum origo, in ſpecie i
Abdomine, ſunt *Flatus*, meritò ab Helmontio a
Gas ſylveſtre ſeu *ſpiritus incoërcibiles* relati. Generan
tur neque à calore, neque à frigore per ſe, ſed tantùm
ab acido præternaturali, mediante vitiosâ fermen
tatione ex materia quacunque, utplurimum tamen
aliquid viſciditatis, aut glutinoſitatis oleoſæ in re
ceſſu habente; unde & Hypochondriacis, ſimilibuſ
que, vitio fermenti Ventriculi vel Succi pancreatic
vitiosè acidorum, ex quibuſcunque aſſumptis copio
ſiſſimus Flatuum eſt proventus.

Flatus & Vapores. LXXX. Ordinariè quidem *Flatus cum exhalatio-
nibus & vaporibus confunduntur*, ſed falsò: nam *va-
pores* ſunt effluvia humida, beneficio caloris ſoluta
frigoreque condenſabilia, unde condenſati Flores &
Fuligo vocantur; contrà hic nullum habent com-
mercium Flatus, quippe qui non poſſunt coërceri ſeu
reduci in corpus viſibile & palpabile, unde fruſtra
agunt, qui Spiritus ex Muſto exhalantes, applicato
alembico, volunt capere.

Aromatica flatibus reſiſtunt. LXXXI. Hinc *aromatica Flatuum ſunt medicamina*
corrigendo acidum, & reſolvendo viſcidum. Ipſe
Spiritus Nitri, acidus licet, reliquis tamen præfertur
inprimis *Spiritu Vini dulcificatus* & temperatus, no-
biſque ſic magis appropriatus redditus, figendo
ſpiritus erumpentes flatuoſos, & impediendo fer-
mentationis impetum.

Paſſionum animi effectus in corpore. LXXXII. Quod *Animi Paſſiones* concernit, cùm
iſtæ ſoleant eſſe perceptiones & commotiones Ani-
mæ, à variis objectis externis fibras Organorum
ſen-

:nſualium, hincque Spiritus animales determinato
uodam, ſed diverſo tamen modo, agitantibus oriun-
æ; poſſunt etiam varii generis Morbos in Corpore
umano producere; dum videlicet Sanguis in ſtatu
aturali premit, trudit & urget Spiritus animales, at-
ue hi viciſſim Lympham & Sanguinem, à quibus
eciprocis commotionibus principales illæ, peren-
esque actiones, *Pulſus* nimirum ac *Reſpiratio* de-
endent.

LXXXIII. Sic in *Iræ excandeſcentiâ* dúm San- *Iræ nocumenta.*
uis cum Spiritibus animalibus, aut reliquis etiam
uidis, contrariis quaſi motibus, agitatur & concu-
itur, Bilis fiunt & Succi pancreatici effuſiones, ſu-
ervenit Diarrhœa nonnunquam, Cor palpitat aut
remit, Facies modò pallet, modò rubet, Os inter-
um ſpumat, Hominesque tales furibundis aut epi-
epticis ſimiles non rarò evadunt. In hoc ſtatu
roin Febres aliquando, per agitatum nimiopere,
c in circuitu ſuo naturali plus minus impeditum
anguinem, graviores aut mitiores excitantur Con-
ulſiones, ac Motus epileptici producuntur; Paſſio-
es hyſtericæ commoventur, Deliria oriuntur, Furor
uſcitatur, Apopleptici tandem inſultus, Morteſque
ubitaneæ ſubſequuntur.

LXXXIV. A *Terrore* ſimiliter, inprimis magno *Terroris effectus.*
& improviſo, Sanguinis & Spirituum naturales mo-
us vel turbantur, vel omnimodè ſiſtuntur; atque
ic modò Epilepſiæ, vel Convulſiones hyſtericæ,
modò Catalepſes producuntur, modò Lochia in
Puerperis cum ſubſequente utplurimum Febri acu-
tâ ſiſtuntur, modò Hæmorrhagia Narium aut Hæ-
morrhoidum ſedatur ſubitò; modò Fluxus Men-
ſium ita compeſcitur interdum, ut poſtliminiò nun-
quam amplius revocari poſſit.

LXXXV. *Triſtitia* atque *Mœror*, ſi aliquamdiu *Triſtitiæ producta.*

 dura-

duraverint, Sanguinis & Spirituum motum reddun languidum, unde Cordis orificia quasi constricta tenentur, Pulsus tardior atque debilior evadit; Septum transversum uno eodemque lento tenore interdum deprimitur, sicque Gemitus ac Suspiria non rarò efficit; Respiratio ferè parva fit & debilis; Genæ non rarò pallent; Calor remittit; Lingua torpet; Humores crassi magis & viscidi redduntur; Spiritus pauciores gignuntur, unde Appetitus evadit languidus, Chylificatio imminuitur, Cardialgiæ, Cacochymiæ, Melancholiæ, Scorbuto, scirrhosis, vel cancrosis Tumoribus, Febribus intermittentibus, aliquando etiam Gangrænæ & Sphacelo fores aperiuntur.

Plethoræ effectus.

LXXXVI. *Plethora*, sive Sanguinis probè constituti abundantia nimia, varios quoquè Morbos aut Symptomata producit morbosa, præcipuè *Hæmorrhagias* diversas per Nares, Pulmones, Ventriculum, Uterum, Alvum, Hæmorrhoides, *Apoplexias* item *sanguineas*, *Inflammatorias Febres*, *Pleuritides*, *Peripneumonias*, *Phrenitides*, *Anginas* &c. Quanquam non credibile sit, Plethoram diu subsistere posse sine transmutatione sui in Cacochymiam pro variâ Sanguinis temperaturâ diversam.

Differentiæ accidentales Morborum.

LXXXVII. *Accidentales* Morborum *differentiæ* dicuntur, quæ à variis eorum circumstantiis petuntur, atque harum intuitu vel respectu dividuntur 1. In *Idiopathicos* sive *per essentiam*, quorum causæ radicaliter in ipsâ parte affectâ hæret; & *Sympathicos* seu *per consensum*, quando causa eorum non in parte existit afflictâ, sed aliunde transmittitur; sic habemus *Epilepsias*, *Vertigines*, *Asthmata*, *Vomitiones*, modò sympathicas modò idiopathicas. 2. Dividuntur Morbi in *congruos* vel *convenientes*, & *incongruos* seu *inconvenientes* Hominum ætati, aut Anni tempori; sic

enim Variolæ congruæ ſunt Pueris, incongruæ
dultis & Senibus; Nephritis & Calculus incongruus
fantibus, conveniens autem magis Adultis. 3. In
ngnos, cum ſymptomatum majore, & *Parvos* cum
rundem minore vehementiâ affligentes. 4. In
demicos, plures ſimul in eadem Urbe vel Regione
vadentes, ſicut aliquando habentur *Dyſenteriæ*,
riolæ, *Febres petechiales*, *Morbilli*; & *Endemios*, uni
cui Regioni magis familiares, v. g. *Scorbutus* in
gionibus maritimis Septemtrionis, *Phthiſis* in An-
â, præprimis Londini; *Strumæ* in Valleſiâ Helve-
, & Styriâ. 5. In *Diuturnos* ſ. *chronicos*, longo
nporis ſpatio durantes, velut ſunt *Hydrops*, *Phthi-*
Paralyſis; & *breves*, citius finientes, ſicut audiunt
bres continuæ, *Apoplexiæ*, *Phrenitis*, *Angina*, *Paſſio*
ca &c. 6. In *Simplices* vel *unos*, quando unicus
atùm affligit, & *compoſitos*, *complicatos*, quando
ares ſimul & eodem tempore Homini obtingunt.
In *Univerſales*, totum ſimul corpus occupantes,
ut *Febres*, & *particulares*, unam tantùm corporis
tem affligentes, uti ſunt *Cephalalgiæ*, *Otalgiæ*, &c.
In *Vernales*, *æſtivos*, *autumnales* & *hybernos*. 9. In
reditarios, à parentibus adquiſitos, & *adventitios*,
os Homo jam in mundum natus variis ex cauſis
piſcitur. 10. In *Continuos* perpetim à principio
que ad finem durantes, & *Intermittentes*, poſt ali-
am intermiſſionem redeuntes. 11. In *Benignos*
m mitibus ac minus periculoſis, & *malignos*, cum
hementioribus, aut magis periculoſis ſymptoma-
us Hominem exercentes. 12. In *Legitimos* par-
n, quæ patitur, verè affligentes, ſicut *Pleuritis*
ra, Membranam Pleuram certò occupans; & *no-*
s, ſ. *ſpurios*, non ipſam, quæ pati videtur, Par-
n occupantes, quemadmodum *Pleuritis ſpuria* non
am Pleuram, ſed muſculos aliave Thoracis invo-
ra tenens.

Symptomata Morborum. LXXXVIII. In principio Pathologiæ diximu Morbum eſſe præternaturalem corporis partium d ſpoſitionem, ob quam hæ aut illæ actiones læduntu Actiones igitur hæ læſæ erunt *Symptomata* ſive *Acc dentia* & *Effectus* Morborum, unde Symptoma def nitur à nonnullis *Affectus præter naturam, qui Morbu tanquam ſuam cauſam ſequitur*; vel qui *Morbum, umbra corpus comitatur.* Ubi tamen Symptoma quo que datur, quod ab alio Symptomate tanquam cau producitur, & Symptoma Symptomatis vocatur.

Eorum diviſio. LXXXIX. Liceat hinc nobis cum Veteribus d videre Symptomata, in *Symptomata actionis læſæ Qualitatis mutatæ*, & *Excretorum* atque *Retentorum* Actiones quadrifariam lædi notantur, dum vel abo lentur, vel imminuuntur, vel augentur, vel depra vantur, ſive pravo & illegitimo modo fiunt.

Anorexia. XC. Sic inter Symptomata læſi Appetitûs recen ſentur *Anorexia, Dyſorexia, Bulimia,* & *Pica.* Ub *Anorexia* dicitur Symptoma appetitûs planè aboliti ſubinde cum inſolito ciborum faſtidio conjunctum Cujus *cauſa proxima* & *immediata* eſt defectus vellica tionis eſurinæ fibrillarum Oeſophagi nervearum ad quem defectum, tanquam antecedentes propiore & remotiores cauſæ, contribuunt Menſtrui ſtoma chici penuria, vel inertia, fatuitas, viſciditas; crudi tates pituitoſo-lentæ, tenaces, craſſæ, activitatem menſtrui obtundentes, ſalia blando-acria volatili ſupprimentes; Bilis abſentia; Fibrarum œſopha giærum laxitas, vel reſolutio; Glandularum ſali valium aut ſtomachicarum paulatina induratio vel exiccatio in Senibus; Obeſitas; Otium; Febres cu juscunque generis; Cruditates nidoroſæ; bilioſæ, putrilaginoſæ, acres valdè; Salivæ defectus vel glu tinoſitas, Sanguinis aquoſa temperies; Nephritis; Colica humoroſa, aut flatulenta vehemens; nimius

uſu

ſus teſtaceorum vel martialium remediorum; abſus Fumi Nicotianæ; Purgantia aſſumta draſtica; Venena; Vermes continuè torquentes &c.

XCI. *Dyſorexia* eſt appetitus Ciborum imminutus, quando minorem, quàm in ſano aliâs ſtatu fecerunt, quantitatem eorum Homines ingerunt. Provenit ab iiſdem cum Anorexiâ cauſis, ſed debiliore gradu, & minore cum efficaciâ agentibus. *Dyſorexia.*

XCII. *Fames canina, Voracitas nimia, Bulimia* eſt Symptoma appetitûs nimium aucti, à fermento ſ. menſtruo copioſo & valdè eſurino, blandè volatili, fibras ſtomachi continuè rodente proveniens. *Fames canina.*

XCIII. *Pica* eſt Symptoma appetitûs depravati, quo Homines, gravidæ inprimis Fœminæ, deſiderio comedendarum rerum inſuetarum, aliâs planè inedulium, v. gr. Arenæ, Cretæ, Carbonum, Corii &c. tenentur. Huc pertinet *Malacia*, in quâ appetitus fertur in Cibos quidem conſuetos, ſed vel crudos, vel eo tempore non habendos. Utraque producitur à peculiari quadam & planè inconſuetâ Oeſophagi vellicatione, Spirituum motûs ſingulariter ad excitandum in Animâ perverſum illum Appetitum determinante. *Pica. Malacia.*

XCIV. *Sitis* exceſſiva eſt nimium potûs aſſumendi deſiderium, ortum præcipuè ducens à calore nimio, ab acri ſale muriatico, alcalino, aromatico, oleoſo exuſto à Venenis, ab obſtructione ductuum ſalivalium, & aquoſarum particularum craſſitie vel penuriâ, hinc Linguæ & Faucium ſiccitate. *Sitis nimia.*

XCV. Ad Symptomata præparationis Ciborum in Ore pertinent ante omnia *Maſticatio* ſive *Manducatio* læſa, & quidem vitio Oris, vel Linguæ, Maxillarum, Salivæ, Muſculorum, &c. profecto à Vulneribus, Luxationibus, Spaſmo, Inflammatione, Abſceſſu, Paralyſi, Siccitate, & ſimilibus. *Læſa Maſticatio.*

XCVI.

Deglutitio læsa. XCVI. *Deglutitio* verò læditur etiam vitio Oris, Linguæ, Tonsillarum, Uvulæ, Palati penduli, Laryngis, Pharyngis, Oesophagi s. Ventriculi superioris, Musculorum &c. qualia ferè solent accidere à Vulneribus, Inflammationibus faucium, Tumoribus, Doloribus spasmodicis, Paralysi, Siccitate Oris, Luxatione partium Laryngis, aut Vertebrarum Colli, Absentiâ Mucis palatini &c.

Apepsia. XCVII. Symptomata Chylificationem alimentorum respicientia sunt vel *Apepsia*, quando Cibi *Dyspepsia.* assumti planè non digeruntur; vel *Dyspepsia*, quando ingesta Alimenta imperfectè dissolvuntur, hincque variæ Cruditates in Ventriculo nascuntur: vel *Bradypepsia* *Bradypepsia*, in quâ deglutiti Cibi tardè atque difficul- *Diaphthora.* ter coquuntur: vel *Diaphthora*, depravata Ciborum coctio sive dissolutio, in quâ assumta in putrem humorem facessunt. Quæ Symptomata omnia ferè debentur defectui vel inertiæ Succi stomachici & Salivæ, Languori Respirationis organorum, Sordibus stomachi, Vermibus, Alimentorum tenacitati.

Cruditates acidæ. XCVIII. Ad depravatam Chylificationem pertinent *Cruditates* primùm *acidæ*, quæ nihil sunt aliud, quàm coacervatio humoris acidi, mucosi, viscidi seu crassi & tenacis in Ventriculo & primis viis; oriunda ab assumtis crebrò alimentis acidis, austeris, mucosis, viscidis, non nisi Chylum similem producentibus. Unde humores, præcipuè etiam Bilis, Lympha Intestinorum, Succus pancreaticus &c. alterantur, corrumpuntur, & occasionem generationi *Scorbuti*, *Melancholiæ Hypochondriacæ*, *Flatuum*, *Torminum*, *Obstructionum visceralium*, *Scirrhorum*, *Calculorum* &c. præbent amplissimam.

Cruditas nidorosa. XCIX. Sed & *Cruditates nidorosæ* huc spectant, *acidis* periculosiores, quæ sunt propriè assumta non in Chylum bonum, sed in Liquamen ovo putrido simile

mile conversa, unde sapor in ore teter, ac ructus utridi percipiuntur, cum Nauseâ, quam Ciborum stidium, Vomitiones, Diarrhœa, Cholera, Dynteriæ, Febres putridæ & malignæ sequi quandoae solent.

C. *Singultus* est motus depravatus Ventriculi, quo tura id, quod Oesophago molestum est, ejusque oris membranaceis inhæret, cum aliquo sonitu elire & extrudere conatur. *Causa* ejus est vel in ipso entriculo, materia videlicet nunc copiâ gravans, inc acrimoniâ quadam fibras lacessens, vel extra entriculum, sed hujus membranas sive tunicas, m nervis suis, à sextâ vel octavâ conjugatione iundis, per consensum frequenter stimulans, prout nt Inflammationes, percussionesque Cerebri, ut Inflammatio Pulmonis, Diaphragmatis, Hepatis, testinorum. *Singultus.*

CI. *Nausea*, est stimulus vomendi creber, sed ina-, à superioris orificii Ventriculi contractione, per morem quendam viscido-acrem productâ, orn ducens. *Nausea.*

CII. *Vomitus* est motus Ventriculi depravatus, quo quæ fibris suis molesta intra sese continet, per sophagum & Gulam rejiciuntur laxatam. *Causa* s est irritatio spasmodica fibrarum nervearum, ob am motus Ventriculi peristalticus invertitur. Irant nunc contenta Ventriculi acria, viscida, biliosa, rgantia emetica, Venena, Exulceratio Ventriculi &c. nc per consensum nervorum in Vertigine, Capi- Vulneribus, Calculo renali, Passione hystericâ, rmibus, Colicá humoroso-biliosâ, Ileo &c. Pro ietate humoris, qui si ejicitur, Vomitus est vel uitosus vel biliosus, vel sanguineus &c. *Vomitus.*

CIII. *Cholera* est motus Ventriculi & Intestinon depravatus, quo contenta harum partium phleg- *Cholera.*

matico-

matico-biliosa, vel flatus per vomitum & alvum frequenter ejiciuntur, cum manifestâ virium jacturâ. *Causæ* sunt Alimenta facilè vel putrescentia, vel fermentantia, vel alia acria valdè; v. gr. Lac, Fructus horæi, Sanguis, pinguia & salsa copiosius assumpta, purgantia vehementiora, Venena. Datur & *Cholera flatulenta* s. *sicca*, in quâ flatus ἄνω καὶ κάτω frequenter excernuntur.

Cardialgia. CIV. *Cardialgia* est magna pectoris aut præcordiorum anxietas, cum Ventriculi dolore tensivo aut gravativo, interdum & vomendi desiderio, metuque aut periculo suffocationis vel strangulationis. *Causatur* hanc valida constrictio spasmodica utriusque orificii Ventriculi, ab humoribus viscidis, flatulentis, acidis, austeris, acribus, nervosas fibras crispantibus, & musculos Diaphragmatis in consensum trahentibus, producta.

Lienteria. CV. *Lienteria* est alimentorum assumtorum planè indigestorum, eâ quâ assumta fuerunt formâ per alvum brevi tempore rejiciuntur. *Causa* potissima est Lymphæ gastricæ defectus, aut visciditas vel inertia; nonnunquam muci stomachalis abrasio in Dysenteriâ, unde à qualibuscunque assumtis fibræ Ventriculi nervoso-musculosæ statim irritatæ motu suo peristaltico vehementiore per pylorum valdè laxatum confestim sine præviâ digestione in Intestinorum canalem urgentur, & inde continuato jugiter eodem motu protruduntur, donec extra corpus tandem eâ formâ, quâ fuerunt assumta, excernantur.

Cœliaca passio. CVI. *Cœliaca passio*, est Symptoma excretionis vitiatæ, quo alimenta deglutita mutantur quidem in Ventriculo, sed imperfectè nihilominus digesta cum Chylo per alvum frequenter excernuntur. *Causam* hujus vitii constituunt Menstruum stomachi justo viscidius, Chylus crudus & crassus, Intestinorum canalis

alis laxus, Oſcula vaſorum obſtructa, vitia Bilis Succi pancreatici, Chylum haud ſufficienter di-ntium.

CVII. *Ructus* eſt exploſio materiæ cujuſdam ela-æ, quæ ſpaſmodicâ contractione fibrarum Oeſo-gi & Ventriculi comprimitur, iiſdemque fibris x reſolutis iterum liberatur, atque flatûs formâ n ſonitu quodam per gulam & os expellitur. Oc-onem præbent cruditas humoris alicujus viſci-acida, putrefactio, Muſtum, Fructus horæi, Ve-na, Morbi ſpaſmodici &c. *Ructus.*

CVIII. *Diarrhœa* ſ. *Fluxus alvi*, eſt frequens & piosa excrementorum ſeroſorum, ſubinde & bilio-um per alvum excretio. *Cauſa* ejus eſt acre quod-n fibras Inteſtinorum irritans, humoresque è glan-loſâ tunicâ copioſè exprimens: quandoque tamen mores illi vel è Sanguine per Glandulas inteſtina-vel è Veſiculâ felleâ, ipſoque Pancreate, propter rdinatam in Terrore ſubitaneo, Metu, aut Irâ Spi-ium animalium agitationem expelluntur. Sæpius limenta laxantia copioſius ingeſta huic Sympto-ti anſam præbent; non ſecus atque Laxitas magna arum inteſtinalium, Obſtructio vaſorum lacteo-n, Excretiones aliæ, v. gr. per Urinam, Inſenſibi-n tranſpirationem &c. impeditæ. *Diarrhœa.*

CIX. *Dyſenteria* eſt humorum diverſorum, pure anguine tinctorum, cum Ventris torminibus, Al-enesmo, pulſu frequenti ac celeri, Ciborum faſti-, Vigiliis, & Laſſitudine membrorum, frequentiſ-a licet parca excretio. Ubi materia Spermati narum in principio ferè ſimilis eſt, deinceps verò nc bilioſo-mucoſa, nunc mucoſo vel pituitoſo-guinolenta, nunc ſeroſa, purulenta, ſanioſa, dem ablato omni Inteſtinorum muco, etiam Glan-æ, Fibræ, Membranæque abraduntur & excernun-tur. *Dyſenteria.*

tur. *Causa* est Glandularum & Tunicæ Intestinorum ab humore acri facta Inflamatio, Exulceratio, Corrosio, tandem si res in pejus abeat, Gangræna & Sphacelus.

Tenesmus. CX. *Tenesmus* est perpetuus ferè, sed frustraneus per alvum egerendi conatus, à muco acri, rodente & crispaturam sphincteris Ani producente excitatus.

Ileos. CXI. *Chordapsus. s. Ileos, Iliaca passio, Affectus Iliacus, Miserere mei*, est inversio motûs Intestinorum peristaltici, seu Fibrarum nerveo- musculosarum ab extremo Ano ad Gulam usque spasmodica contractio, quâ omnia, quæ in Ventriculo & Intestinis cumulata sunt, Alimenta vel Medicamina assumta, Chylus, Bilis, Succus ventriculi, Intestinorum, Pancreatis, Mucus intestinalis, Pus si quod adest, Fœces, imò & Clysmata quandoque ipsa per alvum injecta, magno cum dolore & tensione ventris, Siti, Febri, Anorexiâ, Nauseâ, Alvi constipatione, Vigiliis, per Os vomendo excernuntur. *Causa* est Humor acris, Inflammatio, Abscessus, Exulceratio, Volvulus, Scirrhus, Subintratio, Coalescentia, Cancer, Fœces duræ, Calculi, Hernia, Convulsio Intestinorum.

Colica. CXII. *Colica* est dolor Abdominis & Intestinorum plus minus acerbus, fixus aut vagus, Alvi quandoque suppressione, & vomitu, vel saltem vomendi desiderio & conatu stipatus. Causa est *modò* humor acris, acido-austerus, biliosus, serosus, fibras tubulosas Intestinorum lancinans, torquens; unde *Colica humorosa*, vel *biliosa* quoque vocatur: *modò* flatus numerosè in Intestinorum canali coacervatus, ejusque fibras & membranas plus minus fortiter distendens:

Alvi suppressio. CXIII. *Alvi obstructio, suppressio* vel *constipatio*, est Symptoma cessantis excretionis alvinæ, quâ ea quæ per anum excerni deberent, præternaturaliter in corpore

orpore retinentur. *Causæ* sunt Humor austerus onstringens, Bilis iners, Scybala fœcum crassa & ura, Inflammatio, Subintratio, Volvulus Intestinoum, aliave.

CXIV. Inter Symptomata Facultatis vitalis occurrit ante omnia *Cordis Palpitatio*, quæ est vehemens dmodum s. violenta Cordis contractio & pulsatio, um magnâ cruoris à Corde pulsi resistentiâ. *Causa* t vehemens & impetuosus subinde Spirituum aniialium in Cordis musculum influxus, ad quem ontribuunt inprimis Terror inopinatus & magnus, ra vehementior, Exercitatio corporis violenta, assio hysterica, Evigilatio præceps &c. Sed & irritio fibrarum Cordis vehemens, ab acri quodam imulo facta, Palpitationis causa evadit, quemadmoum producitur aliquando à Lymphâ salso-acri ac scidâ, in tubulos Cordis fortè depositâ, apud Scoruticos, Hypochondriacos; vel ab Inflammatione, neurismate, Calculo, Verme, Pilis quoque Cors aut Pericardii; vel à Sanguine in thalamis Cors coagulato, spisso, polyposo; vel denique ab rteriis cartilagineis aut osseis factis &c. *Cordis palpitatio.*

CXV. *Tremor Cordis* est inordinatus planè atque odò celer, modò tardus, modò magnus aut parus, modò vehemens aut debilis, modò continuus ut intermittens pulsus & agitatio Cordis, ab inornato Spirituum animalium in Cordis nervos inuxu dependens. *Tremor Cordis.*

CXVI. *Lipothymia* s. *Animi deliquium* est præceps rium s. motûs voluntarii, nonnunquam & sensuum olatio, cum pallore faciei, frigore totius, pulsu maimè debili, respiratione vix perceptibili &c. conngens. *Causa* est Sanguinis circuitus aliquo modo npeditus; vel Sanguis nimium rarescens; vel huor acidus austerus, ad Sanguinem è parte quadam *Lipothymia.*

 delatus,

delatus, eumque ad coagulationem vel polypofam concretionem difponens: unde preffio Spirituum ad Cordis mufculum fubitò languefcens. Gradu majore à Lipothymiâ differt *Syncope*, in quâ Homo inftar mortui toto corpore frigidus, fudans, pallens fine pulfu & refpiratione ferè jacet.

Syncope.

Apnœa.

CXVII. Symptomata Refpirationis læfæ funt *Apnœa*, ἄπνοια, in quâ actio illa propemodum integrè ceffat; fufflaminantibus illam vaporibus tetris, venenatis, cauſticis, acidis, aufteris, acribus, organa Refpirationis crifpantibus, convellentibus, &c.

Dyfpnœa.

CXVIII. *Dyfpnœa*, eft difficilis Refpiratio, cum moleftiâ quadam, dolore, anxietate, fatigatione contingens: à vitiosâ Pectoris conformatione, gibbo, Pulmonis adnafcentiâ ad Pleuram, Ulcere ejufdem, Infarctu, Scirrho, Inflammatione, &c. & fimili causâ producta.

Afthma.

CXIX. *Afthma* eft frequens, difficilis, & molefta admodum, cum fibilo contingens Refpiratio. *Caufæ* funt graviores quàm in Dyfpnœâ, fubinde & contractio fpafmodica fibrarum Pulmonis nerveo-mufculofarum.

Orthopnœa.

CXX. *Orthopnœa*, eft anhelofa valdè & ftertorofa, non nifi erectâ cervice procedens Refpiratio; plerunque à malâ Pulmonis, Colli, & Thoracis conformatione proficifcens.

Catarrhus fuffocativus

CXXI. *Catarrhus fuffocativus*, eft fubitanea quædam, eaque vehemens Refpirandi difficultas, cum metu & difcrimine fuffocationis producta; atque ab inundatione Sanguinis vel Lymphæ in veficulas Pulmonis; vel à fubitaneâ conftrictione fpafmodicâ fibrarum pneumonicarum in Hyftericis, Hypochondriacis; interdum à Polypo, orunda.

Obfervationes anatomicæ.

CXXII. Inprimis verò obfervationes anatomicæ, in fectionibus Cadaverum factæ, detexerunt caufas diver-

versas ejusmodi Affectuum; quando in illis repertæ
runt v.gr. Thoracis *repletiones* à Sero copiosè ex-
vasato, vel Sanguine aut Pure in vesiculis Pulmo-
coacervato obortæ: *Inflammationes* Asperæ Ar-
iæ, Laryngis, Bronchiorum, Pleuræ, Mediastini,
aphragmatis, Pericardii, Musculorum Thoracis
Abdominis: *Materia* polyposa, gypsea, calcea,
cosa, pituitosa, calculosa, purulenta; Tumor
a Laryngem & Collum strumoso-scirrhosus, can-
sus, inflammatorius, suppuratorius &c.

CXXIII. *Cachexia* est nativi coloris per omnem is peripheriam in pallidum vel lividum mutatio; agnatione vel tardiore decursu Lymphæ crassio- & copiosioris per suos canaliculos oriunda; cui in ancillatur serosa massæ sanguineæ Intemperies. ic affinis est *Chlorosis* Fœminarum, quæ est simi- pallor totius corporis, cum lassitudine, frequenti lis palpitatione, aliisque symptomatibus per lon- n tempus affligens. *Cachexia.* *Chlorosis.*

CXXIV. *Scabies* est exulceratio fibrarum & vascu- m cutis à Lymphâ salso-acri & crassâ obstructo- . Quo magis itaque Sanguis ejusmodi humori- scatet salso-heterogeneis, eo pertinacior evadit el erumpens & excitata Scabies, contagiosa quip- existens, & vicina loca sensim inficiens, sicubi salia cum sero emanantia alias portiones Cutis tigerit. Sed & pro diversitate ejusmodi humoris minus salsi, acris, & mucoso-sulphurei, Scabies que variat, dum alia quidem *ulcerosa*, & *humida*, *sicca*, *pustulosa*, *squamosa*, &c. apparet. *Scabies.*

XXV. Renum & Vesicæ symptomata sunt *uria*, s. omnimoda Urinæ supressio, quâ ne gut- uidem illius excerni potest; & quidem vitio tum uinis, serum ob crassitiem non exhibentis, tum liculorum renalium nimis strictorum, aut flacci- *Ischuria.*

dorum, vel ab humoribus craſſis, viſcidis, ſanguine coagulato, pure, calculis obſtructorum, inflamatorum, unde *Iſchuria renalis* vocatur: tum Ureterum, Veſicæ, colli Veſicæ, Urethiæ, vel dilaceratorum, vel ab acri humore ſpaſticè conſtrictorum, vel à Calculis, Carunculis, Apoſtematibus &c. obſtructorum, unde *Iſchuria veſicalis* audit.

Renalis. *Veſicalis.*

Dyſuria. CXXVI. *Dyſuria* eſt difficilis Urinæ excretio, cum moleſtiâ, & doloroſo egerendi conatu, ſubinde & ardore conjuncta. *Cauſam* adgnoſcit *partim* Urinam craſſam valdè, acrem, viſcidam, pure interdum acri contaminatam: *partim* Glandulas proſtatas ulceratas & Saniem acrem ſtillantes; *partim* denique ſuperficiem internam Urinâ excoriatam.

Stranguria. CXXVII. *Stranguria* eſt ſymptoma excretionis Urinæ depravatæ, in quo eadem non niſi guttatim, & quidem frequenter cum ſenſu magni ardoris excerni poteſt: vocatur hinc quoque Ardor ac Stillicidium Urinæ. *Cauſæ* ſunt ſalia acria, acida, alcalina, mucoſo humori involuta, excoriatio Colli Veſicæ aut Urethræ, Calculi aſperi atterentes, exitum continuè molientes, hincque Sphincterem jugiter irritantes.

Urinæ incontinentia. CXXVIII. *Urinæ incontinentia* eſt ejus involuntarium profluvium, quando invitis Hominibus tam vigilantibus quàm dormientibus, citra reſpirationis niſum ſponte effluit, neque ipſam continere valent. Quod malum pro *Cauſâ* adgnoſcit plerunque fibras muſculi ſphincteris Veſicæ modò reſolutas, dilatatas p. n. vel dilaceratas; modò diſciſſas, ſuppurando conſumtas, aut Gangrænâ putrefactas.

Mictio nocturna. CXXIX. *Mictio nocturna* eſt involuntaria Urinæ inter dormiendum excretio, quam vigilantes probè continere valent. Incommodum Pueris maximè teneris, atque laxo, refrigerato & imbecilli fibrarum Sphincteris Veſicæ tono ſive texturâ præditis familiare.

CXXX.

CXXX. *Diabetes*, est insolita & frequens admodum Urinæ copiosæ, crudæ, aquosæ, rarius chylosæ vel lacteæ, excretio, cum siti intensâ, virium deperditione, & corporis emaciatione conjuncta; quâ certè quicquid bibitur, vel liquidi ingurgitatur, brevî vel non mutatum, vel parum mutatum per Urinam redditur. Accusatur heic laxitas et debilitas magna fibrarum in Arteriolis Renum urinariis existentium; non secus atque seri sanguinei copia & fluiditas nimia. *Diabetes.*

CXXXI. *Lactis* generationis vitia sunt ejus *Abundantia nimia*, quando justo majori copiâ, quàm quidem opus esset, gignitur & provenit; ortum ducens à Chylo abundanter è *Cibis* euchymis & eupeptis, avidè & copiosè ingestis, genito. *Defectus* & *Imminutio Lactis* est, quando illud vel planè nullum, vel paucum nimis gignitur; ob defectum boni Chyli, vel Glandularum, aut tubulorum mammariorum constrictionem, obstructionem, simileque vitium. Sed & alia quoque *Lactis vitia* notantur, quando *serosum* valdè ac *minus butyrosum*, *tenue*, *aquosum*, *salsum*, *amarum*, *purulentum*, *crassum*, *viscidum*, *mucosum*, quandoque & *sanguinolentum* profluit, ob varias Sanguinis & Chyli intemperies. *Lactis abundantia.* *Defectus.* *Vitia alia.*

CXXXII. *Mensium suppressio* est symptoma, quo menstruum sanguinis profluvium est planè inhibitum; atque vitio nunc fluidi s. sanguinis viscidi & crassi existentis; nunc solidi, videlicet Glandularum Uteri aut Vaginæ uterinæ, obstructarum, compressarum, constrictarum, adscribendum. *Mensium suppressio.*

CXXXIII. *Mensium imminutio* vel *stillicidium* est, quando fluxus iste minore, quàm deberet, quantitate, interdum non nisi guttatim è pudendis exstillat. *Causa* est sanguis crassus, viscidus, salso-austerus, pituitosus. *Mensium stillicidium.*

CXXXIV. *Mensium decoloratio*, est sanguinis minus *Decoloratio.*

nus floridi, serosi magis, carnium loturæ similis, excretio plus minus copiosa: atque à sanguinis Intemperie seroso-aquosâ, salsâ & fluidâ ortum ducens.

Fluxus nimius. CXXXV. *Mensium fluxus nimius* est sanguinis copiosi admodum, per plures dies durans, menstrua excretio, ab ejusdem abundantiâ & acrimoniâ majore vel minore dependens.

Hæmorrhagia. CXXXVI. *Hæmorrhagia* est præternaturale sanguinis è quacunque demum corporis parte contingens profluvium. Ita si fluat ex Utero, *Hæmorrhagia* dicitur *Uteri*, è Pulmonibus, *Hæmoptoë* vel *Hæmoptysis*; è Ventriculo, *Vomitus cruentus*; è Naribus, *Hæmorrhagia Narium*, ex Hæmorrhoidalibus vasis, *Fluxus hæmorrhoidum nimius* &c.

Lochiorum fluxus nimius. CXXXVII. *Lochiorum fluxus nimius*, est copiosioris justo sanguinis ex Utero, tempore puerperii, contingens excretio. *Causa* est sanguinis copia, vel acrimonia, vasorumque uterinorum laxitas & apertio nimia.

Suppressio. CXXXVIII. *Lochiorum paucitas* vel *suppressio* totalis est, quando sanguis puerperii subitò fluere cessat, vel parcius justo fluit. *Causæ* sunt sanguinis penuria, crassities, visciditas, vasorum uterinorum constrictio aut compressio.

Fluor albus. CXXXIX. *Fluor albus*, est humoris viscidi, mucoso-albicantis, subinde acris, è glandulis Vaginæ uterinæ, plus minus diuturna excretio; oriunda ex Intemperie sanguinis pituitoso-mucoso viscidâ.

Sterilitas. CXL. Symptomata Facultatis genitalis sunt *Sterilitas*, quâ Homines inepti sunt ad prolem generandam sive producendam: cumque heic congressus requiratur Maris & Fœminæ, Sterilitas alia erit *virilis*, quando vir impotens est fortè ad coëundum *Virilis.* cum Fœminâ, vel potens licèt, semen tamen habet inidoneum ad fœcundationem producendam: alia

ia *muliebris*, quando mulier inepta eſt ad conci- *Muliebris.*
endum, idque vitio nunc Uteri, nunc Ovario-
m &c.

CXLI. *Gonorrhœa* eſt involuntarius plus minus *Gonorrhœa.*
u durans ſeminalis humoris, ſine coitu contingens
uxus; à dilaceratione, exulceratione vel relaxatio-
e tubulorum in Glandulis proſtatis aut Vaginæ ute-
næ, vel ſeminalium veſicularum in Viris oriundus.
enigna eſt Gonorrhœa, ſi materia mucoſa non ad- *Benigna.*
odum acris & corroſiva exiſtit; *maligna* verò, ſ. *Maligna,*
rulenta *venerea*, ſi ab impuro congreſſu cum Lue *virulenta*
llicâ laborante perſonâ inſtituto, provenerit; tum- *aut vene-*
ue materia acris mucoſa profluens, viſcida plerun- *nata.*
ue, non alba tantùm, ſed utplurimum flaveſcens,
purulenta ſimul exiſtit, *Stranguriam* ſuâ ſtimulan-
acrimoniâ excitans.

CXLII. *Pollutio nocturna* eſt involuntarium in *Pollutio*
mno obtingens Seminis, cum Virgæ erectione *nocturna.*
erunque, aut Veneris imaginatione conjunctum
ofluvium. *Cauſa* eſt Seminis copia ſimul &
rimonia.

CXLIII. *Paſſio hyſterica*, vel *Suffocatio Uteri* ſ. *Ma-* *Paſſio hy-*
icis, eſt motus convulſivus Meſenterii & Diaphrag- *ſterica.*
atis, rarius Uteri fibrarum nervoſarum, cum an-
etate præcordiorum, reſpirandi difficultate, quan-
oque & lipothymiis vel convulſionibus univerſa-
us conjunctus. *Cauſa* eſt humor pituitoſo-acido-
el auſtero-acris, irritans & convellens, in primis
is, Inteſtinis, Utero denique collectus.

CXLIV. Inter Symptomata qualitatis mutatæ oc-
urrit primò *Sugillatio*, *Ecchymoma*, Color videlicet *Sugillatio.*
utis naturalis in cœruleum, ex livido nigricantem,
el tandemquoque flaveſcentem mutatio, cum vel ſi-
e Tumore conjunctus. *Cauſa* eſt utplurimum con-
ſio qualiscunque, aut valida compreſſio, vaſcula ca-

pillaria angustando, Sanguinis circuitum in illis sufflaminans.

Icterus. CXLV. *Icterus* est naturalis Color cutis in dilutè vel obscurè flavum aut nigricantem mutatio, à Sanguinis circulantis turbatione singulari, vel Hepatis quoque Glandularum obstructione, & hinc Bilis in Sanguinem regurgitatione oriunda. Unde Icterus alius est *flavus*, alius *niger*.

Flavus, Niger.

Erysipelas. CXLVI. *Erysipelas*, est Inflammatio vasorum sanguivehorum atque lymphaticorum capillarium in Cute hujus aut illius membri, cum rubore, ardore & Febri ephemerá juncta. *Causa* est serum s. lympha salso-acris, nonnihil spissa, cutis tubulos capillares obstruens.

Chlorosis. CXLVII. *Chlorosis* est naturalis & floridi Coloris cutis mutatio in pallidum s. album, cum lassitudine, Febricula continuâ, (ob quam symptoma hoc *Febris* quoque *alba*, seu *Icterus albus* vocatur,) & aliis incommodis, Viduas ac Virgines præ aliis affligens, atque à serosâ massæ sanguineæ Intemperie originem ducens.

Febris alba, Icterus albus.

Sudor nocturnus. CXLVIII. *Sudores nocturni* sunt Symptoma auctæ nimis excretionis cutaneæ, quo serum copiosum in somno maximè, sed & interdum vigilantibus, per cutis poros, cum corporis emaciatione, viriumque paulatinâ deperditione profluit; propter serum sanguinis copiosum planè diffluens, & poros cutis valdè molles, atque laxos ob spirituum influentium penuriam redditos.

Symptomata Facultatis animalis. CXLIX. Symptomata Facultatis animalis in *Sensu* spectantur tam interno, quàm externo, & *Motu*. Inter ea, quæ spectant Sensus internos, adeoque Cerebrum, occurrunt primò Affectus soporosi, interque hos ante omnia *Coma*, quod est perpetuum dormiendi desiderium, in quo tamen somnus non est

Coma.

: admodum profundus. Illud autem apparet duplex, il *ſomnolentum*, ſive *Cataphora*, ſomnus præterna- *Somnolentum ſ. Cataphora.* ralis, in quo Homines clauſis oculis profunde ſa- & nimium dormiunt, ſed facilè tamen experge- ri poſſunt, utut brevì in priſtinum ſomnum rela- ntur: vel *Coma Vigil*, inſuperabilis quædam pro- *Coma Vigil.* nſio in ſomnum, ubi tamen homines profundè rmire neſciunt, ſed tantùm clauſis atque conni- ntibus oculis perpetim capere ſomnum geſtiunt, quo autem ſive per inſomnia terribilia mox oc- *Cauſæ.* rrentia, ſive per alias cauſas fibrarum Cerebri ner- earum contextum ſtimulantes, jugiter impediuntur. deſt enim vel ſal quoddam acre, quo mucus, qui erebri glandulas opplere nititur, prægnans eſt, vel flammatio quædam tubulorum ſanguivehorum, iritus torpeſcentes excitans.

CL. *Inſomnia* ſunt certæ in ſomno obtingentes *Inſomnia.* entis cogitationes, perverſæ interdum atque deliræ, iâs etiam rectæ, quibus Homines nunc ad has, nunc illas animæ paſſiones, Iram, Terrorem, Metum, audium &c. incitantur. Oriundæ à particularum nguinis in Cerebrum propulſi, diverſimodè con- tutarum, motu turbato aut vehementiore.

CLI. Sic *Ecſtaſis*, naturalis quidem, eſt pertinax *Ecſtaſis.* entis abſtractio, & in unum tantùm objectum fixa tenſio, ſive vigilantibus, ſive dormientibus, rectè ut perverſè ratiocinantibus aliquando accidens.

CLII. *Somnambulatio* eſt fortis admodum objecti *Somnambulatio.* ujuſdam in Cerebrum dormientium impreſſio, quâ les Homines ſine evigilatione è lecto ſurgunt, at- ue hæc aut illa vigilantium opera, periculoſa in- rdum illa, obambulantes peragunt. Oriunda à pioſorum valdè ſpirituum influxu in eos corpo- s muſculos, qui motionibus ad nutum voluntatis imæ, certo alicui objecto fortiter intentæ, ex-

 pediendis

pediendis perficiendis ſunt deſtinati.

Carus. CLIII. *Carus*, eſt profundiſſimus ſomnus, cum ſenſuum motusque voluntarii abolitione, è quo Ægri difficillimè expergefieri poſſunt, atque expergefacti poſt congruam ad interrogata datam reſponſionem, mox novo iterum ſomno obruuntur ac in eum proni recidunt. *Cauſa* eſt omne id, quod liberum ſpiritibus animalibus fluxum & refluxum per nervos ad organa Senſuum & Motûs voluntarii impedit. Occaſionem hinc præbent abundantia Sanguinis vel Lymphæ, vaſa Cerebri aut Cerebelli comprimens, obſtruensve; Inflammatio, Suppuratio, Gangræna, Humorum extravaſatio, Vaſorum collapſûs ab inanitione, Uſus Opii vel narcoticorum, aut Liquorum ſpirituoſorum nimius &c.

Catalepſis, Catochus. CLIV. *Catalepſis* ſ. *Catochus*, eſt repentina motûs voluntarii ablatio, ſalvâ manente determinatione ſemel factâ, quâ Ægri eodem in ſtatu, ſitu, aut obambulatione perſiſtunt, in quâ fuerunt à morbo deprehenſi; ſine ullâ reſpirationis, pulſûs, aut caloris naturalis mutatione. *Cauſa.* *Cauſam* adgnoſcit Senſorii communis lateralem obſtructionem, à craſſis & viſcidis humorum particulis oriundam; dum interea Spiritus eo ſemper ordine influunt, & membra eodem in ſtatu vel ſitu, aut motu retinent, uſque dum Nervorum pori à causâ quadam externâ membra aliter locante mutentur, ipſique ſic Spiritus alios in muſculos determinentur. Hic Affectus eſt proximus ad Apoplexiam gradus.

Lethargus. CLV. *Lethargus*, eſt ſomnus profundus cum Febri utplurimum acutâ conjunctus, vel eidem ſuperveniens; è quo Ægri minus difficulter quàm in Caro expergefieri poſſunt, expergefacti autem delirant, ad interrogata perversè reſpondent, & mox iterum in priſtinum ſomnum relabuntur. Originem

nem

m ducit ab inopiâ Spirituum animalium & San-
inis æſtuante motu febrili.

CLVI. *Incubus*, ſ. *Ephialtes*, eſt ſomnus profun- *Incubus.*
s, cum anxietate præcordiorum, ſenſu ponderis
oraci incumbentis, difficili admodum loquelâ, &
ffocationis metu. *Cauſa* eſt vellicatio ſpaſmodica
rarum in Muſculis Reſpirationis negotio expe-
ndo dicatis, à flatibus tendentibus, vel humori-
s acribus lancinantibus producta.

CLVII. *Agrypnia* ſ. *Vigiliæ nimiæ*, *Pervigilium*, *Agrypnia.*
mptoma eſt Senſuum, in quo Homines vel pla-
non dormiunt per longum tempus; vel etiamſi
rmiant, ſomnum tamen eorum breviſſimus eſt.
uſa ſunt diverſæ, Spiritus jugiter in Nervos pro-
lentes, organa ſenſuum continuè irritantes, Do-
es nunquam ceſſantes, Mania, Melancholia,
renitis, &c.

CLVIII. Ἀναισθησία, Symptoma eſt ablati ſenſûs *Anæſtheſia.*
ctûs, ſeu facultas abolita percipiendi actiones obje-
rum ſenſibilium in organa Senſuum externorum,
us varii occurrunt gradus, videlicet *Stupor*, inci- *Stupor.*
ns ablatio Senſûs, *Hebetudo*, debilis nimir. vel im- *Hebetudo.*
nuta ſenſatio, v.gr. in Viſu &c. *Depravatio*, quan-
objectorum actio præternaturali quodam modo
rcipitur, v. gr. in Guſtu, ubi interdum quæ dul-
ſunt, tanquam ſalſa, vel acida, aut amara per-
iuntur. *Cauſa* eſt interceptus, aut irregularis
rituum in Nervos influxus.

CLIX. *Apoplexia*, eſt vel ſubitanea vel paulatina, *Apoplexia.*
nc perfecta nunc imperfecta, Senſuum tam ex-
norum quàm internorum, Motuumque ſimul ar-
rariorum abolitio, Reſpiratione & Pulſu manen-
us utcunque adhuc ad aliquod tempus integris.
uſa eſt id omne, quod Spirituum animalium in-
xum à Medullâ Cerebri in principia & progreſſum
Nervorum

Nervorum impedire poteſt; quem in cenſum referr[i] oportet Calvariæ fracturas, exoſtoſes, impreſſiones, tumores: Humores item extravaſatos ſanguineos, ſeroſos, pituitoſos, ſanioſos, purulentos, baſin Cerebri, Nervorumque principia comprimentes; und[e] Apoplexia val *ſanguinea*, vel *ſeroſa* aut *pituitoſa* evadit: Tumores præterea in Cerebri ſubſtantiâ aut eju[s] involucris natos inflammatorios, lymphaticos, mucoſos, ſebaceos, purulentos, ſcirrhoſos, lapidoſos; Sanguinis circulationem per arterias carotides ad Cerebrum impeditam, aut ejuſdem refluxum inde per venas ad Cor ſufflaminatum.

Sanguinea, ſeroſa.

Univerſalis. CLX. *Apoplexia* eſt vel *univerſalis* in quâ totum corpus à capite ad calcem afflictum eſt; vel *particularis*, unius tantùm aut alterius partis, quatenu[s] ſenſu & motu privatur: atque hæc aliâs *Paralyſi[s]* audit.

Particularis

Fortiſſima. CLXI. Iterum *Apoplexia* alia eſt *fortiſſima*, in qu[â] Homines vel in ipſo afflictionis momento, adeo[-] que ſubitò concidunt & moriuntur; vel ſaltem intra paucas horas, aut dies paucos vivere planè deſinunt, nunquam evigilantes, aut ad ſe redeuntes.

Fortis. Alia eſt *fortis*, in quâ Ægri citius aut tardius expergefieri, adque Senſuum Motuumque uſum revocari poſſunt, ſive perfectè, quod rariſſimum, ſive imperfectè, quod frequentius: plerunque enim hei[c] aliquis in Senſu externo aut interno, aut etiam in voluntario Motu defectus percipietur atque imbecillitas.

Levis. Alia denique Apoplexia eſt *levis* ſive *mitis* in quâ Homo etiam ex improviſo quandam motûs ſenſusque impotentiam vel debilitatem ſine cauſa manifeſtâ percipit, atque medicaminum ope priſtinam ſanitatem ſive integrè & perfectè, ſive imperfectè recuperare poteſt. In hâc tamen non minus quàm in ſpecie antecedente imbecillitas quædam

rema

nanebit vel in Memoriâ & Ratiocinatione, vel in
quo externo, vel denique in motu alicujus Mem-
, interdum & in usu Loquelæ.

CLXII. *Paralysis*, est species Apoplexiæ particula- *Paralysis.*
in quâ membrum unum tantùm aut alterum
nsu vel Motu arbitrario, vel utroque simul pri-
tur; ortum ducens ab obstructione vel compres-
ne, & flacciditate Nervorum, hincque impedito
irituum in musculos influxu. Paralysis hæc vel
iversalis iterum statuitur, in quâ nunc omnes sub *Universalis.*
pite siti musculi resolvuntur, vocant hanc *Para-*
giam aut *Paraplexiam*; nunc musculi tantùm *Paraplexia.*
ius vel alterutrius lateris à capite à calcem, unde *He-*
plegia sive *Hemiplexia* nuncupatur. Vel *Paralysis* *Hemiplexia.*
stit *particularis*, in uno videlicet aut altero dun- *Particularis*
at membro comparens; sic datur *Paralysis muscu-*
um Oculorum, Palpebrarum, Linguæ, Brachii, Ma-
, v.gr. in *Parhesi* sic dicta, *Digitorum, Sphincteris Ve-*
æ aut *Ani, Penis.*

CLXIII. *Vertigo* est Symptoma Imaginationis de- *Vertigo.*
avatæ, quâ laboranti objecta quævis externa tan-
am in gyrum circumagi videntur; ita ut Homo va-
lantibus suis sine fulcimento pedibus insistere, vel
ambulare nequeat. Quòd si Hominum Oculi in ta-
Affectu simul frequenti Caligine offundantur, Vi-
sque obscuretur, *Scotoma, Scotomia*, aut *Scotodi-* *Scotoma.*
appellatur.

CLXIV. *Epilepsia, Morbus caducus*, est repentina *Epilepsia.*
ædam Sensuum, Motuumque arbitrariorum pri-
tio, & humi collapsio, cum vehementi & recipro-
plurium vel pauciorum membrorum concussione,
torsione atque calcitratione, spumâ ex ore prode-
nte, Oculis torvis, semel aut bis nonnunquam plu-
es unâ die vel hebdomadâ affligens; ac à tumul-
ario Spirituum animalium influxu ortum trahens.

Vocant

Vocant hinc *Convulsionem clonicam.* Epilepsia talis observatur modò *universalis*, totius corporis, qualis est nunc descripta; modò *particularis*, in uno tantùm vel altero membro specialiter contingens, v. gr. in Oculo, Genâ alterutrâ, Musculis Labiorum, unde *Spasmus cynicus*, Brachio vel Pede, ubi quandoque æger ex Spasmo flatulento dolorem percipit; dum interea Sensuum usum in Cerebro & reliquis membris adhuc integrum habet & servat.

Universalis
Particularis

Convulsio. CLXV. *Convulsio*, *Spasmus*, est præternaturalis quædam, invita ac violenta musculorum horum aut illorum contractio, sive motus tonicus, cum intorsione membri illis musculis appensi. Estque vel *universalis*, in quâ totum corpus convellitur cum sensuum motusque voluntarii privatione; vel *particularis*, ubi una tantùm vel altera pars dolorificè tenditur, crispatur, vel subinde intorquetur.

Universalis
Particularis

Ἐμπροσθότονος. CLXVI. Spasmus *universalis* triplex est, vel *Emprosthotonos*, in quo musculi caput, collum, thoracem atque lumbos ad anteriora flectentes spasmodicè contrahuntur, ita ut Æger sese erigere vel erigi nequeat, Capite versus Genua vehementissimè tracto: *Opisthotonos*, in quo musculi caput, cervicem dorsumque retro flectentes contrahuntur, sicque capite & pedibus retro vehementissimè versus se invicem tractis Venter in altum elevatur: vel denique *Tetanus*, in quo Corpus maximè rigidum evadit, atque musculis omnibus simul contractis illud in longitudinem magis extenditur.

Ὀπισθότονος
Τέτανος.

Spasmus cynicus. CLXVII. *Particularis* Convulsionis species sunt in ore quidem *Spasmus cynicus*, contractio musculorum maxillarium, quâ musculi Oris, Labiorum, & Nasi versus sua principia validè trahuntur, atque sic Os sive Facies in obliquum torquetur. In Oculis *Strabismus*, in quo musculi Oculorum convulsi, eos

Strabismus.

vel ſurſum, vel deorſum, vel ad latera ſpaſmo-
intorquent. In Maxillis tandem *Triſmus*, in *Triſmus.*
dentes invicem reciprocâ ac vehementi maxillæ
tractione non ſine ſtridore & ſonitu validè com-
tuntur, ſive concutiuntur ; quæ quidem *clonica*
gis convulſio exiſtit, diſtincta à convulſione *to-*
, frequenti illâ, quâ inferior Mandibula ſuperiori
firmiter apprimitur, ut flecti, & ſeparari à ſu-
ore, ſicque Os aperiri deducive nequeat. In
alterove artuum muſculo tenſio fortis ſpaſmo-
plus minus dolorifica *Spaſmum* producit *flatu-*
um.

CLXVIII. *Tremor* eſt motus alicujus membri *Tremor.*
ravatus vel debilitatus, quo illud fortiter ſatis ac
rè moveri nequit, ſed reciprocè, etiam aliquando
tis Ægris, modò elevatur modò rurſus deprimi-
cum vel ſine dolore ; ortum ducens à penuriâ
tuum animalium, reciprocè in hos vel illos muſ-
rum nervos ac tendines influentium ; vel ab ob-
tione & flacciditate quorundam ejuſmodi
lorum nervoſorum, unde ſufficiens ſpirituum
titas influere nequit. Ita tremunt nonnullis ca-
aliis brachia, manus, aut pedes.

LXIX. *Laſſitudo* eſt ſenſatio virium plus minus *Laſſitudo.*
mnibus vel aliquibus corporis artubus, debili-
m : quarum cauſa eſt ſanguinis craſſities, & ſpi-
m inſufficiens exinde ſecretio.

LXX. Symptomata Loquelæ ſunt vel *Mutitas*, *Mutitas.*
ta loquendi facultas, quando quis neque lite-
eque voces integras articulatas pronunciare,
que ſermocinari neſcit : vel facultas loquendi
itata, ſ. *Blæſitas*, quando quis non niſi cum *Blæſitas.*
ultate unam alteramque Literam pronunciare
, veluti ſunt R. M. L. &c. *Jotaciſmum* vel *Lam-*
mum quoque vocant. Vel eadem eſt *deprava-*
ta

ta in illis, qui inter loquendum modò subsistunt modò voces aut sermonem præcipitant, hincqu
Balbuties. *balbutientes* vocantur. German. Stamler/ Græc quoque βατταρίζειν nuncupant. Aliâs Græcis hoc vitium audit Τραυλότης, Τραυλισμὸς, Ψελλότης, Ψελλισμός. Hu pertinent & illi, qui pleno ore sermonem proferunt ob laxitatem & humiditatem Linguæ & Ligamen
Bambaliones torum nimiam, *Balatrones* vel *Bambaliones* Pappen oder Brey-Mäuler/ eapropter dicti, qui loquuntu als ob sie Brey in dem Maul hätten. Tandem hi
Atypi. adnumerantur *Atypi*, Ἄτυποι quibusdam dicti, qu non satis expedito plectro Linguæ utuntur, quas aerem non ferientes, nec verba satis aptè confor mantes aut exprimentes. Sed & huc referimus Voci
Aphonia. læsiones, quæ vel *aboletur* in Ἀφωνία, vel *imminuitu* in voce exili aut obscurâ, seu tenui submissâ; ve *depravatur* in voce clangosâ, asperá, raucá, tremu lâ, abruptâ.

Tussis. CLXXI. *Tussis*, est symptoma motûs depravat Thoracis, quo natura cum vehementi spiritûs, priu copiosissimè hausti & condensati, efflatione per velo cem pulmonis & thoracis constrictionem, reciprocos que concussus expiratorios, id quod spirandi instru mentis molestum est, expellere conatur. *Causa* eju est, quicquid Fibras pneumonicas sive immediatè, si ve mediatè per consensum irritare valet.

Sternutatio. CLXXII. *Sternutatio*, Πταρμὸς, est motus quidam convulsivus musculorum thoracis, quo post aliquam inchoatæ Inspirationis suspensionem sive retardatio nem, magnâ sed interrupta vi, & cum vehementi to tius corporis concussione, plerunque cum sono mag no, aër per nares & os cum occurrentibus in viâ ac ir ritantibus rebus, muco inprimis acri, unâ vice expel
Causa. litur. *Causa* est irritatio tunicæ narium internæ glan duloso-nervosæ, quæ fit ab aurâ pulverulentâ, à ra

dii

ıs Solis nares ferientibus, ab effluviis rerum acribus,
nis, volatilibus, à ſuccis & pulvere acri medica-
num errhinorum & ptarmicorum. Ubi notan-
m, quòd fibræ tunicæ Narium magnam commu-
ationem ſortitæ ſint cum muſculis reſpirationi in-
vientibus, & viſceribus imi ventris.

CLXXIII. *Oſcitatio, Chaſmos*, eſt motus ſive na- *Oſcitatio.*
alis ſive præternaturalis omnium ferè muſculorum
pirationi & maxillæ flexioni dicatorum, quo Pul-
num bronchia & veſiculæ, hiante admodum ore,
tè & ſenſim aërem copioſum inſpirando magno-
è extenduntur, isque dein per aliquot momenta
entus ac rarefactus paulatim denuo cum flatuoſis
oribus emittitur, ſtatusque muſculis naturalis
ituitur. Cujus effectus juxta *Cel. Boerhaven* eſt,
nes humores corporis per omnia vaſa movere,
elerare, æqualiter diſtribuere, adeoque Senſuum
ana & muſculos corporis ſuis muneribus quàm
imè adaptare.

CLXXIV. *Pandiculatio* eſt tenſio vel expanſio *Pandiculatio*
dam violenta tendinum & muſculorum totius
poris arbitrario motui inſervientium, quâ na-
, quicquid flatuoſi aut lymphatici humoris in
ſculorum interſtitiis hæret, & moleſtum eſt, ex-
ere & diſſipare, ſicque humorum per capillaria
cula circuitum facilitare ac reſtituere laborat.

CLXXV. *Riſus*, eſt motus muſculorum Faciei, ex *Riſus.*
tractione Labiorum, & exſpiratione interciſâ
orâ, hilaritatem ſive gaudium indicans. Produ-
r, hauſtum dilatato Pulmone aërem reciprocis,
oris, admodum parvis, celerrimis tamen con-
ibus, per organa inſpirationi atque exſpirationi
inata factis, quaſi undatim commovendo; in-
m Pulmone ferè in eadem expanſione perma-
te, ſanguinemque magis conquaſſante, quàm

 tranſ-

Risus sardonius. transmittente. *Risus* hinc *Sardonius* est præternaturalis atque spasmodica musculorum Labia diducentium crispatio, sive diductio, plus minus diu durans, intermittens aliquando, iterumque recurrens; oriunda ab acri & viscido humore fibras talium musculorum frequenter irritante.

Horror. Rigor. CLXXVI. *Horror, Horripilatio, Rigor,* est motus convulsivus fibrarum Panniculi carnosi & Cutis cum majore vel minore concussione spasmodicâ, & perceptione frigoris conjunctus. *Causa* ejus consistere videtur in Succi nutritii, humorisve pituitosi salino-acido-pungentis, nitrosi, aluminosi, aut vitriolacei, capillaria vascula dictarum suprà partium obstruentis, vel infarcientis, fibrasque nerveas circumstantes irritantis, vellicantis, aut lancinantis stagnatione. Ubi *Frigus* est ejusmodi vellicationis primus, *Horròr* secundus, & *Rigor* tertius atque maximus gradus, in quo totum corpus magnopere tremet, dentes strident, ipseque Lectus, cui Æger incumbit, simul tremulo motu concutitur.

Phrenitis. CLXXVII. Symptomata Sensuum internorum sunt primò *Phrenitis*, quæ dicitur esse Delirium cùm Febri acutâ, Agrypniâ, & aliquali furore, oriunda ab inflammatoriâ obstructione vasculorum sanguivehorum in Cerebri Meningibus, quam Sanguis crassus & æstuans causatur.

Melancholia CLXXVIII. *Melancholia* est Delirium, sive Symptoma imaginationis depravatæ, sine Febri, cum timore & tristitia conjunctum; ab intemperie sanguinis acidâ, inter salia volatilia profundè occultatâ, & facilè fermentescibili ortum, ob quam Spiritus animales nonnihil crassiores evadunt, hinc cursûs sui formam semel ingressam diutius retinent, atque vestigia medullæ Cerebri fortius imprimunt. *Hypochondriaca* vocatur, quando acida in Hypochondriis cruditas creditur esse causa. *CLXXIX.*

CLXXIX. *Mania* eſt Delirium itidem ſive Febri, cum furore quodam Hominem affligens; oriun-[illegible] à ſale volatili acido irregulari, Lymphæ tan-[illegible] craſſiori involuto, atque Spiritibus animalibus [illegible]ioſius miſto, qui hinc irregulariter commoti, [illegible]iusque agitati mentis turbant quietem, rectam-[illegible] tam imaginationem quàm ratiocinationem per-[illegible]tunt, ſicque Homines ad iram, furorem, abſur-[illegible] & inconditas quoque actiones inſtigant. Maniaci [illegible]in robuſtiſſimi ſunt, quoniam, ut *Waldſchmidius* [illegible] Spiritus Maniacorum animales ad muſculoſas [illegible]tes fortius determinantur, ibidemque ob ſui [illegible]ſſitiem diutius hærent, nec facilè tenues in auras [illegible]unt. Ab eadem causâ, & humorum circulan-[illegible]m jugi agitatione fit, ut intenſiſſimum tales [illegible]mines frigus longo tempore citra noxam ferre [illegible]ſint. *Mania.*

CLXXX. Ad Maniam referri ſolent *Rabies lupi-* [illegible] *Lycanthropia, Rabies canina, felina,&c.* quando [illegible]s à rabido Lupo, Cane, aut Fele ſeu Cato fuit [illegible]norſus & vulneratus. *Hydrophobia*, affectus ille, [illegible]quo Ægri à rabioſo ejuſmodi animali demorſi [illegible]gnâ cum anxietate omnia liquida & potulenta, [illegible]m ipſum aërem liberum vehementer averſantur, [illegible] cœterâ minimè interdum delirent. *Tarantiſ-* [illegible], morbus Hominum à Tarantulis, quæ ſunt [illegible]neæ marinæ, demorſorum, unde perpetim tri-[illegible]iare & ſaltare coguntur, uſque dum Venenum [illegible]arantulis acceptum fuerit diſſipatum. *Chorea St.* [illegible], Symptoma imaginationis perverſæ, quâ labo-[illegible]tes Inſaniæ ſpecie dies noctesque ſaltare geſtiunt. [illegible]*or inſanus*, vehemens illa animi perturbatio, quâ [illegible]henſi non niſi de re amatâ cogitant, illiusque [illegible]ſequendæ & poſſidendæ deſiderio inſano flagrant, [illegible]cque libidinoſi admodum exiſtentes multa inde- *Rabies canina.* *Hydrophobia* *Tarantiſmus.* *Chorea S. Viti.* *Amor inſanus.*

cora agunt & loquuntur; hilares valde, si spem habent rem amatam impetrandi; tristes verò, & iracundi, quando de eadem re consequendâ desperant. *Causa* est æstus atque acrimonia seminis apud Viros vel lymphæ Vaginæ uterinæ apud Fœminas, præternaturalis ac sæpius verminosa, cum fixis admodum & deliris cogitationibus rei peramatæ: & quando magna hinc quædam tristitia Fœminæ, sive Virgini sive Viduæ libidinosæ supervenit, Affectus talis eroticus vocari solet *Furor uterinus*, vix nisi venereo coitu dissipabilis & curabilis.

Furor uterinus

Delirium.

CLXXXI. Adeoque *Delirium* omne erit Symptoma Imaginationis sive Phantasiæ & Ratiocinationis depravatæ, oriundum à perversâ fibrillarum medullæ Cerebri agitatione, hincque irregulari Spirituum animalium commotione. Vocatur à nonnullis Παραφροσύνη & παραφορά.

Memoria.

CLXXXII. *Memoria* est retentio idearum semel ex actione objecti in Sensorium commune susceptarum; earundemque datâ postmodum occasione repetitio sive reminiscentia. Sensorium illud commune est pars medullosa Cerebri, in quam tanquam in originem, omnes in extremitatibus nervorum, ab objectis sensibilibus, mole, figurâ, duritie, motu variantibus, contingentes mutationes sive motus propagantur, unde Idea objecti talis in Mente attentâ excitatur. Quo igitur magis vivida, magis distincta, magis aliena ab omnibus aliis actionibus, quoque sæpius tandem est renovata actio alicujus objecti in Medullam Cerebri, eo clarior, nitidior, vividior, distinctior & firmior erit Idea inde nata.

Sensorium commune.

CLXXXIII. Quòd si proin actio Sensorio communi impressa tam fortiter inhæreat, ut actione aliorum objectorum superveniente mutari prorsus nequeat, manebit tum præsens idea, actionis illius pedisse-

dissequa. Vel saltem occasione similis alicujus ionis, aut ideæ cujusdam affinis, redditur prior a volenti Homini, imò eidem subinde invito, am si comitatur scientia similis olim perceptæ, ncupari *Memoria* consuevit, sive *Recordatio* vel *Reminiscentia.* niniscentia.

CLXXXIV. *Memoria* igitur *debilis* evadit, plane tollitur, quoties objectorum externorum internorum actiones, nullam vel exiguam tann in tubulos Sensorii communis sive Medullæ rebri nerveos impressionem facere possunt; emadmodum hoc evenit, quando fibræ partium sibilium nervosæ propter Spirituum influentium citatem aut defectum molliores, flaccidioresve duntur, sicque impressa vestigia diu retinere, ideas semel excitatas, iteratà suggerere vice vix sunt. *Memoriæ debilitas & ablatio.*

CLXXXV. *Amentia, Dementia, Mentis aliena- emotio, aberratio*, est species Delirii, adeoque nptoma phantasiæ & ratiocinationis abolitæ, in Homo ne quidem principia ratiocinandi novit, ue ullos conceptus, judicium nullum, vel exim certè formare potest. Unde hic defectus, hoc um à malâ tubulorum medullarium Cerebri conmatione provenire creditur, sive à nativitate id stat, sive ab humoribus viscidis adquisitum fue- obstruentibus, infarcientibus, atque alio modo ponentibus structuram medullæ prædictæ. Nonli malum hoc etiam vocant *Stultitiam, Insipienn, μώρωσιν,* vel *Fatuitatem*, aut *Stupiditatem*, quemnodum Willisius, *Libr. de Animâ Brutor.* *Amentia.* *Stultitia, Fatuitas, Stupiditas.*

CLXXXVI. *Hebetudo, Imbecillitas Mentis, Inge- tarditas, Judicii difficultas*, est Symptoma quo- Actionis Mentis imminutæ, quo quidem Holaborans principiorum imaginandi & ratiocinan- *Mentis hebetudo.*

 di

di notitiam habet, & ex illis quaſdam concluſi-
nes facere ſive deducere poteſt, ſed magno cu
labore, & plus minus tardè.

Cœcitas. CLXXXVII. Symptomata læſæ Viſionis ſu
primò illius *Ablatio*, ſive *Cœcitas*, *Amauroſis*, quæ
omnimodá Viſûs abolitio, ita ut Homo nullum pla
Objectum viſibile ante ſe exiſtens cernere ac
ſtinguere queat, à quacunque demum causâ defect
iſte provenerit.

Gutta ſerena. CLXXXVIII. *Gutta ſerena* eſt ſpecies Coeci-
tis ab obſtructione Nervi optici in alterutro
utroque Oculo contingens, ita ut Homo ne q
dem lumen qualecunque percipere queat, utut c
tus nullum planè vitium in Oculis depreher
ſoleat, ipſique naturalibus ſimillimi exiſtere
deantur. Germani nuncupant den ſchwartzen Sta

Cataracta. CLXXXIX. *Cataracta*, *Hypochyma*, *Suffu*
eſt ſpecies Viſionis ablatæ, quæ nunc à craſſit
Glaucoma. turbatione & obſcuratione Humoris cryſtallini
tum ducit, & nomine *Glaucomatis* venit, qu
niam iſtius Humoris incraſſati color in glaucu
mutatur, atque Viſionem omnem intercipit: nu
ab humoris alicujus viſcoſi concretione in Pellic
lam, Pupillæ obhærentem, eamque ita obduce
tem provenit, ut radii hinc viſivi ex objectis ext
Suffuſio. nis reſilientes penetrare nequeant; ſpecialiter hi
Suffuſio appellatur. In utroque vitio tamen aliq
Luminis perceptio ſupereſt.

Amblyopia, Viſûs hebetudo. CXC. *Amblyopia*, *Viſûs habetudo* eſt Viſionis ſe
ſus imminutus, vel obſcuratus, obfuſcatus, quo H
mines debiliter vel obſcurè, & veluti per nebula
plus minus tenuem objecta externa vident ac diſce
nunt. *Cauſa* eſt vel Humorum, vel Tunicaru
Oculi ſiccatio aut incraſſatio. Huc pertinet Senum V
ſionis imbecillitas, Πρεσβυωπία. Ein ſchwach Geſich

CXC

CXCI. *Myopia, Myopiasis, Lusciositas,* est Visionis imminutæ species, quando quis non nisi propius, vel proximè Oculis admota objecta videt, ac iisdem nimis vel semi clausis ea discernit; remota verò, utut magna, objecta vel planè non cernit, vel saltem discernere & cognoscere nescit. *Causa* est nondum adeo adcuratè perspecta; possunt tamen, ut opinatur *Cl. Boerhaven,* figura nimis sphærica Bulbi oculi prominentis, vel angustia Pupillæ, vel conditiones quædam in longitudine Oculi, in Humore crystallino, hujusque situ Myopiam variam producere. Ein kurtz Gesicht audit apud Germanos. *Myopia. Lusciositas.*

CXCII. *Nyctalopia,* est Symptoma Visionis imminutæ, quo Homines circa meridiem optimè vident, mane & vesperi in diluculo vel crepusculo obscurè, & noctu planè nihil dignoscunt, utut candelâ accensâ. *Causa* est præternaturalis angustia Pupillæ Oculorum. *Nyctalopia.*

CXCIII. *Mydriasis,* est Visus itidem imminutus, quo Homines sub meridiem nihil, mane & vesperi parum, & noctu optimè vident. *Causa* est Pupillæ insolita ac præternaturalis dilatatio, à lumine quacunque constringi vel angustari nesciâ. *Mydriasis.*

CXCIV. Datur & Visûs *depravatio,* quando v. g. quæ rubra sunt, conspiciuntur esse cœrulea, vel nigra; quæ dissita sunt, propinqua esse creduntur: quæ magna existunt, ut parva; quæ simplicia sunt, duplicia; quæ recta, curva; quæ integra, dimidia, aut perforata; quæ tandem quieta, tanquam in motu constituta cernuntur. *Causa* est vel in Oculorum tunicis, vel in Humorum situ, vel in Spiritibus quærenda. *Visûs depravatio.*

CXCV. *Strabismus,* est musculi unius alteriusve, Oculos moventis, resolutio, vel relaxatio, oppositique contractio, *nunc* à consuetudine in Infantiâ; *nunc* à defluxione quadam, nervorum in *Strabismus.*

musculum affectum disseminatorum, tubulos obstruente, sicque Paralysin in illis excitante, atque Bulbum vel sursum, vel deorsum, vel in obliquum torquente, oriunda.

Ophthalmia. CXCVI. *Ophthalmia* est inflammatoria obstructio tubulorum sanguivehorum in Oculorum tunicâ conjunctivâ s. adnatâ, cum tantillo tumore, rubore, dolore ardente, & luminis impatientiâ. Hæc si lenior fuerit, & velut initium Inflammationis, vocatur *Taraxis* s. *Turbatio* Oculi. Si porrò junctum habeat Lacrymarum profluvium, *Hygrophthalmia*, seu *Lippitudo humida*: Si verò tandem absque earundem fluxu existat, *Xerophthalmia*, ξηροφθαλμία appellatur.

Taraxis. *Hygrophthalmia.* *Xerophthalmia.*

Blepharophthalmia. CXCVII. *Blepharophthalmia*, est Inflammatio Palpebrarum Oculi unius vel alterius, à stagnatione seri aut sanguinis salso-acris, viscidi, in tubulis capillaribus ortum ducens.

Psorophthalmia. CXCVIII. *Psorophthalmia*, est Palpebrarum oculi Scabies pruriginosa, à Lacrymis, vel defluxionibus salso-viscido-acribus producta, & rubedinem quandoque simul excitans.

Epiphora. CXCIX. *Epiphora*, *Lippitudo*, est perpetuum lacrymarum profluvium cum Palpebrarum extremarum, seu Ciliorum rubore & prurigine junctum; oriundum à dilaceratione tubulorum vel ostiolorum lacrymalium, aut eorundem erosione. Rohte Trieff-Augen.

Lagophthalmia. CC. *Lagophthalmia*, *Oculus leporinus*, est vitium Oculi, quando hujus Palpebra superior ita retrahitur à fibrarum constrictione & siccatione, ut Oculum, dum clauditur, totum non obtegat, atque hinc talis Homo Oculis tantillum apertis dormire, Leporum instar, cogatur.

Trachoma. CCI. *Trachoma* est asperitudo superficiei internæ Palpebrarum, à stagnantibus & coagulatis Lacrymis

is nonnihil salsis, originem trahens. Vocant iam *Dasymma*, quod tamen alii credunt esse inæqualitatem præternaturalem superficiei externæ Palbrarum cum rubore qualicunque, sed sine ardore, nctam. *Dasymma.*

CCII. *Tyloma*, *Tylosis*, Τύλωμα, Τύλωσις, est durities lpebrarum, vel Callositas s. Callus, proveniens à ymphâ tartareâ, sive crassâ, coagulatâ, induratâ Palpebris, præcipuè extremis. *Tyloma.*

CCIII. *Grando*, est Tuberculum scirrhosum, dum, cuti concolor, indolens, Lentis ferè magnitune inter tunicas superioris Palpebræ à sero pituiso, viscido, minus acri natum, rotundum, huc uc mobile, atque Palpebræ integram diductionem l apertionem impediens. Χαλάζιον.

CCIV. *Hordeolum*, *Crithe*, est Tuberculum oblon-rotundum, magnitudine Pisi majoris, rubrum, m pruritu & tantillo ardore conjunctum, in Palbrarum Ciliis inter pilos enascens, ac interdum ppurans, tandemque apertum nonnihil puris cum nguine fundens; oriundum à guttâ unâ alterave uoris & lymphæ incrassatâ atque stagnante. *Hordeolum.*

CCV. *Ægilops*, est Inflammatio in majore Ocu- angulo, à Sanguine & Lymphâ acri stagnante xcitata, atque in Abscessum, suppurante humore, iens, qui si rumpatur, *Anchilops* vocatur, sive *Uls Canthi* majoris Oculi, pus fundens, quod rtim ex angulo exprimitur, partim per nares fluit. *Ægilops.* *Anchilops.*

CCVI. *Fistula lacrymalis*, est Ulcus Oculi canli majoris sinuosum, cum Ossis proximi incipiente arie, saniem perpetim stillans, quæ vel exprimitur Cantho illo, cutim Genæ versus angulum preendo, vel per foramen quoque ad Nares fluit. nsam præbet utplurimum Ulcus Canthi negligenr curatum. *Fistula lacrymalis.*

Ἐγκανθίς. CCVII. *Encanthis*, eſt carunculæ lacrymalis, i[n] majori cantho ſitæ, ſupra juſtum modum excreſcen[-]tia, à ſucci nutritii copioſiore è poris eroſis, vel lace[-]ratis effuſione & concretione producta.

Ῥοίας, Ῥύας. CCVIII. *Rhœas*, eſt Carunculæ lacrymalis præter[-]naturalis imminutio ſive decretio, vel etiam eroſio ab humore acri, aut deficiente nutritione orta.

Ἐμφύσημα. CCIX. *Emphyſema*, eſt laxus Palpebrarum tumor à flatu inter membranas collecto, & expandente ori[-]ginem ducens, nullo dolore notabili ſtipatus, nequ[e] colore præternaturali admodum comparens.

Ὑδάτις. CCX. *Aquula*, *Oedema* Palpebrarum, eſt intu[-]meſcentia earum, ab aquæ vel lymphæ lacrymalis inter tunicas effuſæ coacervatione excitata, atque O[-]culum clauſum tenens. Vel ſecundum alios eſt pin[-]guedinis ſuperiori Palpebræ ſubſtratæ, extimâ parte, incrementum, pondere ſuo ita gravans, ut vix Ocu[-]los aperire queat Homo, eique perpetim ferè lym[-]pham ſtillent.

Ἐκτρόπιον. CCXI. *Ectropium* eſt Palpebræ Oculorum inver[-]ſio, à cicatrice, aut carnis excreſcentiâ producta.

Ἀγκυλοβλέφαρον. CCXII. *Ancyloblepharon*, eſt Vitium Oculorum, in quo Palpebræ vel inter ſe, vel cum albo aut nigro Oculi ita coaleſcunt, ut Oculus aperiri non poſſit. *Cauſa* plerunque eſt Ulcus imperitè ſanatum: vel ſubinde Lacrymæ craſſæ, viſcoſæ, in Palpebrarum extremitatibus collectæ, ſuâ glutinoſitate eas ſibi in[-]vicem connectentes, velut in Ophthalmiâ quandoque aut in Variolis evenit.

Φθειρίασις. CCXIII. *Palpebrarum Phtheiriaſis*, eſt vitium Ocu[-]lorum, in quo pediculi exigui pilos Ciliorum infe[-]ſtant, cum aliquali prurigine moleſtantes.

Τριχίασις. CCXIV. *Trichiaſis*, eſt vitium Palpebrarum Oculi, quando pili inutiles, curvi, duriusculi, Bulbos pun[-]gentes, in Palpebris inter Cilia naſcuntur.

CCXV.

CCXV. *Madarosis* est defluvium Ciliorum, sive Μαδάρωσις.
lorum Palpebrarum, unde & Glabrities Palpebra-
m audit, Græcis quoque aliis Μίλφωσις. *Causa* est ra-
cum pilorum ab humore acri facta erosio.

CCXVI. *Distichiasis* est Vitium palpebrarum, sive Διστιχίασις.
orbus in numero aucto pilorum alterutrius Palpe-
ræ, vel etiam utriusque, dum alius sub ordine natu-
li successit sive succrevit ordo Pilorum, partim à
opiâ succi nutritii, pilorum proprii, partim à structu-
Ciliorum tali, quæ dictum facilè ordinem crescen-
m admittat.

CCXVII. *Phalangosis*, est vitium Palpebræ supe- Φαλάγγω-
oris aut inferioris, in quo Cilia, uná cum pilis, na- σις.
uraliter aliâs se habentibus, introrsum versus tra-
untur, ut conspici nisi diductis palpebris nequeant.
)istinguitur à *Trichiasi*, quia in hac Cilium non in-
rorsum vertitur, atque duri & curvi quidem pili, se-
us ac in Phalangosi nascuntur, in quâ naturaliter
tiam constituti pili, introrsum cum Ciliis versi, Bul-
os pungere valent. Sed & à *Distichiasi* differt, in quâ
iuplex pilorum acies præternaturaliter gignitur, secus
c in *Phalangosi*.

CCXVIII. *Lithiasis Palpebrarum*, est Affectus Λιθίασις.
uando in exteriore illarum parte corpuscula
. tubercula quædam alba, & crassa, callis vel lapillis
imilia, aspera, & Bulbos nunc premendo nunc pun-
gendo molestantia gignuntur, succo nutritio vitioso,
argius ibi deposito, coagulato, & indurato adscri-
enda.

CCXIX. *Hippus*, est affectus Palpebrarum, quando Ἵππος.
hæ instabiles semper, continuè mobiles, & velut tre-
mulæ existunt, sive à nativitate, sive à morbo quo-
dam ita factæ.

CCXX. *Atrophia* est paulatina decretio, & consum- Ἀτροφία
tio Bulbi oculi, cum Visûs imminutione, tandemque
inte-

integrâ ablatione. *Causa* eſt conſtrictio & ſiccatio membranarum, & humorum. *& Siccatio.*

Ἐκπιεσμὸς. CCXXI. *Procidentia Oculi* eſt totius Bulbi oculi extra cavitatem vel orbitam ſuam prolapſus, à laxitate tendinum ac muſculorum, ipſiusque Oculi intumeſcentiâ oriundus.

Πρόπτωσις. CCXXII. *Procidentia Uveæ tunicæ*, eſt prolapſio hujus tunicæ ex ſuâ naturali ſede, per ruptam vel eroſam, adeoque apertam Corneam contingens.

Ῥῆξις. CCXXIII. *Rhixis*, eſt ruptura membranarum Oculi, ſive ab eroſione per humores acres, ſive à cauſâ quadam externâ vulnerante, oriunda, cum Humorum effuſione atque confuſione, & Viſûs ablatione juncta.

Χήμωσις. CCXXIV. *Chymoſis*, eſt Vitium Oculorum, in quo utraque palpebra ex Bulbi vehementi phlegmone diſtorquetur, ita ut vix Oculos operiant; atque inſuper inflam̃ata Sclerotica tunica, maximè rubens, ſublimior Corneâ exiſtit, aliquamque ejus, imò Pupillæ quoque portionem obtegit.

Πτερύγιον. CCXXV. *Unguis Oculi, Pterygium, Ungula*, eſt Morbus in numero aucto, Excreſcentia videlicet membranacea, duriuscula vel mollis, craſſa, obſcurè albicans in Unguis ſimilitudinem, ex angulo Oculi majore enata, atque ſenſim ſuper Tunicam conjunctivam progrediens, dumque Pupillam ſupergreditur, Viſionis ſenſum auferens. *Cauſa* eſt læſio vel excoriatio levis tunicæ in Cantho Oculi majore, unde nutricius ſuccus mox congelaſcens plus juſto exſudat, idque in formam pelliculæ, paulatim incrementum capientis, & ſeſe extendentis, concreſcit. Si verò tantùm mucoſo-viſcida materia ex angulis ſuper Oculi bulbum effuſa coagulatur, & ita ſpiſſa evadit, ut Pupillam planè obtegat, Viſum quoque intercipit, & *Pannus* à nonnullis vocatur. *Pannus.*

CCXXVI.

CCXXVI. *Puſtula oculi*, eſt Veſicula albi vel aquei Φλυκταίνη.
lloris, in Corneæ Tunicæ ſuperficie efflorefcens, at-
e ſeri ſalini craſſioris guttulæ extravaſatæ originem
bens. Puſtula talis aliquando varioloſa eſt, in Va-
olarum eruptione eo etiam loci naſcens. Aliâs fre-
enter eſt Ophthalmiæ pediſſequa.

CCXXVII. *Bothrion, Foſſula, Annulus Corneæ*, eſt Βόθριον.
cuſculum hujus oculorum tunicæ cavum, parvum,
guſtum, punctuis rotundis ſimile; atque à ſero
ino acri erodente natum. Hoc ſi latius fuerit, mi-
s tamen profundum, *Cavitas*, Κοίλωμα vocatur. Κοίλωμα.

CCXXVIII. *Argema, Argemon*, eſt Ulcuſculum Ἄργεμον.
orneæ tunicæ in Iridis circulo natum, & undiquaque
um ambiens, ſic ut circa exteriorem ejus partem ru-
cundum, circa interiorem verò album appareat.
uod ſi hoc Ulcuſculum Corneæ tunicam planè tran-
t, adeoque profundius evaſit, tum Uvea tunica per
ius foramen aliquando elabitur, quo vitio afflictos
alenus vocavit Ἐπαργέμους.

CCXXIX. *Epicauma*, eſt Ulcuſculum ſordidum, Ἐπίκαυμα.
purum, cruſtoſum, velut igne factum, in Oculi ni-
o à ſalſo corroſivo ſero productum. Occaſionem
pè præbet Febris continua, præprimis varioloſa, ali-
e exanthematica. In Oculi nigro profundum
andoque evadit hoc Ulcus, ac ferè ſemper in ipſius
terſione major Tunicarum eroſio contingit, ut hu-
ores paulatim diffluant, atque totus tandem Ocu-
effundatur.

CCXXX. *Achlys*, eſt leve & ſuperficiarium in Ocu- Ἀχλύς.
igro apparens vel enatum Ulcuſculum, cœruleum,
i caliginoſo ſimile, & nigri Pupillæ maximam par-
n non ſine viſûs obſcuratione occupans. Unde *Ca-*
io quoque appellatur.

CCXXXI. *Nubecula, Albugo*, eſt velut alba Cica- Νεφέλη.
x tenuior, ſuperficiarium in nigro Oculi natum Ul-
ſculum ſequens.

CCXXXII.

Ὑπόπυον, πύωσις. CCXXXII. *Hypopyon, Pyoſis,* eſt puris aliquantilli retro Corneam oculi tunicam in nigro juxta Iridem collectio, Ungui humani digiti ſimilis, ac Inflammationem vel Abſceſſum ſubſequens.

Λεύκωμα. CCXXXIII. *Albugo,* eſt vitium Corneæ Oculorum Tunicæ, quando macula quædam alba in eadem, ex condenſatione humoris impacti pituitoſi; vel ex cicatriſatione Vulnuſculi, aut Ulcuſculi naſcitur, atque ſi Pupillam plus minus obtexerit, Viſum magis vel minus intercipit.

Καρκίνωμα. CCXXXIV. *Fungus* Oculi cancroſus, *Carcinoma* Oculi, eſt Tumor durus, paulatim ex allabente copioſiore plus minus ſucco nutritio, acri, corroſivo natus, atque immenſum continuè dolorem, ruborem, punctoriumque cruciatum, ad Tempora uſque ſeſe extendentem, ſuſcitans. Fungus hic aliquando ad magnitudinem Ovi anſerimi increſcit.

Μυοκέφαλον CCXXXV. *Myocephalon* eſt ſpecies Procidentiæ Uveæ, exigua adhuc, & Muſcæ capiti ſimilis, in nigro Oculi per exulcerationem facta. Ubi quod ex Uveâ prolapſum eſt, nigrum aut cœruleum apparet; in circuitu autem circa fundum ejus portionis, quæ procidit, labia eroſæ ruptæque Corneæ alba videntur, præprimis ſi indurata Callum contraxerint.

Σταφύλωμα CCXXXVI. *Staphyloma, Uvatio,* eſt ſpecies Procidentiæ Uveæ major, quando hæc per foramen ruptæ Corneæ eâ magnitudine elabitur, ut acinum Uvæ repræſentet, Bulbo oculi imminentem ſine dolore, nigricantem, vel cœruleum.

Μῆλον, CCXXXVII. *Mylon,* eſt ſpecies Procidentiæ Uveæ maxima, quando eadem extra Palpebras eminet. Nonnulli *Clavalem ruptionem* appellant.

Ἧλος, *Clavus.* CCXXXVIII. *Clavus Oculi,* eſt Tuberculum calloſum in albo illius è Succo nutritio uberius exſudante genitum, à figuræ ſimilitudine ita dictum. Occa-

ſionem

nem præbet ipsa aliquando Procidentia Uveæ,
ando Cicatrice obductâ induruit, & occalluit.

CCXXXIX. *Sugillatio Oculi*, est vitium tunicæ ulorum adnatæ, quando ab accepto quodam ictu contusione sanguis intra vascula capillaria subit, coacervatur & stagnat, sicque ruborem, inlentem hactenus, producit. Ὑπόσφα-γμα.

CCXL. *Symptomata Aurium* sunt primò *Otalgia*, Ὠταλγία. æ est Aurium dolor in genere, ab Inflammatione, vel sceſſu, vel Ulcere, vel Vermibus aut aliâ quadam usâ excitatus.

CCXLI. *Cophosis*, *Surditas*, est Symptoma Audi- Κώφωσις. plane aboliti, quando Æger prorsus nihil audit, vel llum omninò sonum percipit. *Causa* est obstructio atûs auditorii, ruptura Tympani, & multiplex a.

CCXLII. *Barycoja*, *Dysycoja*, *Hypocophosis*, Βαρυηκοΐα, *auditio*, est Symptoma Auditûs imminuti, quo Δυσηκοΐα. mines difficulter plus minus, nec nisi graviores os, & Sermones altâ demum voce prolatos audire percipere possunt.

CCXLIII. *Tinnitus*, *Sibilus*, *Sonitus Aurium*, est Συριγμὸς. mptoma Auditûs depravati, quando Homines eternaturalem quendam sonum suis in Auribus rcipiunt, plus minus diu durantem ac molestum, formâ nunc Tintinnabuli sonantis, nunc strepitûs uarum fluentium, nunc sibilûs cujusdam aliûs. *usa* est humoris, in tubulis Aurium collecti & stagntis, particularum intestina quædam commotio, vos auditorios tremente motu agitans.

CCXLIV. *Vermiculares Aures*, sunt Ulcuscula Ὦτα σκωλη- rium sordida, è quibus non secus quàm è pu- κῶντα. scente quodam cadavere Vermiculi prodeunt, ex ulis inibi depositis, vivificatisque provenientes.

CCXLV. *Parotis* est Inflammatio Glandulæ juxta Παρωτίς. Aures

Aures positæ, subinde in Abscessum & Ulcus abi en. à stagnatione & suppuratione sanguinis oriundum.

Φῆρεα. CCXLVI. *Pherea*, sunt oblongæ glandularum circa Aures sitarum, intumescentiæ vel prominentiæ, ab infarctu tubulorum lymphaticorum productæ

Κυψέλη. CCXLVII. *Cerumen nimium*, seu *Sordes Aurium* sunt excrementitius humor copiosè admodum in Aurium cavitatem depositus, inibique stagnando in crassam, etiam quandoque duriusculam materiam concretus, subflavus, amarus, atque Tympani membranam obducendo Auditum gravem reddens, vel planè auferens. *Marmoratam* etiam nonnulli vocant.

Ὄζαινα. CCXLVIII. Inter vitia Narium occurrit primùm *Ozæna*, quæ est Ulcus profundum in Naribus ab humore acri salino, corrosivo productum, putridam atque graveolentem, fœtidam saniem, unde halitus emanat fœtidissimus, fundens.

Πολύπους. CCXLIX. *Polypus*, est Excrescentia carnea, mollis, coloris varii, Polypodis, illius animalis marini exanguis & mollis, carni quoad substantiam similis, laxa, in Naribus è sanguine ac pituitosis humoribus, coagulatis genita; interdum versus Palatum, interdum extrorsum vergens, pluribus appendicibus adhærens.

Σάρκωμα. CCL. *Sarcoma*, est Carnis præternaturalis in Naribus generatio, vel Excrescentia rubicunda, quæ suppurata Ozænam parit. Differt à Polypo non nisi formâ, dum hic plures habet pedes, tenuibus radicibus pendentes, Sarcoma verò unicâ tantùm radice gaudet, si quidem habet, eaque plus minus latâ, ac præterea rubrum est instar Hepatis, dum Polypus subinde alium colorem habet.

Κόρυζα. CCLI. *Gravedo*, *Coryza*, est Catarrhus sive defluxio copiosi seri fluidi, mucosi, salino acris, per tunicam Narium mucoso-glandulosam facta.

CCLII.

CCLII. *Olfactus* seu *Odoratus abolitus* est, quan- Homo rerum etiam qualemcunque odorem non rcipit. *Imminutus* verò dicitur, quando debiliter us minus eosdem sentit. *Depravatus* tandem, quan- odorem rerum aliter, quàm in naturâ est, perci- ; suavem pro fœtido, aut hunc pro illo æsti- ins. *Causa* est organi olfactorii obstructio, obli- tio, Narium occlusio &c. *Olfactûs Symptomata*

CCLIII. *Narium Hæmorrhagia* est præternaturale copiosum sanguinis è Naribus profluvium, à Venâ alicunque, vel Arteriolis etiam capillaribus intra ares apertis oriundum. Αἱμοῤῥαγία.

CCLIV. *Fætor Narium*, est halitûs per Nares uissi major vel minor graveolentia, à Muco diu- s stagnante & putrido; vel ab Ulcere & Ozænâ; ab Ossiculis cariosis proveniens. *Fœtor Narium.*

CCLV. *Nasi cancer exedens*, est Narium, totius- e tandem Nasi paulatina consumtio & exesio, humore acri corrodente, septico, è Sanguinis ssâ corruptâ jugiter affluente proveniens. *Narium Carcinoma.*

CCLVI. Symptomata ac Vitia Faciei sunt *Len- o, Lenticula*, Maculæ illæ cutaneæ, inprimis Faciei, ntes colore & magnitudine referentes, minimè llentes, à particulis acido-sulphureis, fuliginosis, cuticulâ subsistentibus, atque coagulatis ori- dæ. Φακός.

CCLVII. Ephelis est aspredo & nigrities in Facie ardore solis pronata; quando æstus Aëris sudo- n elicit, cumque hoc dein Pulvis ex aëre per- scetur, atque cuticulæ inhærescendo siccatur. Ἐφηλίς.

CCLVIII. Gutta rosacea, est præternatulis rubedo ciei, Genarum præcipuè & Nasi, sæpius cum tu- rculis eminentibus duriusculis, aliquando & pu- lis ad suppurationem tendentibus, atque prurien- bus conjuncta. *Causa* est Sanguis chylo salso, *Gutta rosacea.*

N serofo

ſeroſo ſulphureo, craſſo inquinatus, atque in Glandulis tubulisve faciei cutaneis obhærens, cumulatus & ſtagnans.

Ἴονθος. CCLIX. *Varus, Jonthus*, Tuberculum eſt multiplex, duriuſculum, inflammatorium, exiguum, ex ſanguine nonnihil craſſo, ſalſo, ſulphureo, viſcido ſparſim in paucioribus, vel pluribus Glandulis ſubcutaneis Faciei Juvenum maximè plethoricorum collecto, ſtagnante, & plerunque ſuppurante oriri atque conſpici ſolitum. Germani appellant die Finnen des Angesichts.

Ὀδονταλγία. CCLX. *Dolor Dentium*, eſt ſymptoma Senſûs Tactûs aucti vel depravati, ſive triſtis ſenſatio fibrillarum nervoſarum in radicibus, cavernulisque Dentium, excitata à ſolutione continui per acidum humorem ſeroſum reſolutum, atque fluorem paſſum.

Ὀδοντίασις, Ὀδοντοφυΐα. CCLXI. *Dentitio*, eſt Dentium jam factorum, ſive concretorum plus minus difficilis ac doloroſa eruptio extra Gingivam & alveolos Maxillæ; plerunque cum Gingivæ tumore.

Ὀδαξισμός. CCLXII. *Odaxiſmus*, eſt tumor & pruritus plus minus dolens Gingivarum, ante Dentium eruptionem plerunque contingens, atque ſolutioni continuitatis violentæ & urgenti in Gingivarum carne originem trahens.

Αἱμωδία. CCLXIII. *Hæmodia*, eſt Dentium Stupor, ab aciditate auſterâ cibi vel potûs alicujus, cum moleſtiæ dolorisve adſtringentis qualicunque ſenſu productus, ita ut alios tum cibos ſine doloris incommoditate majore comminuere & maſticare Homo nequeat.

Παρουλίς. CCLXIV. *Parulis*, eſt tumor inflammatorius dolens & rubens, portionis alicujus Gingivarum juxta dentes, qui ſi diſcuti nequeat, ſuppurando in Abſceſſum abit, hincq; ruptus pus exhibet plus minus ſincerum.

cerum. *Causa* est sanguinis crassioris intra tubu- Gingivarum stagnatio.

CCLXV. *Epulis*, est Tuberculum s. Excrescen- carnis, à phlegmone in Gingivis juxta intimos ntes molares progenita, ita ut Æger interdum Os rire eapropter nequeat. *Causa* est succus Gin- arum nutritius per solutam in Phlegmone conti- tatem luxurians, atque in superficie inspissatus & ncretus. *Ἐπουλίς.*

CCLXVI. *Dentium nigredo*, est naturalis albi co- is Dentium in flavum aut nigrum mutatio, facta lino acido & viscoso humore. *Dentium Nigredo.*

CCLXVII. *Dentium vacillatio s. mobilitas*, est vi- m Dentium, quando in suis alveolis non am- us firmiter hærent, sed mobiles redditi vacil- t, ita ut interdum sine labore aut dolore eximi extrahi possint. *Vacillatio.*

CCLXVIII. *Dentium Caries*, est substantiæ dentium eæ paulatina erosio, corruptio, adeoque continui- s solutio, facta à sale quodam acido corrosivo, e extus à Cibis applicato, sive intus ex sanguine radices dentium deposito. *Caries.*

CCLXIX. *Dentium Sordes* ac *Tophi*, *Lithodonton*, *is dentalis*, est materia quædam crassa, viscida orum, Dentibus talium Hominum, qui nullam um curam in mundificando & detergendo ha- t, adhærescens, atque sensim indurescendo in itiem tophaceam conversa. *Sordes & Tophi.*

CCLXX. *Dentium prominentia* vel *excrescentia*, ium est, in quo Dens unus aut alter præternatu- ter elongatur, & excrescit cum Hominis incom- do. *Causa* est succus nutritius osseus majori quan- te exsudans atque indurescens. *Excrescentia.*

CCLXXI. *Dentium Vermiculi*, sunt animalcula entia ex ovulis Insectorum, in foramina den- *Vermiculi.*

 tium

tium carioſorum depoſitis genita, hincque radic[illegible] eorum nerveas cum notabili ſæpius cruciatu mo[illegible] dentia & pungentia.

Βάτραχος. CCLXXII. *Ranula*, *Rana*, eſt Tumor phlegmo[illegible] nodes ſ. Apoſtema folliculoſum, materiam muc[illegible] vel Meliceridi ſimilem continens, oblongum, au[illegible] rotundum ad Linguæ frenulum, & venas, propte[illegible] rea raninas dictas, ex affluente materiâ ſanguinea[illegible] pituitosâ viſcidâ genitum, aliquando & in topha[illegible] ceam ſ. lapideam duritiem concreſcens, cum aliqua[illegible] li ſermonis impedimento.

Ἄφθαι. CCLXXIII. *Aphthæ*, ſunt Ulcuſcula veſiculoſa, ſu[illegible] perficiem internam, partesque oris infeſtantia, pru[illegible] rienria, cumque moleſto ardentis doloris ſenſu con[illegible] juncta; atque nunc à ſero ſanguinis, vel ſalivâ ſalino[illegible] ichorosâ acriori, nunc à lacte Nutricis, ſimile vi[illegible] tium habente, producta, majore vel minore nu- mero occurrentia, alba utplurimum, ſubinde rubi- cundo, flaveſcente, vel lucido-nigricante colore tincta, aliquando etiam ſerpentia vel depaſcentia.

Παρίσθμια. CCLXXIV. *Pariſthmia*, ſunt Tumores vel inflam- matorii, vel pituitoſi *Amygdalarum* ſive *Tonſillarum*, quæ Glandulæ ſunt in Iſthmo Faucium ſitæ, ori- undi nunc à ſanguine craſſo in tubulis earum col- lecto & ſtagnante; nunc à muco ibidem viſcido cu- mulato geniti, & deglutitionem plus minus graviter moleſtantes. Quando inflamatæ ſunt iſtæ Glandulæ, *Antiades* nominantur, ac ſæpè in *Apoſtemata* mutan- tur, ſ. *Abſceſſus Tonſillarum*, quorum materia ſenſim in pus converſa, intolerabilem fœtorem, ſi rumpan- tur, exhalat.

Ἀντιάδες.

Tonſillarum apoſtemata.

Fœtor oris. CCLXXV. *Fœtor Oris*, eſt vitium, quo homines af- fecti halitum graveolentem, atque Adſtantes into- lerabili ſubinde moleſtiâ offendentem, continuè ef- flant ſive exſpirant. *Cauſa* multiplex eſt, nunc

Dentium

ntium Caries, nunc ſordidum Ulcus Pulmonis, ıc Gingivarum ſcorbutica corruptio, nunc Aphrum eruptio, nunc vapores è Stomacho per Guaſcendentes rancidi, tetri, putridi.

CCLXXVI. *Gargareonis*, vel *Gurgulionis*, *Uvæ*, *ılæ*, *Columellæ* affectiones, ſunt modò *Inflamma-* à ſanguine craſſo ſtagnante; modò *Relaxatio*, à ıitâ copiosâ ibidem collectâ & ſupernâ quando- parte eam tenuem relinquente, infernâ autem ſſiorem, interdum ſimul lividam efficiente, ducta; modò *Eroſio*, *Exeſio*, à corrodente ſalino nore proveniens. Σταφυλή.

CCLXXVII. *Angina*, Συνάγχη vel Κυνάγχη, eſt Inımatio nunc Tunicæ Faucium, nunc Muſculoı laryngæorum & pharyngæorum, à ſanguine ſſo, acri, tubulos obſtruente, atque Reſpiratioı, non minus quàm Deglutitionem plus minus viter offendente, originem ducens. *Angina.*

CCLXXVIII. *Ancyloglossum*, eſt Vitium Linguæ, ıc congenitum Ligamentis inferioribus, quæ guam vinciunt, duriuſculis, & brevioribus à urâ productis; nunc adquiſitum & accidentaım, ex Ulcere ſub Linguâ, quando duriorem poſt cicatricem relinquit. Ἀγκυλόγλωσσον.

CCLXXIX. Inter affectus Thoracis præter ſupra gatos occurrunt adhuc *Pleuritis*, quæ eſt dolor ıris pungitivus, cum Siti, Anorexiâ, Febri acutâ, ſpnœâ & Tuſſi, ab Inflammatione membranæ ıræ oriundus. Hæc *vera* eſt, diſtincta à Pleuritide hâ ſive *ſpuriâ*, quæ dolor quoque eſt pungitivus teris, ſed abſque Febri, Tuſſi & Siti, oriundus à mphæ ſtagnatione, vel extravaſatione in Muſcuım pectoralium qualiumcunque interſtitiis, ſine lammatione. Πλευρῖτις. *Vera.* *Notha.*

CCLXXX. *Peripneumonia*, eſt Dolor lateris vel Περιπνευμονία.

pectoris pungitivus, cum Tuſſi, Anorexiâ, Dyſpnœâ, Siti &c. ortum ducens ab Inflammatione Pulmonis.

Πλευροπεριπνευμονία. CCLXXXI. *Pleuro-Peripneumonia*, eſt Inflammatio Pulmonis & Pleuræ ſimul, cum Febri continuâ acutâ, difficili Anhelitu, Anxietate, Siti &c. affligens.

Αἱμοπτόη. CCLXXXII. *Hæmoptoë, Hæmoptyſis*, eſt ſanguinis floridi, ſinceri, ſpumoſi, è pulmonibus excreatio per Tuſſim; orta à vaſorum pneumonico-ſanguivehorum qualicunque apertione.

Ἐμπύημα. CCLXXXIII. *Empyema*, eſt Puris plus minus copioſi è rupto Pulmonis vel Pleuræ Abſceſſu in cavitatem Thoracis effuſio, cum Febri lentâ, & emaciatione conjuncta.

Φθίσις. CCLXXXIV. *Phthiſis, Tabes pulmonalis*, eſt conſumtio paulatina totius corporis, originem ducens ab Exulceratione, vel Scirrhoſitate Pulmonis.

Σπαργάνωσις. CCLXXXV. *Sparganoſis*, eſt malum Puerperarum vel Nutricum, in quo propter lactis redundantiam Mammæ tumefactæ ita diſtenduntur, ut copiam iſtam vix ferre queant.

Θρόμβωσις. CCLXXXVI. *Thromboſis* eſt Lactis plus minus copioſi in Mammis coagulatio, ab occulto quodam ſale acido producta.

Καῦμα. CCLXXXVII. *Ardor Ventriculi* ſ. *Soda* eſt ſenſus valde moleſtus Gulæ, Faucium & Ventriculi, cum æſtu, vel urente calore ex Oeſophago ad Fauces aſcendente. *Cauſa* eſt vitioſum in ſtomacho acidum cum aſſumtis moleſtè efferveſcens.

Ἕλμινθες. *Lumbrici.* CCLXXXVIII. *Vermes Inteſtinorum* ſ. *Lumbrici* ſunt Animalcula viva ſuis ex ovulis in canali Inteſtinorum genita. Eorum alii ſunt *teretes*, rotundi, longi, palmares, qui in Inteſtinis conſiſtunt gracilibus, Ventriculum ſubeunt, & per Os nonnunquam

Teretes.

quam

...m excernuntur. Alii ſunt *lati*, ταινίαι, *Faſciæ*, qui *Lati.*
...ucurbitini vocantur, ob figuræ cum ſemine
...urbitæ ſimilitudinem; ſed longi ſunt, lati, per
...egrum tractum Inteſtinorum extenſi, eorumque
...ribus arctè cohærent, Adultis magis, quàm Pue-
...amiliares; atque per partes quandoque excernun-
... & velut catenatim ſibi invicem cohæreſcere
...entur. Alii denique ſunt exigui, teretes, acuum
...gitudine, *Aſcarides* dicti, qui numeroſiſſimè, in Ἀσκαρίδες.
...o Inteſtino gignuntur, & copioſè interdum ſimul
...ernuntur, Infantibus & Pueris familiares.

...CLXXXIX. *Rhagades*, *Fiſſuræ*, ſunt Ulcuſcula Ῥαγάδες.
...onga, quibus cutis Ani eſt proſciſſa, non ſecus at-
... Labiorum ſubinde & Manuum. *Cauſa* eſt hu-
...r ſeroſo-ſalſo-acris, & lentus in illas oras ex ſan-
...ne depoſitus.

...CXC. *Condyloma*, eſt Excreſcentia calloſo-car- Κονδύλωμα.
...a in Cute circa Anum, à ſucco copioſo nutritio
...udante genita.

...CXCI. *Mariſca*, *Ficus*, eſt Tuberculum Ani ro- Σῦκον.
...dum, ulceroſum, duriuſculum, rubicundum,
...olorificum, à ſucco acri, ſalſo-pituitoſo in glan-
... â unâ vel alteriâ circa Alvum ſubſiſtente & coa-
...ato producta.

...CXCII. *Hæmorrhoides cœcæ*, ſunt Tumores Ve- *Hæmorrhoides cœcæ.*
...um in Ano vel circa Anum, rubentes aut livi-
... ſanguine craſſo repleti, plus minus ardentes,
... dolore gravativo moleſti, non fluentes, ſubinde
...flammationem & Abſceſſum poſt ſe trahentes, at-
...e in Ulcus terminantes.

...CCXCIII. *Hæmorrhoides fluentes*, vel *Fluxus hæ-* *Fluentes.*
...rrhoidalis, eſt copioſum ac præternaturale ſangui-
... è Venis hæmorrhoidalibus ſive internis, ſive
...ernis, profluvium ab acrimoniâ ſalsâ-ſcorbu-
...â, ſanguinem inquinante dependens.

Fistula Ani. CCXCIV. *Fistula Ani*, est Ulcus sinuosum ex Abscessu Ani natum, & cuniculos in Musculos glutæos agens.

Ἡπατῖτις. CCXCV. *Hepatitis*, est Inflammatio Hepatis à Sanguinis in vasculis hepaticis obstructis stagnantis collectione oriunda, dolore & ardore molesta.

Scirrhus Hepatis. CCXCVI. *Scirrhus Hepatis*, est Tumor Hepatis durus, atque indolens, cum paulatinâ totius corporis, lentave consumtione juncta, atque à Glandulārum infarctu per humorem pituitosum producta.

Ὕδρωψ. CCXCVII. *Hydrops*, *Aqua intercutis*, est seri crassi vel in toto corpore, vel in unâ tantùm aut alterâ ejus parte stagnantis, nonnunquam extravasati collectio, & Tumorem excitans. Hinc vel *universalis* est totius corporis, vel *particularis*, unius tantùm vel alterius ejus partis. *Universalis* dividitur 1. In *Ascitem*, s. Hydropem utricularem, qui est Tumor Abdominis simul & Crurum atque Pedum, aliquando & Scroti, cum variis gravibus symptomatibus, ab extravasatione & collectione humoris serosi in cavitate Abdominis, vasisque lymphaticis ubique productus. 2. In *Anasarcam*, quæ est Tumor oedematosus per universum corpus à capite ad calcem, à Lymphâ crassâ ubivis in Vasculis stagnante oriundus, adeo ut instar spongiarum aut papyri universa caro vel cutis permadida, mollis & laxa sit. Hæc propriissimè *Aqua intercus*, i. e. inter cutem dici meretur, quoniam revera magis in Cute totius corporis, quàm in partibus interioribus hæret. Vocant quoque *Leucophlegmatiam*, *Catasarcam*, *Hyposarcidium*, & *Episarcidium*. 3. In *Tympanitem*, *Hydropem siccum*, qui est Tumor Abdominis tympani instar valdè tensus ac durus, renitens, interdum maximè dolens, pulsatione sonitum edens, à partium atque viscerum membranacearum

Margin notes: Ἀσκίτης. Ἀνασάρκα. Τυμπανίτης.

rum inflatione ortus propter ſpiritus animales ſticos in fibras nimiâ quantitate adactos. Hy- *Hydrops particularis.* ropes *particulares* dantur etiam variæ, quemadmo- m ſunt *Hydrops pectoris*, ubi Aquæ in cavitate *Pectoris.* oracis ſunt cumulatæ à rupturâ vaſorum lympha- orum: *Hydrops Uteri*, quando eædem Uteri ca- *Uteri.* citatem implent: *Hydrops Ovarii muliebris*, Tu- *Ovarii.* or Ovarii oedematoſus, quando extravaſatum ſe- m illud ſenſim implet & expandit.

CCXCVIII. *Nephralgia*, eſt dolor Renum à qua- Νεφραλγία. nque demum cauſâ originem trahens. *Nephritis* Νεφρῖτις. tem eſt dolor Renum ab Inflam̃atione productus. *thiaſis*, eſt dolor Renum à Calculis vel arenulis & ſa- Λιθίασις. lo fibras lancinante, pungente originem trahens.

CCXCIX. *Splenitis* eſt Tumor atque dolor Lienis Σπληνῖτις. Inflammatione oriundus.

CCC. *Scirrhus Lienis* eſt Tumor ejus indolens, *Scirrhus lienis* rus, à pituitâ viſcidâ, craſſâ, minus acri tubulos enis infarciente ac indurato originem ducens.

CCCI. *Phimoſis*, eſt vitium genitalium in Viris, Φίμωσις. ando Glans in horum Cole cutis ſ. præputii involu- o tecta eſt, ut nudari nequeat, propter intumeſ- ntiam plus minus inflammatoriam Præputii.

CCCII. *Paraphimoſis*, eſt vitium Colis ſive Penis, Παραφίμωσις. ando præputium ejus ob fibrarum contractionem t ſiccationem ita retrahitur, ut Glandem porrò tegere haud poſſit.

CCCIII. *Tentigo*, *Priapiſmus*, eſt membri virilis Πριαπισμός. ectio præternaturalis, ſive extenſio in longitudi- m & rotunditatem, ſtabilis, cum dolore tenſivo binde conjuncta, citra rei venereæ appetentiam t ſtimulum; à flatuoſo ſpiritu membri ſubſtan- m cavernoſam fortius implente producta. Non- lli *Satyriaſin* vel *Satyriaſmum* quoque vocant, quan- Σατυρίασις. am hoc nomine illa forſan Tentigo melius venit,

N 5 quæ

quæ eſt ſine dolore tenſivo, ſed potius cum inſatiabili coëundi deſiderio, ab acrimoniâ copioſi ſpumoſi Seminis oriunda.

Κήλη. CCCIV. *Hernia*, *Ramex*, *Ruptura*, *Crepatura*, eſt Tumor præternaturalis Umbilici, Inguinum, aut Scroti, oriundus ex rupturâ vel relaxatione Peritonæi, & ſubſtantiam quandam corpoream, v. gr. Inteſtina, Omentum, Flatus, Carnem, Aquam vel Serum, aliamve in ſe materiam continens. Hinc ſpecies habemus Herniæ diverſas, quemadmodum

Bubonocele. *Bubonocele*, Ramex inguinalis, quando duplicatura Peritonæi leviter tantùm laxatur, atque portionem vel Omenti, vel Inteſtini cujuſdam in ſeſe recipit, & fovet.

Enterocele. *Enterocele*, Ramex inteſtinalis, quando Peritonæo magis relaxato vel rupto pars Inteſtini in Scrotum delabitur.

Omphalocele *Omphalocele*, *Hernia umbilicalis*, quando Peritonæum ponè Umbilicum relaxatum aut ruptum, in ſe admittit vel Omenti, vel Inteſtinorum portionem.

Ὑδροκήλη. *Hydrocele*, *Hernia* vel *Ramex aquoſus*, quando ſeroſus ſive aquoſus humor intra membranas Scroti plus minus copioſè eſt collectus, atque illud hinc tumidum reddit.

Σαρκοκήλη. *Sarcocele*, *Hernia carnoſa*, *Ramex carnoſus*, quando intra tunicas vel Scroti vel Teſtium ſuccus nutritius plus juſto allatus in ſubſtantiam duram, carneam, ac reſiſtentem convertitur.

Πνευματοκήλη. *Pneumatocele*, *Ramex ventoſus*, *Hernia ventoſa*, eſt Tumor Scroti tenſivus, ad tactum renitens, atque à flatibus inter membranas collectis productus.

Ἐπιπλοκήλη *Epiplocele*, *Hernia omentalis*, *Tumor Inguinis* aut *Scroti*, ab Omento in laxatam Peritonæi duplicaturam elapſo proveniens.

Entero-Epiplocele. *Entero-Epiplocele*, quando cum Inteſtinis ſimul Epiploon delabitur.

Κιρσοκήλη. *Cirſocele*, *Ramex varicoſus*, Tumor funiculi vaſorum ſpermaticorum, ortum ducens à varicosâ ſpermaticarum Venarum expanſione, plus minus

inus dolorosâ, atque interdum inflammatoriâ.
cheocele, *Hernia Scroti*, Tumor à delapſo Inteſtino Ὀσχεοκήλη.
l Omento productus.

CCCV. *Mola Uteri*, eſt Excreſcentia quædam ſi- Μύλη.
Maſſa carnoſo-fibroſa, informis & inutilis; in
tero ex vitiosâ conceptione & fœcundatione geni-
Cauſa eſt vel Ovulum mulieris vitioſum, vel acti-
tas Seminis maſculini deficiens.

CCCVI. *Cancer Uteri* eſt Tumor ſubſtantiæ uteri- *Uteri Cancer.*
valde ardens ac dolens, ab acri, corroſivo ſero, fi-
as Matricis vaſculorum & membranarum primò
idem lancinante, criſpante, conſtringente, deinceps
rò etiam pungente, erodente, exulcerante, produ-
us, unde humor tandem ichoroſus, lividus, acerri-
us, inſtar Aquæ ſtygiæ profluit.

CCCVII. *Uteri Scirrhus*, eſt Tumor durus, indo- *Scirrhus.*
ns, ab humore pituitoſo dulci, ſubſtantiam Uteri
farciente, diſtendente, ac in Tumorem attollente
nitus.

CCCVIII. *Uteri inflatio*, eſt Tumor ejus à fla- *Inflatio.*
bus collectis, & plus minus validè diſtendentibus
oductus; ſubinde Puerperis recentibus contin-
ns.

CCCIX. *Arthritis* generaliter eſt quilibet Arti-
lorum dolor, à Lymphâ craſſâ & glutinosâ, ipſas *Arthritis.*
ticulorum glandulas infarciente, hincque tendi-
s circumjacentes plus minus dolorificè expan-
nte originem trahens. Dividi hinc ſolet in *fixam*,
æ diu in aliquo Articulo, per unam alteram- *Fixa.*
hebdomadam durat; atque in Pedibus quidem
dagra, in Manibus verò *Chiragra*, in Genubus
ndem *Gonagra* appellari meruit: cui Arthritidi
æ ſi quis ſemel fuit obnoxius redditus, deinceps
r totam vitam cum eâ incertis periodis conflictan-
m habet: & *vagam*, quæ ab uno articulo ad alium *Vaga.*
cito

citò vagatur, & sæpius non ultra 30. horas in uno durat, atque à sanguine seroso viscido in Glandulis Articulorum stagnante oritur.

Dolor ischiadicus. CCCX. *Dolor Ischiadicus*, *Sciatica*, *Coxæ*, vel *Coxendicis dolor*, est species Arthritidis non nisi in Articulo ossis Coxendicis vel Ischii graviter atque diu Hominem affligens. *Causa* est Lympha salino-acris viscida in Articulum deposita.

Lumbago. CCCXI. *Lumbago*, est Articulorum lumbarium plus minus acerbus, & continuus ferè dolor, à Lymphâ salino-acri viscidâ & mucosâ, tendines expandente oriundus.

Rheumatismus. CCCXII. *Rheumatismus*, *Affectus rheumaticus*, est Dolor partium musculosarum, Membranarum, Glandularum, subinde & Periostiorum, cum vel sine Febri continuâ leni, atque impotentiâ partem, absque doloris augmento, movendi affligens, à Lymphæ crassioris & spirituoso-flatulentæ, inter membranas depositâ, originem trahens.

Luxatio. CCCXIII. *Luxatio*, est Morbus compositionis f. in situ, quo Articuli Ossium ex suâ sede naturali emoventur vel excidunt, cum motûs aut flexionis impotentiâ. *Causa* plerunque est externa violenta, rarius interna sive humor serosus, viscidus, Ossium juncturas dissolvens.

Fractura. CCCXIV. *Fractura*, est Morbus unitatis Ossium, vel Cartilaginum duriorum solutæ, à violentâ qualicunque causâ externâ originem ducens. Species admittit varias.

Caries. CCCXV. *Caries*, *Cancer Ossium*, est morbus solutæ continuitatis in substantiâ Ossium, ab acri corrosivo humore ortus.

Exostosis. CCCXVI. *Exostosis*, *Exossatio*, est substantiæ Ossium excrescentia, vel extuberatio, ab effluente copiosiore succo nutritio nata.

CCCXVII.

CCCXVII. *Inflammatio, Phlegmone*, eſt Tumor ubens, cum ardente & pulſante dolore junctus in arte molli, à ſtagnatione ſanguinis viſcidi & acris n obſtructis vaſculis ſanguivehis ortum trahens. *Inflam̃atio.*

CCCXVIII. *Eryſipelas*, eſt Tumor minor quàm n Phlegmone partis alicujus, cum ſplendente ruore & urente admodum dolore, plerunque ſimul ebri ephemerâ junctus, interdum & puſtulis feroſis lbicantibus Hominem affligens, à Lymphâ craſſâ alſo-acri, & ſanguine in vaſculis capillaribus ſtagante proveniens. *Eryſipelas.*

CCCXIX. *Herpes*, eſt Tumor eryſipilaceus, puſtuloſo-ulceroſus, ab humore lymphatico, ichoroſo, el lixivioſo acri ſanguinis, in habitum corporis ſive utim depoſito, ſubſiſtente, corrodente, vel exulcerante, puſtulas elevante, nonnunquam ulterius depaſente oriundus. Unde duplex notatur hic Affectus, *Miliaris* & *Eſthiomenos*, quorum ille *Cenchrias* aliàs ictus, benignioris eſt indolis, ab humore minus acri, x exiguas puſtulas Milio ſimiles per ſummam Cutim xcitante oritur: hic verò *Eſthiomenos* ſ. *Herpes exedens, depaſcens, in vicina ſerpens*, pro ſui cauſâ agnoſcit ſeum acre, ſalſo-corroſivum, quaſi arſenicale, ſolidam utis, imò ſubjacentium muſculorum ſubſtantiam nollem, tandemque niſi curetur, etiam dura oſſa eroens, corrumpens; quomodo etiam *Lupus exeens, Ulcus depaſcens, Zona ſerpens* vel *Zoſter* vocatur. *Herpes.*

CCCXX. *Carbunculus, Anthrax*, eſt Tumor inlammatorius, ab humore ſanguineo acri, partem, in uâ colligitur, depaſcente, ſiderante, adurente, vel nortificante, adeoque nigram reddente, oriundus. Vocant quoque *Ignem Perſicum*. *Anthrax.*

CCCXXI. *Oedema*, eſt Tumor mollis, laxus, inolens, pallidus, ab humore feroſo-pituitoſo in parem aliquam fluente, ibidemque ſtagnante originem ucens.

Scirrhus. CCCXXII. *Scirrhus*, eſt Tumor durus, indolens, cuti concolor, in partibus maximè glandulоſis ab humore lento, pituitoſo-viſcido, accumulato, & indurato proveniens.

Cancer. CCCXXIII. *Cancer, Carcinoma*, eſt Tumor durus, inæqualis, liveſcens, venis tumentibus cœruleis, expanſis, interſtinctus, aſpectu horridus, & perpetuo ferè, plus minus acerbo dolore affligens. *Manifeſtus*; ſi in parte quadam externâ videndus occurrat, hicque *clauſus* adhuc, quando nondum exulceratus eſt, neque ſaniem fundit; vel *apertus*, exulceratus, ſerpens, labiis mollibus, craſſis circumcirca, livido rubicundis, facilè cruentantibus, donatus, & ichorem tenuem, acrem, corroſivum, quandoque ſanguinolentum fundens.

Elephantiaſis. CCCXXIV. *Elephantiaſis*, eſt Scabies vel totius Corporis, vel certi ſolùm alicujus membri, ſicca, venenata, cancroſa, furfuracea aut ſquamoſa, cum cute, Elephantinæ inſtar, craſſâ aſperâ, ejuſque intumeſcentiâ hinc inde cancroſâ, pruriente, aliiſque pluribus ſymptomatibus gravioribus ſtipata: ortum debens maſſæ ſanguinis penitus corruptæ, ſalino acri, ſulphureæ, corroſivæ, ſuccum omnem nutritium malignum reddenti. Hæc Affectio eſt propriè ſic dicta, ab aliis *Lepra Arabum* audiens.

Lepra. CCCXXV. *Lepra* Græcorum, eſt Scabies fœda, ſive totius corporis in univerſum, ſive certæ tantùm unius aut nonnullarum partium, ſicca, furfuracea, ſquamoſa, vehementiſſimè pruriginoſa, cum aſperitate & dolore, interdum ſimul ſquamis delabentibus; aliiſque ſymptomatibus juncta; & à ſanguine ſeroſo, acido, viſcido, acri, corroſivo, aut fixo coagulativo, ſulphureo proveniens. Major gradus eſt *Elephantiaſis*.

Pſora. CCCXXVI. *Pſora*, eſt Scabies fœda, ſicca, cum pruritu

uritu & asperitate summæ cutis, oriunda à sero san-
inis lixivioso, sulphureo acri, corrosivo, fixis par-
culis scatente, & cutim æquè ac carnem exulcerante.

CCCXXVII. *Impetigo, Lichen, Volatica, Menta-
r,* est Scabies sicca, pruriginosa, cum subsequenti-
us squamis, & furfuribus, asperitatem cutis inducen-
bus; orta à sero salso-sulphureo, acri, vitioso, ad
tremam cutim è sanguinis impurâ massâ, protruso. *Lichen.*

CCCXXVIII. *Vitiligo,* est fœdus Cutis color, ab
imore quodam corrupto è sanguine detruso, prove-
ens; estque vel *alba* λευκὴ, quando maculæ Cutis
nt albæ, interdum asperæ & leviter prurientes;
l *nigra*, μέλανα, quando maculæ ad nigredinem
cedunt. Aliàs *Vitiligo* in genere etiam *Alphus*, Ἀλφὸς,
ncupatur. *Vitiligo.*

CCCXXIX. *Gangræna, Ignis S. Marcelli, vel S.
tonii,* est summus inflammationis gradus, ma-
mo cum ardore, velut igne urente conjunctus,
eoque incipiens mortificatio, à sanguinis & spiri-
um æstuantium circulatione maximopere impe-
â oriundus. Heisser Brand. *Gangræna.*

CCCXXX. *Sphacelus, Sphacelismus, Mortificatio,
leratio,* est perfecta & integra partis alicujus tam
ollis quàm duræ mortificatio, quando perfectè
oriuntur, sensu, motu, nutritione, vitaque omni
e spe revivicationis privantur, hinc nigræ & hor-
idum fœtentes redduntur. Germani vocant den
lten Brand. *Sphacelus.*

CCCXXXI. *Furunculus, Dothien,* est Tumor exi-
us inflammatorius, rubicundus, ardens, pulsans,
Abscessum & Ulcus abiens; à sanguine fœculen-
crasso, in Glandulâ unâ vel alterâ subcutaneâ
hærente, & tubulos capillares obstruente oriundus.
n Aysen/ Blut-Aysen. *Furunculus.*

CCCXXXII. *Phyma,* est Tuberculum Glandu- *Phyma.*
la

la ſubcutaneæ inflammatorium ſubitò erumpens ac citò ad ſuppurationem tendens.

Panus. CCCXXXIII. *Panus*, *Phygetlon*, eſt Tuberculum inflammatorium, vel potius eryſipelaceum Glandularum ſubcutanearum, non ſuppurans, cum dolore inſigni urente & mordente, proveniens ab humoris ſeroſo-ſalſo-ſanguinei acrioris ſtagnatione.

Ganglion. CCCXXXIV. *Ganglion*, eſt Tuberculum duriuſculum, indolens, nodoſum, renitens alicujus tendinis, præternaturaliter à compreſſione quadam membri violentâ contracti, ſub cute deliteſcens, ſed mobilis, & preſſione ad latera recedens.

Bubo. CCCXXXV. *Bubo*, eſt Tumor inflammatorius, eryſipelaceus, aut ſcirrhoſus Glandulæ alicujus majoris, v. g. Inguinalis vel Axillaris, pro diversâ humoris ſtagnantis conditione nunc *benignus*, nunc *malignus*, *venereus* aut *peſtilentialis*, in Abſceſſum & Ulcus, niſi moriatur antea Æger, ſæpius deſinens.

Struma. CCCXXXVI. *Struma*, eſt Tumor ſcirrhoſus indolens, Glandularum in Collo præcipuè, hinc & ſub Alis aut Inguinibus, à pituitæ vel ſeri quoque copioſioris nutricii collectione, ſtagnatione, congelatione, & induratione oriundus.

Scrophulæ. CCCXXXVII. *Scrophulæ*, ſunt Tubercula plura, majora minorave, circa Collum in alterutro vel utroque latere à Glandulis per lymphæ accumulationem atque ſtagnationem obſtructis enata, utplurimum indolentia.

Bronchocele CCCXXXVIII. *Bronchocele*, *Bocium*, *Hernia gutturalis*, eſt Tumor flatuoſus juxta Bronchia, ab inflatione & diſtenſione violentâ membranarum, inter cutim & aſperam Arteriam hærentium, oriundus.

Apoſtema. CCCXXXIX. *Abſceſſus*, *Apoſtema*, eſt Tumor minus durus, ab humoris ſanguinei extravaſati, ſtagnantis, ac ſenſim in pus abeuntis coacervatione originem

nem trahens, cum dolore pulſante, ardore, ſubin-
: & rubore ſplendente conjunctus.

CCCXL. *Atheroma*, eſt Tumor cyſticus, indo- Ἀθήρωμα.
ns, cuti concolor, mollis, ſubter cutim à materiâ
adam pituitosâ, velut caſeosâ, albicante, pulticu-
formam habente, intra folliculum collectâ ortus.

CCCXLI. *Meliceris*, eſt Tumor vel Abſceſſus Μελικηρίς.
ollis, indolens, cuti concolor, proprio folliculo
clusus, ac humorem ſeroſum, mellis ſubſtantiæ
milem, in ſeſe continens.

CCCXLII. *Steatoma*, eſt Tumor ſive Abſceſſus Στεάτωμα.
ſticus, materiam ſebo vel adipi ſimilem in ſe con-
nens, indolens etiam, ac nonnihil ſolidus, renitens
agis quàm Meliceris, cuti concolor.

CCCXLIII. *Emphyſema*, eſt Tumor flatuoſus, ſ. Ἐμφύσημα.
flatio, à ſpiritus flatuoſi collectione in interſtitiis
embranaceis alicujus partis ortum ducens.

CCCXLIV. *Epinyctides*, *Puſtulæ nocturnæ*, ſunt Ἐπινυκτίς.
ubercula veſiculoſa, nunc ſubalbida, nunc livida,
t nigricantia, cum inſigni ardore ac dolore, gre-
tim, noctu inprimis, in cute efflorescentia, fabam
nplitudine non excedentia, è quibus poſtea ruptis
el ſanies cruenta, vel ſerum acre limpidius, quando-
ue etiam ferè nullus ichor effluit.

CCCXLV. *Sudamina*, *Hydroa*, *Papulæ*, ſunt Pu- Ὕδρωα.
ulæ rubicundæ, tantillum ardentes, poſt ſudorem
onnihil acrem & ſuppreſſum in ſummâ cute plus
inus numeroſè efflorescentes, ſeroque acri repletæ.

CCCXLVI. *Phlyctænæ*, *Phlyctides*, ſunt Puſtulæ Φλύκταιναι.
xiguæ, ſero flavo vel albo repletæ, veſiculis ab Φλυκτίδες.
quâ fervente excitatis ſimiles, in ſummâ cute
mergentes, atque à lymphâ tenui ſalino-acri leni-
er erodente, intraque porulos cutaneos ſtagnante,
riginem ducentes.

CCCXLVII. *Pſydracia*, ſunt Puſtulæ, ſeu veſicu- Ψύδρακες.

læ albicantes, aliusve coloris, tantillum ardentes v prurientes, in cute Capitis efflorescentes, bullis ignis ustione excitatis persimiles, à Lymphâ viscid acri extravasata provenientes: à *Phlyctænis* proin nc nisi loco natali distinctæ, magis in aliis partibu quàm in capite emergentibus.

Τέρμινθοι. CCCXLVIII. *Terminthi*, sunt Pustulæ sanguin lentæ, in Tibiis maximè efflorescentes, quæ à fœcule to humore oriundæ, primùm sub aliquali nigredin virescunt, deinceps fuscæ evadunt, ac si aperiantu sanguinem nigrum crassum, instar succi Mororum exhibent.

Verrucæ. CCCXLIX. *Verrucæ*, sunt Tubercula carnos dura, indolentia, promiscuè in cute diversarum pa tium, ex succo nutritio luxuriante progenita. Sp Ἀκροχορδών. cies earum duæ existunt, videlicet *Acrochordone* Μυρμηκία. pensiles ac elevatæ, radice tenui; & *Myrmecia*, sessi les, minores, depressiores, radice latâ.

Ἧλος. CCCL. *Clavus, Oculus gallinaceus*, est Tubercu lum planum, durum, cutim in digitis Pedum infe stans, ad periostium usque penetrans, ac si prema tur, acerbum dolorem inferens.

Τύλος. CCCLI. *Callus, Cicatrix*, est Eminentia quædam sive crassities cutis, aut ossis, dura, cuti concolor quandoque & magis alba, à coalescentiâ labiorum Vulneris, aut extremitatum fracti ossis, nata.

Πτερύγιον. CCCLII. *Pterygium*, est Incrementum carni præternaturale, in Unguibus manuum aut pedum enascens, ac partem Unguis operiens. *Causa* est succus nutritius luxurians.

Παρωνυχία. CCCLIII. *Panaritium, Paronychia, Reduvia, Vermis digitorum*, est Tuberculum inflammatorium, maximè dolens, subter vel circa digitorum manuum Ungues enascens, utplurimum in Abscessum abiens. *Causa* est sanguis & lympha viscosa, salino-acris, in tubulis

ıbulis capillaribus partis affectæ ſtagnans.

CCCLIV. *Varix*, eſt Tumor venarum nodoſus, Κίρσος.
:œruleus, plerunque indolens, à ſanguine craſſo,
:œculento, ſtagnante productus.

CCCLV. *Aneuriſma*, eſt Tumor alicujus partis Ἀνεύρισμα.
ıollior, continuè pulſans, digitis facilè cedens, ſed
ıtim iterum ſeſe expandens; à rupturâ tunicarum
ìlicujus Arteriæ ortus.

CCCLVI. *Perniones*, ſunt Tumores dolentes ma- Χείμετλα.
ıuum ac pedum, inflammatorii utplurimum, cum
ſſuris, ſive exulceratione, ac dolore ſcindente con-
.ncti, atque ab aëre rigido & acri hyberni temporis
:rovenientes.

CCCLVII. *Vulnus*, eſt Morbus ſolutæ unitatis Τραῦμα.
ı parte ſolidâ molli, ab inſtrumento quodam pun-
:ente, ſcindente, lacerante &c. productus.

CCCLVIII. *Ulcus*, eſt ſoluta etiam in parte qua- Ἕλκος.
ıam molli unitas, ab humore acri erodente facta.
'lcera habemus varia, nimirum *depaſcentia*, *exeden-*
ıı, ſ. *phagedænica*, *maligna* ſ. κακοήθεα, *ferina*, ſ. *aſpe-*
ıus ſævientia, *ſinuoſa*, & *cuniculos agentia*.

CCCLIX. *Fiſtula*, eſt Ulcus profundum, arcto, Σύριγξ.
ɔblongo, & calloſo ſinu dotatum.

CCCLX. *Intertrigo*, eſt cuticulæ in Natibus, aliiſ- Παράτριμ-
:e partibus excoriatio, ſive dilaceratio, vel ab hu- μα.
ıore acri rodente, vel ab attritione, aut æſtuante
ıdore producta.

CCCLXI. *Febris* eſt præternaturalis quædam San- Πυρετός.
ıinis fermentatio, cum laſſitudine, ſiti, appetitu
ɔolito, æſtu corporis, Pulſu celeri & frequenti, Uri-
â plus juſto tinctâ, &c. Hominem affligens.

CCCLXII. *Febris continua* eſt, quæ ſine intermiſ- *Febris*
:one à principio ad finem uſque durat. *continua.*

CCCLXIII. *Febris intermittens* eſt, quæ certis vel *Intermit-*
tens.

 incertis

incertis periodis intermittit, ac denuo redit, usqu[e] dum planè cesset.

Benigna. CCCLXIV. *Febris benigna*, est Febris continua cum benignis sive minimè periculosis symptomatibus affligens; *maligna* verò, quæ malignis & periculosis symptomatibus est stipata. Maligna.

Ephemera. CCCLXV. *Febris ephemera* est continua benign[a] per unum tantùm vel alterum diem durans.

Lactea. CCCLXVI. *Febris lactea* est continua benigna ephemera, aliquot post partum diebus, cum Lac in mammas subitò ruit, per unum vel alterum diem Puerperas affligens.

Synochus simplex. CCCLXVII. *Febris Synochus simplex*, est continua benigna, sive continens, per sex, septem, vel octo dies, cum symptomatibus minus gravibus affligens.

Lenta. CCCLXVIII. *Febris lenta*, est Febris continua benigna, cum dysorexiâ, lassitudine, ac symptomatibus aliis mitioribus paulatim Hominem consumens; à præternaturali massæ humoralis, seriqu[e] sanguinei lentore, & acrimoniâ originem trahens.

Hectica. CCCLXIX. *Febris hectica*, est Febris continua lenta, ab internæ alicujus partis exulceratione, infarctu, Scirrho, Fistulâ, Pædarthrocace, similive etiam externarum partium morbo oriundus.

Symptomatica. CCCLXX. *Febris symptomatica*, est Febris continua, quæ Morbum alium, tanquam causam suam sequitur, ejusque proin Symptoma vocari potest. Hinc

Inflammatoria. CCCLXXI. *Febris inflammatoria* s. *phlegmonodes*, est Febris continua benigna, symptomatica, plus minus intensa, Inflammationi partis alicujus externæ superaccedens.

Typhodes. CCCXXII. *Febris typhodes*, est Febris continua maligna, cum stupore aut mente attonitâ, originem ducens ab Erysipelate cujusdam partis internæ, vel etiam

etiam

..am obſtructione Glandularum Cerebri pro-
..niens.

..CCCLXXIII. *Febris Lipyria*, eſt Febris continua maligna ab Inflammatione eryſipelaceâ, vel etiam ..angrænâ alicujus partis internæ ortum trahens, .. ita affligens, ut interanea continuè velut exuran..r, externa autem frigeant. *Lipyria.*

..CCCLXXIV. *Febris epiala*, eſt Febris intermit..ns quotidiana, in quâ uno eodemque tempore in ..dem parte calor & frigus ſimul excitantur, & ali..amdiu percipiuntur; originem ducens ab obſtru..one Glandularum ſubcutanearum per pituitam ..ſcidam, acido-auſteram, in ſudorem difficulter ..lubilem. *Epiala.*

..CCCLXXV. *Febris ſyncopalis*, eſt Febris conti..na maligna, cum gravi animi deliquio periculosè ..fligens, & ab interceptis ad muſculum Cordis ſpi..ibus animalibus proveniens. *Syncopalis.*

CCCLXXVI. *Febris aſſodes*, eſt Febris continua ..aligna, cum ardore cutis pruriente, jectigationi..us membrorum, anxietate, cardialgiâ, faſtidio re..m omnium, ac tenſione hypochondriorum juncta. ..*auſa* eſt congeries particularum valdè mordacium, ..linarum, pungentium, ſuis in extremitate vaſ..ulorum ſpiculis vicinas quaſque fibrillas membra..aceas aſſiduè lancinantium. *Aſſodes.*

CCCLXXVII. *Febris elodes*, ſ. *ſudatoria*, eſt Fe..ris continua, nunc *maligna* cum colliquativo ſu..ore conjuncta, ſive propriè loquendo, *Sudor An..licus*: nunc *benigna hectica*, in quâ Homo ferè per..etim, inprimis noctu dormiens, in ſudorem diffluit, .. emarceſcit. *Elodes, ſ. ſudatoria.* *Sudor Anglicus.*

CCCLXXVIII. *Febris petechialis*, eſt Febris con..inua maligna, contagioſa, cum petechiis ſive ma..ulis parvis, nunc rubris, nunc flaveſcentibus, cœ- *Petechial.*

ruleis, lividis, aut nigris, per universam cutis peripheriam dispersis conjuncta; ac à particulis salino-corrosivis, viscidis, in extremitate tubulorum cutaneorum obhærentibus oriunda.

Pestilens. CCCLXXIX. *Febris pestilens*, est Febris continua maligna, cum gravissimis symptomatibus, inprimis etiam Bubonibus, vel Maculis nigricantibus, Delirio, Agrypniâ &c. Hominem affligens.

Pestis. CCCLXXX. *Pestis*, est Febris contagiosa, maligna, acutissima, intra breve temporis, unius tantùm alteriusve diei, spatium, Hominem cum vel sine Anthrace, aut Bubone livido-nigrove uno vel pluribus, hinc inde emergentibus, maximè ardentibus, è vivis utplurimum abripiens: atque à volatili sale acerrimo, sanguinis massam subitò invadente, permeante ac dissolvente ortum ducens.

Maligna hungarica, castrensis. CCCLXXXI. *Febris maligna, Hungarica, epidemica, Lues castrensis* &c. est Febris continua, maximè acuta, cum symptomatibus periculosis, malignis, vehementibus, cursum suum brevî absolvens; à particulis alcalinis, vel etiam acido-volatilibus corrosivis, vel à verminosâ sanguinis corruptione originem trahens.

Hemitritæus CCCLXXXII. *Febris semitertiana, Hemitritæus*, est Febris continua maligna, alternis quibuscunque diebus novâ cum exacerbatione plus minus graviter Hominem periculosè excrucians.

Ardens. CCCLXXXIII. *Febris ardens, Causus*, est Febris continua benigna fortior, cum vehementi capitis dolore, ardore insigni totius corporis, vigiliis, atque siti inextinguibili, torquens, orta à seri sanguinei præternaturali crassitie, & aciditate austerâ, acri, Circulationem humorum in vasis capillaribus, præcipuè capitis, impediente.

Verminosa. CCCLXXXIV. *Febris verminosa*, est Febris continua

nua lenta, à Vermibus Inteſtinorum pluribus, inque corruptâ Sanguinis diatheſi oriunda, & Hominem emacians.

CCCLXXXV. *Febris catarrhalis*, eſt Febris continua benigna, à pituitâ vel ſero ſalſo, plerunque glandulas palati, aut thoracis varias, ipſasque pulmonum veſiculas, opplente aut infarciente, oriunda. *Catarrhalis.*

CCCLXXXVI. *Febris arthritica*, eſt Febris continua benigna, cum vehementibus Articulorum doloribus Hominem excrucians. *Arthritica.*

CCCLXXXVII. *Febris miliaris*, eſt Febris continua, ſubinde maligna, cum puſtulis albicantibus, confertim per cutim efflorescentibus, ſemini Milii ſimilibus, affligens. *Miliaris.*

CCCLXXXVIII. *Febris exanthematica urticalis*, eſt Febris continua benigna, cum exanthematibus, ſive tuberculis albis, maximè urentibus, puſtulis ab urticatione factis ſimilibus, numerosè per univerſam cutim efflorescentibus, Homines moleſtans. *Urticalis.*

CCCLXXXIX. *Febris purpurea*, eſt Febris continua, benigna vel maligna, cum volatico rubore & ardore cutim variis in locis infeſtante, affligens, à Lymphâ ſalino-acri, extremos tubulos ſanguiveos criſpante oriunda. *Purpurea.*

CCCXC. *Variolæ*, ſunt Febris continua, maligna plerunque, cum puſtulis in ſuperficie corporis per omnem cutim, confertim aut ſparſim erumpentibus, ac ſuppurantibus Homines torquens. *Variolæ.*

CCCXCI. *Morbilli*, ſunt Febris continua plus minus acuta, cum maculis rubicundis, ſiccis, ardentibus, latiuſculis, confertim in universâ cuti erumpentibus, eamque exaſperantibus affligens, & non niſi unum, alterumve diem durans. *Morbilli.*

CCCXCII. *Febris quotidiana intermittens* eſt, quæ quotidie *Febris intermittens quotidiana.*

quotidie certâ ferè horâ recurrit, cum levi frigore, æſtu, ſiti, laſſitudine, &c. Hominem affligit, ac per plures vel pauciores horas durat, donec rurſus intermittat.

Quotidiana continua. CCCXCIII. *Febris quotidiana continua*, eſt Febris continua, quotidie novam quandam exacerbationem cum frigore & æſtu conjunctam habens.

Tertiana. CCCXCIV. *Febris tertiana intermittens*, eſt effervescentia maſſæ humoralis alternis diebus Ægrum novo cum rigore, æſtu, ſiti, aliisque ſymptomatibus febrilibus affligens. *Duplex.* Hæc aliquando *duplex* evadit, quando paroxyſmi alternorum dierum ſibi invicem reſpondent. Sed & *tertiana continua* datur, *Hemitritæi* nomine veniens, prout ſuprà fuit expoſitum.

Quartana. CCCXCV. *Febris quartana* eſt effervescentia præternaturalis, quæ quarto ſemper die, cum horrore, calore, & reliquis ſymptomatibus febrilibus Hominem, mitius quàm Tertiana, exercere ſolet. Ita dantur, ſed rarius, *Quintanæ*, *Sextanæ*, *Octanæ* Febres intermittentes periodicæ.

Febris alba. CCCXCVI. *Febris alba*, ſeu *Chloroſis*, *Pallidus Virginum color*, *Icterus albus*, eſt Febris continua lenta, ab Intemperie Sanguinis ſeroſo-acido-viſcosâ ortum ducens, atque pallidum corporis totius colorem, cum variis ſymptomatibus poſt ſe trahens.

EPI-



EPITOMES INSTITUTIONUM MEDICARUM PARS III. SEMEJOTICAM complectens.



§. I.

SIgnorum doctrina vel ſola Medico deberet eſſe familiaris; Sapienter enim, ut omnia, Hippocrates 1. *Prognoſt.* 1. optimum eſſe, ait, ut Medicus providentiâ utatur, & prædicendi ſcientiam ſectetur: ... et enim hâc ratione, ut naturam cognoſcat cùm ſanitatis, tum ægritudinis, eam prævideat & prædicat; & auram, admirationemque popularem ſibi vendicet; remedia idonea præparet atque adminiſtret; illisque, quorum ſalutem jam deploratam agnoſcit, nec manum, nec medicamenta admoveat. *Doctrina* proin *de Signis*, ſi quæ alia, digna eſt, quæ Praxin medicam exercitaturis ſedulò addiſcenda commendetur, cùm jam in vulgus notum ſit, quàm inexcuſabiles in eâ errores ob neglectam diagnoſin morborum committantur, quamque facilè Medicus ex ignorantiâ rectæ prognoſeos bonæ ſuæ exiſtimationis jacturam *Doctrina de Signis neceſſaria.*

jacturam facere, atque in despectum venire quea-

Semejotica vocata. II. *Semejotica* hinc vocatur ista de *Signis* doctrina, estque tertia Institutionum Medicinæ Pars, docens, quemadmodum statum ægrotantis corporis tam præsentem quàm futurum cognoscere debeamus.

Signum. III. *Signum* in genere est omne id, quod rem aliquam significat; adeoque accidens sensibile, essentiam rei vel proximè vel remotè concomitans, per quod affectiones corporis, sensum effugientes, cognoscimus.

Indicium. IV. *Indicium* dicitur id, quod perpetuò eorum, quorum est tale, naturam declarat, nec unquam fallit. Differt hinc à signo, tanquam genus à specie, *Signum* enim sine demonstratione significat, *Indicium* autem demonstratione nititur.

Signa salubria. V. *Signa* primùm dividuntur in *salubria*, quæ præsentem sanitatem indicant, futuram prænuntiant, & præteritam in memoriam revocant: *Insalubria*, quæ *Insalubria.* morbum præsentem significant, futurum prædicunt, ac præteriti simul memoriam refricant: & *Neutra*, *Neutra.* quæ neutrum, adeoque medium inter sanitatem & morbum affectum indicant, prænunciant & memoriæ tradunt.

Diagnostica. VI. Deinceps etiam dividuntur in signa *diagnostica*, quæ præsentem morbum, ejus naturam sive indolem, causas, & cœtera attributa cum parte affectâ revelant: *Prognostica*, *Prædictionum* vel *Præ-* *Prognostica.* *sagiorum* nominibus venientia, quæ futura, nimirum Morbi eventum, & humoris morbifici cruditatem vel coctionem indicant aut præsagiunt: & *memorativa*, *Memorativa.* *ἀναμνηστικὰ*, quæ præterita commemorant.

Propria. VII. Signa quoque sunt vel *propria*, quæ uni tantùm morboso affectui præsenti conveniunt; & *communia*, quæ in pluribus, iisque diversi generis Morbis *Communia.* reperiuntur.

VIII.

VIII. Dividuntur porrò Signa in *pathognomonica*, *Pathognomonica.* æ Morbi naturam declarantia, unâ cum illo invant & desinunt, adeoque essentiam ejus immediatè nsequuntur, cum eo necessariò cohærent, ac ab dem separari nequeunt, rarò tamen unum dunxat adest Morbi cujusdam Signum pathognomocum, sed plerunque nonnulla invicem juncta dintur *pathognomonica*, quæ si seorsim sumantur, vel nsiderentur, non amplius talia erunt. *Epigenome-*, vel *Epiphænomena*, *supervenientia* quæ non simul *Ἐπιφαινόμενα.* m incipiente Morbo apparent, invadunt & inciunt; sed subinde sese monstrant, & ita succedunt, inc *succedentia* quoque dicta: ut adeo neque Mor- præsentis speciem, neque ejus conditionem & aturam, sed illius mutationem solùm indicent.

IX. Hæc Signa *supervenientia* dein tanquam *pro-ostica*, sunt triplicia, nimirum *coctionis* & *cruditas*, *salutis* & *mortis*, atque *critica* sive *decretoria*.

X. *Signa cruditatis* sunt, quæ in Morbis crudi- *Signa cruditatis.* tem adhuc præsentem significant, adeoque vel olores vel recidivam, vel morbi diuturnitatem &c. ndicant.

XI. *Signa coctionis* verò dicuntur, quæ materiæ *Coctionis.* norbificæ & heterogeneæ segregationem, Ventricui digestionem, & sanguinis depurationem indicant.

XII. Signa ulterius sunt vel *salutaria* vel *lethalia*; *Salutis & Mortis.* *ona* vel *mala*; *optima* aut *pessima*.

XIII. Tandem signa *critica* s. *decretoria* dicun- *Critica.* ur, quæ futuram morbi solutionem, sive terminaionem indicant, quomodocunque demum illa eventura sit, sive per sudorem, sive per alvum, sive per urinam, sive per hæmorrhagiam, sive per abscessum.

XIV. Cùm itaque Causæ Morborum subinde, non minus quàm Morbi partium internarum afflictarum ipsi, in obscuro lateant, & sensibus haud pateant

Signa diagnostica. pateant directè, necessariò certis mediis, videlice Signis, iisque *diagnosticis*, à Medico explorandi & perscrutandi sunt.

Fontes Signorum. XV. *Signa* hæcce *ex tribus* primariò universalibus emergunt *fontibus*; nempe (1) ex *Antecedentibus causis* tam *internis* quàm *externis*, tam *communibus* quâm *propriis*: ad quas posteriores Subjecti quoque *constitutio* pertinet, quâ illud quidem inclinat ad hunc vel illum Affectum, tam *nativa*, ratione idiosyncrasiæ naturalis, proprietatum hæreditariarum, sexûs,&c. quàm *adventitia*, ratione ætatum, victûs, & vitæ generis. (2) E *consequentibus seu effectis*, quo præter Symptomata quæcunque, etiam juvantia & nocentia referenda sunt; & (3) ex *essentialiter inhærentibus*, seu *objecto cognoscendo* propriè attributis, quo omnia, quæ quacunque ratione cognitionem Medici dirigunt, referri possunt: quorum plurimorum concurrentium signorum *syndrome talis*, quæ omni, soli, & semper objecto convenit, *pathognomonicum signum* appellari consuevit.

Fundamentum. XVI. *Fundamentum significandi seu signorum consistit in horum cohærentiâ certâ*, eaque vel *necessaria*, vel *contingente cum signato*; ita ut tanquam causa & effectus cohæreant, vel per accidens subinde se mutuo consequantur, vel quacunque aliâ ratione mutuo inter se connexa sint.

Signa ex Urinis & Pulsibus. XVII. Inter signa hæcce, tam quæ in *diagnosi*, quàm etiam quæ in *prognosi* locum habent, primatum obtinent ea, quæ *ex Urinâ & Pulsibus desumuntur*, cum hæc virtutis vitalis rationem, in Sanguine fundatam, immediatè designent.

Urina potûs. XVIII. Uti enim *Urina potûs* monstrat alimenti in primis viis alterati, & digestionis ibidem peractæ conditiones; ita *Urina sanguinis* monstrat hujus constitutionem, ex particularum ejus liquorem componentium,

ntium, inprimis ſalinarum, fermentatione oriun-
m, & pro ratione puritatis vel impuritatis caco-
ymicæ ſubinde variat.

XIX. *Pulſus* autem ipſius turgeſcentiæ in præ- *Pulſûs indicat.*
rdiis vitalis inſinuat ſtatum, atque diſtributionis
nguinis ex Corde in omnes partes rationem: ita
men, ut diverſarum circumſtantiarum concurſus
on rarò fallax, minusque certum reddat judicium.

XX. Neceſſe eſt, ut Medicus Pulſum in utroque *Requiſita in tangendo pulſu.*
rpo ſimul exploret, quia deprehenditur inſignis
ter illas differentia nonnunquam: ſic enim ob
morem circa Axillas contentum Pulſus in uno
rpo optimus, in altero deficiens obſervatus eſt
peritiſſimis Viris *Schenckio* & *Rhodio*. Porrò Medicus
ulſum tangens non contentus ſit unâ vice eum
tigiſſe, ſed laborem repetat bis vel ter, quia ratio-
e Affectuum omnes Pulſus mutantur. Tandem
llit Pulſus in Morbis malignis, non ſecus atque
n Scorbuticis & Hypochondriacis.

XXI. In Pulſu 4. requiſita ſunt obſervanda: (1) *Differentiæ Pulſuum ſimplices.*
Cor movens; cujus reſpectu Pulſus eſt vel *vehemens*,
el *debilis*. (2) *Sanguis* promotus *turgeſcens*; unde
ulſus eſt vel *magnus*, vel *parvus*. (3) Inſtrumentum
er quod fit motus, nempe Arteria, unde Pulſus
ſt vel *mollis* vel *durus*. (4) *Tempus*, quod menſurat
notûs durationem, obſervabile vel in *una pulſatione*,
ınde Pulſus eſt modò *celer*, modò *tardus*: vel in *plu-
ribus pulſationibus*, unde Pulſus vel *frequens* eſt, vel
rarus: quæ ipſa temporis ratio utplurimum à di-
verſa ſanguinis ſub fermentationis actu conditione
dependet.

XXII. *Simplices* hæ invicem collatæ *compoſitas* *Compoſitæ.*
dant *Pulſuum differentias*, quæ, habito mutuo inter
eas reſpectu, vel *æquales* ſunt vel *inæquales*: ſicut
diaſtole arteriæ collatæ cum ejus ſyſtole Pulſum dat
vel

vel *ordinatum*, εὔρυθμον vel *inordinatum*, ἄρυθμον.

Quid indicent. XXIII. Omnes hæ differentiæ, quò plus recedun vel à ſtatu naturali, vel à conditione Ægri, vel à ration morbi & cauſæ morbificæ, eô ſunt pejores; quò m nùs, eo meliores, in ſpecie *debiles*, *frequentes*, *parv* &c. ſimul ſunt omnium peſſimi.

Indicia Pulſûs magni. XXIV. Ita Pulſus *magnus* & *vehemens* periculum ferè nullum portendit, quia indicat multas particulas volatiles & ſpirituoſas in ſanguine verſari. Pulſus autem *parvus* ac *debilis* indicat præſentiam quantitatis majoris particularum craſſarum ac terreſtrium minus ſpirituoſarum, adeoque vel morbi diuturnitatem, vel periculum majus.

Parvi.

Celeris & tardi. XXV. *Pulſus celer* indicat ſanguinis fermentationem & rarefactionem inſolitam; *tardus* verò ejuſdem craſſitiem ac viſciditatem, vel etiam ſpirituum pauperiem. Uterque poteſt eſſe vel magnus vel parvus.

Frequentis. XXVI. *Pulſus frequens* indicat moleculas ſanguinis, undarum inſtar ſe invicem in circuitu per corr ſequentes; poteſtque reſpectu ipſius rarefactionis in Corde ſimul, parvus, magnus, celer aut tardus exiſtere. *Pulſus rarus* è contrario indicat, moleculas ſanguinis, Cor ingreſſuras, rarius à ſe invicem dividi, poteſtque itidem vehemens, debilis, velox aut lentus apparere.

Rari.

Æqualis. *Inæqualis.* XXVII. *Pulſus æqualis*, & ordinatus teſtatur de æquali ſanguinis conſiſtentiâ & craſi; *inæqualis* & *inordinatus* autem turbatam particularum fluida componentium mixtionem, ſive inæqualem craſin & conſiſtentiam indicat.

Intermittentis. XXVIII. *Pulſus intermittens* teſtimonium præbet heterogenearum, viſcidarum, terreſtrium, ad fermentationem minus aptarum particularum, ſubinde cordis ventriculos cum ſanguine ingredientium, ibique

ꝑique unam vel alteram pulſationem ſufflaminan-
um.

XXIX. *Pulſus undoſus* indicat ſerum ſanguinis in udorem mox fluxurum. *Pulſus* autem *myurus*, *ver-iculans*, *tremulus*, *formicans*, ſummam virium ac ꝑirituum deperditionem, adeoque mortem immi-entem præſagit. *Undoſi.* *Myuri.*

XXX. *Urina* eſt humor excrementitius è parti-ulis varii generis compoſitus, *acidis* nempe, *alcali-is*, *ſulphureis* ſ. *pinguibus*, *aquoſis*, *chyloſis*, *terreſtribus*, liisque, citrino colore præditus, in Renibus ope ranſcolationis, ut & ab halituum Abdominis vapo-oſorum, poros Veſicæ intrantium, condenſatione enitus. *Urina.*

XXXI. *Contenta*, quæ Urinæ naturaliter inſunt, ortiunculæ Chyli exiſtunt, quæ per anguſtos Re-um canaliculos lanæ inſtar pectuntur, atque pro tûs, quem in Urinæ liquore excreto & quieti ex-oſito, adipiſcuntur, varietate differentia nomina uoque ſortita ſunt. Quod ſi enim fundum petie-int, *Hypoſtaſis*, ſ. *Sedimentum*; ſi mediam occupa-erint regionem, *Enæorema* ſ. *Suſpenſum*; ſi denique n moleculas diſcerpta in ſuperiori Lotii regione uctuaverint, *Nubecula* fuerunt appellata. *Ejus contenta.* *Hypoſtaſis.* *Enæorema.* *Nubecula.*

XXXII. *Urinæ judicio* utut Vulgus modum tri-uat tamen præter ea, quæ ſupra fuere inſinuata, nil lliud quàm partium Urinæ ſecretioni & excluſioni icatam conditionem ſignificat. *Uromantia.*

XXXIII. Conſideranda in ejus inſpectione (1) ꝑſe Liquor *lixivialis* continens; (2) *Contenta varia* n eo natantia. *Liquor* exhibet *conſiſtentiam* vel *raſſam*, vel *tenuem*, imbibitorum ſalium oleoſorum um liquore probè unitorum, majorem vel minorem opiam ſequentem. Deinde etiam exhibet *Colo-em* ſeu *Tincturam* vel *naturalem citrinam*, vel *præterna-turalem*, *Conſideranda in Uroſcopia.* *Tinctura.*

turalem, tam *deficientem albam*, & plus minùs *pa* *dam*, quàm *excedentem flammeam*, *croceam*, *rubra* *viridem*, *nigram*, &c. *Deficientes* fermè tincturæ utp rimum cruditates digeſtionis primæ inſequunt *excedentes* aut fortem admodum lixivii per copic ſalia ſaturationem, aut p. n. in Sanguine fermen tionem, diſſolventem & ſubigentem exactius ſa ſulphurea, eaque fortius quaſi liquori incoquente præſupponunt.

Urina clara. *XXXIV.* *Tincturæ* in Urina affectio eſt, quan hæc interdum *pellucida* ſeu *clara*, interdum *opaca* ſ *turbida* conſpicitur. *Pelluciditas* dependet ab exa unione particularum ſalinarum cum poris liquo aquei, unde radii luminoſi æquali ferè tractu ma mâ ex parte permeant. Hoc verò (nempe *opacita* *Opaca.* dependet ab earum ſeparatione & quaſi præcipitati ne, vel externè per aërem frigidiuſculum, por liquoris conſtringentem, & ita particulas imbibit extrudentem, vel internè per recrementorum c cochymicorum è Maſsâ ſanguineâ, intercedent fermentatione, præcipitationem, unde radii lum noſi hinc inde impingentes in tranſitu prohibentu & ita Liquorem minus perſpicuum exhibent. In g nere tamen omnis Urina *turbida* acidum in Sangu ne latens, cum quantitate particularum indigeſtaru indigitare videtur.

Contenta. *XXXV.* *Contenta* in Liquore lixiviali ratione ſit triplici modo diſtincta, in ſanitatis latitudine *crud* *tates chyloſas*, vitio digeſtionis primæ coacervata ſanguinique non aſſimilabiles, à latice urinario al ſorptas exhibent: in ſtatu verò præternaturali pr circumſtantiarum ratione mille modis variant.

Odor. *XXXVI.* Quoad *Odorem*, ſi exceſſivè ſit fœtidu nec proveniat ab aſſumptis, innuit ſæpè malignu Morbum, liqueſcentiam nempe Maſſæ ſanguine & putr

putredinem peſtilentialem, quod Italorum eſt
…μήελον.

XXXVII. Jam verò in *Morbis acutis febrilibus*, *Indicia in morbis acutis.*
…o magis præcipitatis ex ſanguine fœculentiis re-
…etur *Urina*, hincque diverſas recipit affectiones,
…eoque coctionis, ut vocant, cauſæ morbificæ
…gna exhibet, eo melior eſt; contrario ſi ſe habeat
…odo, eo pejor.

XXXVIII. In *Chronicis* ſimili ratione, quo ma- *Chronicis.*
…s heterogeneis ſanguinis particulis, ceu copioſis
…ntentis, prius onerata Urina, poſtmodum ſucceſſi-
… in naturalem ſtatum remeat, & ita digeſtionis pri-
…æ redintegrationem, maſſæ ſanguineæ depuratio-
…em & naturalis fermentationis reſtaurationem oſten-
…t, eo melior eſſe ſolet: contrarium fit, ſi alio
…odo ſe habeat.

XXXIX. *Nubecula* Urinæ in morbis, tam *chro-* *Nubecula.*
…*cis* quàm *acutis*, eſt ſignum redeuntis in Stomachum
…rmenti, & temperatæ plus minus digeſtionis.

XL. *Urina craſſa, viſcida* dyſcraſiam ſanguinis *Præſagia ex Urinâ turbidâ.*
…idam, tenacem, mucoſo-craſſam ſignificat. Quòd
…hinc *turbida* mingatur, taliſque permaneat, malam
…ſumtorum digeſtionem, ſeri ſanguinei craſſitiem,
…pirituum inopiam, adeoque Morbi vel diuturni-
…tem, vel difficultatem indicat. Si verò *clareſcat*, *Clarâ.*
…umoribus crudis fundum petentibus, melioris di-
…enda eſt notæ.

XLI. *Urina* potûs ingurgitati copiam valdè ex- *Copioſâ.*
…edens, teſtatur vel de accumulatarum prius aqua-
…um per reſeratos, qui ex parte obſtructi erant, po-
…os Renum ac Veſicæ, reſtituto in integrum liberri-
…o tranſitu: vel de obſtructis meatibus cutis Tran-
…pirationi inſenſibili inſervientibus; vel de Seri
…bicunque locorum extravaſati, & plus minus diu
…agnantis ſubitaneâ regurgitatione in maſſam cir-

P culantem

culantem ſanguinis, & hinc præcipitatione cità Renes.

Aquosâ. XLII. *Urina tenuis, aquoſa, minus probè tin* teſtatur de apepſiá vel dyſpepſiâ, obſtructioni Glandularum hinc inde, præprimis in Stomacho

Parciore. XLIII. *Urina parcior* prædicit vel Renum & Ve cæ poros obſtructos, compreſſos; vel ſeri in a locis accumulationem ; adeoque Cachexiam Hydropem; vel ejuſdem per largos ſudores, alvi vias transfluxum.

Rubrâ. XLIV. *Urina valdè tincta, rubra & clara,* teſta de præſente æſtu ſanguinis, Febrili conſtitutione, ſalium ſulphureis particulis copioſis arctius comb

Pallidâ. natorum, atq; cum Urinis tranſeuntium copiâ. *Palli* verò, ac plus minus *aquoſa* Urina indicat coctio primarum viarum debilitatem, ſalis volatilis, particularum ſulphureo-oleoſarum defectum, ade que morbi diuturnitatem.

Flammeâ. XLV. *Urina intenſo rubore ſaturata, & flamme minus craſſa,* acutam Febrim, & magnam humoru turgeſcentiam præſentem arguit. *Subrubra* verò, *craſſa* ſcorbuticam diatheſin ſignificat.

Spumosâ. XLVI. *Urina ſpumoſa, bullas diu in ſuperficie ret nens,* morbos capitis & pectoris arguit, acidarumqu in primis viis cruditatum, flatuumque copioſorum indicium eſt. *Vireſcens* autem ſimul, Colicam, ve Cardialgiam, Alvi obſtructionem, & Morbos a aciditate auſterâ productos in corpore latere ſigni ficat.

Croceâ ſpiſſâ. XLVII. *Urina ſpiſſa, obſcura, rubro-crocea,* lin teum immerſum flavo colore tingens, vel præſentis vel imminentis Icteri flavi index eſt. Si autem *nigro*

Nigro-flavâ *flava* illa extiterit, croceo-nigrum ſedimentum de ponens, parceque fluens, Icterum indicat nigrum cum Atrophiâ junctum.

XLVIII.

XLVIII. *Urina turbida, flava, crassa, jumentorum Jrinæ haud absimilis*, sine Febri, indicat confusionem umorum, Vertiginem, Passionem hystericam: cum ebri autem humorum dissolutionem, & mortis peculum, subinde & Icterum. *Turbidâ flavâ.*

XLIX. *Urina livida, crassa*, in acutis Febribus derationem internarum partium, adeoque mortem istantem; extra Febrim autem in Pueris & Infanbus Achorum vel Scabiei eruptionem indicat: 1 Adultis aliquando Nephralgiæ præludium est. *Lividâ, crassâ.*

L. *Urina nigra, crassa, obscura, turbida, velut dislutis sanguineæ massæ grumis tincta*, signum est Calıli prodeuntis renalis, aliquando & Ulceris Renum. tamen *nigra* fuerit Urina *minusq; cruenta*, signum ræbet humorum austerorum, viscidorum, salium ixorum, terrestrium, in corpore dominantium, aliuando etiam Nephritidis & scorbuticæ Disposionis. *Nigrâ, crassâ.*

LI. *Urina fœtida* testatur vel de Asparagis comeis, vel de exulceratione Renum aut Vesicæ, vel e Calculo Vesicæ mucum abstergente; vel de Saliıus alcalino-volatilibus cum exaltatis multis parculis sulphureis in liquore Urinæ solutis. *Fœtidâ.*

LII. *Sedimentum album, sabulosum, albicantibus renulis haud absimile*, indigitat prædominium parcularum indigestarum salino terrestrium, interdum inc Obstructionem Mensium, Oppilationem Lieis, Mesenterii, Pancreatis &c. *Viscosum album, crasım, sed facilè diffluens* vitiosæ digestionis, ex assumorum alimentorum copiâ, argumentum est. *Rubrum ırinaceum, particulis rubicundo-salinis turgidum*, testaır de Intemperie scorbuticâ, melancholicâ, salinocidâ, vel salsâ. Imò *arenulæ micantes, acutæ, cinnaırini coloris*, Urinæ vel innatantes, vel ad latera maulæ hærentes, etiam fundum plus minus copiosè *Ex Urinæ sedimentis.*

petentes, hypochondriacam, ſcorbutico-ſalſam, acrem Sanguinis Intemperiem arguunt, imò Hecticam vel Atrophiam præſentem, ſi Urina ſimul valde tincta, perſpicua, tenuis, circa fundum ſplendide transparens extiterit.

LIII. *Rubræ terreſtres, concretæ, duræ,* vel *aliquando albicantes & flavæ arenulæ, fundum petentes,* Nephritidis calculoſæ præſentis indices ſunt. *Sedimentum diſcerptum, album, floccorum inſtar per ambitum liquoris diſperſum,* deſignat mucoſam ſanguinis, & catarrhoſam diatheſin, adeoque Morbos à lymphæ craſſitie oriundos. *Craſſum* verò, *conglomeratum, album ſubinde fœtidum,* cum mingendi ardore, indigitat pus acido-acre, hincque exulcerationem Veſicæ & ſine ardore plus minus copioſè cum Urinâ excretum, Ulcus Renum arguit. *Album glutinoſo-mucoſum viſcidum,* cum Urinâ paucâ frequenter, non ſine Dyſuriâ excretum, Calculi Veſicæ grandis, mucum illius jugiter abradentis ſignum eſt. *Craſſum, filamentoſum, album, non acre,* Gonorrhœam benignam in Viris, in Fæminis autem Fluorem album ſignificat. *Flaveſcens* porrò idem, *purulentum, acre, excorians, Stranguriam producens, viſcoſum,* Gonorrhœæ malignæ & virulentæ vel Luis venereæ præſentis indicium eſſe ſolet.

Signa Plethoræ. LIV. Signa *Plethoræ,* Homini moleſtæ, ſunt habitus corporis plenus, carnoſus, venarum in artubus amplitudo, ſpontanea quandoque laſſitudo, victus laudabilior præcedens, color faciei rubicundo-floridus, quies & otium, mens hilaris, læta, curis vacua & ſuâ ſorte ſuaviter contenta.

Intemperiei phlegmaticæ LV. *Intemperiem phlegmaticam* produnt habitus corporis mollis, color pallidus, pili albicantes, venæ minus tumidæ, urina pallens, ſomnolentia, pulſus tardus, Senſuum internorum hebetudo.

LVI.

LVI. *Cacochymiæ salsæ* indicia sunt frequens sali- *Salsa.*
æ salsedo, defluxiones crebræ, somnus irrequietus,
rinæ crassæ, diarrhœæ, tusses, dyspnœæ, dolores
eumatici & vagi.

LVII. *Dyscrasiæ biliosæ* signa existunt pulsus ce- *Biliosa.*
r, corporis vel sanguinis calor excessivus, iracun-
ia, humorum acrimonia, urina plus justo tincta,
que salibus abundans, proclivitas ad Alvi fluores.

LVIII. *Intemperiam acido-melancholicam* produnt *Melancho-lica.*
ulvus parvus atque rarus, amor solitudinis, tristitia
equens, Alvi constipationes, murmura ventris, ha-
tus corporis macilentus, Urina pallida, crassa.

LIX. *Turbatam sanguinis crasin* indicant frigus *Turbata sanguinis craseos.*
rporis, cum subsequenti æstu, inquietudine, Urinâ
ldè tinctâ, anorexiâ, siti, pulsu celeri & frequenti,
rium prostratione.

LX. *Veneni assumti* indicia sunt anorexia, cardial- *Veneni as-sumti.*
a, nausea, vomitus, abdominis inflatio, faucium ar-
or, alvifluxus, virium præceps jactura, magnaque de-
litas, somnolentia, deliria, tremores artuum, cada-
erosus faciei color.

LXI. *Cruditatis acidæ* proditores sunt appetentia *Cruditatis acida.*
elior quàm chylificatio, tumor ventriculi & gravans
olor post cibum sumtum, phlogoses, murmura &
gitus ventris à copiosis flatibus, alvus segnior, ru-
us acidi, ardor ventriculi non infrequens, proclivi-
s ad colicam.

LXII. *Cruditatis nidorosæ* præsentiam arguunt sa- *Cruditatis nidorosa.*
or oris teter, nausea frequens, dysorexia, chylifi-
atio depravata, sitis, alvi fluxus creber, ructus ingra-
, putrilaginosi, inclinatio ad choleram.

LXIII. *Signa* autem *Cruditatis & Coctionis*, quæ ve- *Fontes signorum cruditatis & cruditatis.*
nti basis sunt & fundamentum felicium prædictio-
um, desumuntur partim è *salivâ* & *sputo*; partim
x *alvi excrementis*; partim denique ex *Urinis*; unde

Uroscopia neutiquam est contemnenda & rejicienda.

Salutis & Mortis. LXIV. *Salutis & Mortis indicia* peti cum ratio consueverunt partim à *Morbi tolerantiâ* faciliore v difficiliore: partim à *Respiratione* liberiore vel gr viore: partim à decubitu magis vel minus consu to: partim à *Pulsu* plus aut minus naturali: parti à *Sudore & Transpiratione*: partim à *Facie & Oculis*, si *Habitu corporis* magis aut minus à naturali recedent

Criseos. LXV. *Signa critica*, quæ imminentem quanda subitaneam Morbi solutionem portendunt, sunt i solitæ aliquæ mutationes & apparentiæ, in partibu actiones vitales & animales, non secus atque excr tiones perficientibus observabiles, cum symptom tum ingravescentiâ.

Prognostica specialia. LXVI. *Deliria mentis continua*, quæ contingu circa res necessarias, & quidem cum dyspnœâ, oculo rum rubore, sudore largo non ita calente, mot bus artuum tremulis, & convulsivis, magnâ v rium jacturâ, agrypniâ, inquietudine continuâ, mag num portendunt periculum. Quæ autem non con tinua sunt, neque gravia deliria, cum Respiratione l berâ, viribus non collapsis, pulsu æquali, &c. ea ad huc tutiora, minusque ita periculosa sunt.

Ex Memoriâ LXVII. *Memoria* subitò *ablata*; quæque Apoplexi vel Epilepsiæ crebræ succedit oblivio, si non morti propinquæ ex recidivâ paroxysmorum, infelicitati tamen residuæ adhuc vitæ pars est non infima.

Somno. LXVIII. *Somnus* in morbis acutis valdè *inquietus interruptus, turbulentus*, multus, cum anxietate, mem brorum jectigatione, *terrentibus* vel ad iram laces sentibus *insomniis*, Spirituum animalium jacturâ ma jore quàm restauratione contingens, periculi plenu est. Sic & *Somnus* in principio, vel etiam in statu Morbi *largus, & profundus*, quemque Ægri cum per petuo oris hiatu capiunt, ferè exitiosus audit, mag

nam

m quippe Spirituum jacturam indicans. Sed & *Vigiliæ* continuæ, nullâ instante morbi solutione, ægrum cum gravibus aliis symptomatibus magnoperè fatigantes, malè exituri Morbi augurium sunt. *Vigiliis.*

LXIX. Mortem quoque imminere creditur in Febribus acutis, quando summa adest *Virium debilitas*, quando *Visus* & *Auditus* pereunt, quando *Oculi*, *Nasus* & *Labia* invertuntur, & *cadaverosa Vultus dispositio* accedit, non emanente frigido pallentis corporis sudore. *Virium lapsu.* *Sensibus abolitis.*

LXX. Surditas tamen in acutis Morbis criticè eveniens hactenus bona fuit; mala verò deprehensa, quæ citra Morbi solutionem per intervalla contingit. *Surditate.*

LXXI. Sonitus vel *Tinnitus Aurium* in Puerperis febricitantibus ominis sunt pessimi. Qui autem non febricitantes *Cephalalgiâ*, *Scotomiâ*, *Tinnitu aurium*, *Tarditate loquelæ*, vel manuum quoque Stupore vexantur, in istis vel Apoplexia, vel Epilepsia, vel Oblivio, vel Sphacelatio quædam metuenda venit. *Tinnitu Aurium.*

LXXII. Dolor longo tempore in parte quadam *durans*, Abscessûs latentis indicium est. *Dolorem* autem planè *non sentire* amplius, qui antea vehemens & ardens admodum fuit, Siderationem partis significat; nisi pristina corporis sanitas fuerit restituta. *Dolore chronico.*

LXXIII. In ardentibus Febribus periculi res plena est, quando *morsus* & *æstu vehemens* in regione stomachi sentitur. *Æstu stomachi.*

LXXIV. Si quæ *subita* in Morbis, præcipuè febribus, *mutatio* evenit, etiamsi ad melius vergere videatur, periculo non caret. *Subita mutatione.*

LXXV. Lassitudo citra causam manifestam, gravitas corporis & membrorum, vel Plethoræ effectus indicium est, vel præludium Febreos. In acutis autem Febribus maxima lassitudo periculum minatur. *Lassitudine.*

Convulsionibus. *LXXVI. Convulsiones* ex Ileo, Hæmorrhagii Vulneribus, ut & quæ in Febribus acutis eveniun præprimis cum Dyspnœâ & interruptâ Respiration junctæ, quæque universales, & crebræ, diuturnæqu sunt, plerunque mortem denunciant. Quæ ver citra Febres, quæ Pueris, aut Fœminis extra Puer perium accidunt, terroris aliquando plus, quàn periculi habent.

Horrore, Tremore. *LXXVII. Horror* in acutis frequens, sine calor subsequente, aut cum volatico æstu alternans; *Tremor* itidem, atque *Singultus*, mortis plerunque fu turæ prodromi existunt.

Decubitu. *LXXVIII.* In Febribus perpetim *supinè jacere* nullam decubitûs formam servare, mente sibi nor rectè constare, *crura indecorè erigere*, vel *nudare*, au *vehementer contrahere* præter consuetudinem ; ve etiam assiduè jectigare corpus, decubitumque mutare, inter malignitatis signa lethalia reputatur.

Voce tremulâ aut amissâ. *LXXIX.* Sed & perniciosum est, si Æger in acut Febri *vocem tremulam* & *clangosam* adipiscatur, ve si planè *aphonos* evadat, si *animo linquatur*, si pectore obeso existens *anxietate*, atque *respirandi difficultate* cujus tamen sibi conscius non est, vexetur.

Respiratione Lypothymia *LXXX.* Ex Hippocratis porrò constat prognosticis, eos, qui crebrò, & vehementer citra causam manifestam *animo linquuntur*, derepentè mori : *Respirationem magnam* & *tardam* delirium indicare, atque convulsiones portendere : *magnam Expirationem*, & *parvam Inspirationem*, vel contrà, sed & *parvam* atque *obscuram* Respirationem, periculosam experientiâ teste semper existere; *Respirationem* verò *liberam in omni Morbo, qui cum Febri acutâ infestat, magnam habere vim ad salutem.*

Sanguine venæsectionis. *LXXXI.* Sanguis per Venæsectionem extractus, si *fluidus* admodum fuerit, *minus fibrosus*, neque *promtè*

consistat

consistat; si porrò *cœruleus* vel *lividus* in superficie apparuerit, sero crasso fluido tectus, indicium est Sanguinis ad dissolutionem vergentis, adeoque malus in Febribus. Si autem *tenax valdè*, mucosâ, crassâ, viscosâ & albâ pelle obductus evadat, indicium præbet crassitiei & viscositatis acidæ Sanguinis, atque hinc vel præsentis vel imminentis Arthritidis vagæ, Pleuritidis, Peripneumoniæ, aliusve catarrhosi & febrilis Affectûs. Si *floridè rubicundus* extiterit, *bonæ consistentiæ* cum mediocri quantitate seri fluidi, non admodum spissi, supernatantis, indicium est sanæ hactenus nec malè habituræ constitutionis. Si *serum innatans* fuerit *copiosius*, cruoris quantitatem æquans, si non superans, indicabit morbos catarrhosos. Si *nullum* adfuerit *serum*, portendet Sanguinis stagnationes, Cephalalgias, Apoplexias &c. Si serum *copiosum*, *flavum*, aut *lividum* extiterit, corruptum designat Sanguinem, ad putridas, malignas Febres excitandas dispositum. Si extractus sanguis totus *sine nullâ consistentiâ* manserit, *fluidus*, *spissus*, *croceo-ruffus*, indicat præsentem, vel imminentem proximè Icterum flavum aut nigrum, cum vel sine Febri continuâ putridâ erupturum. Si consistentiam laudabilem habuerit, sed in superficie tamen nullum ruborem floridum, paucumque serum innatans; arguit humorum aciditatem, & inclinationem ad Passionem hypochondriacam. Denique *multa* in superficie sanguinis extracti *spuma* apparens, indicat ejus visciditatem, flatulentiam, acorem.

LXXXII. *Dysorexia* in Dysenteriis longis, aliisve morbis chronicis cum Febri lentâ corporis consumtionem portendit. Extra Febrim *languens appetitus* indicat gastrici liquoris penuriam, aut visciditatem, aut inertiam, & hinc languentes interdum longo tempore vires, chronicique alicujus Morbi accessum. Post *Appetitu deficiente.*

P 5 inter-

intermittentem autem Febrim restans Alimentorum fastidium recidivam morbi prædicit.

Siti. LXXXIII. Si quis *sitim non sentiat*, præsente ad eam dispositione; vel *sitiat* cùm *sitire* non debet, & *non sitiat* cùm sitire deberet, signum est corruptæ spirituum dispositionis.

Dejectionibus. *LXXXIV. Dejectiones* crebræ *versicolores*, vel *virides, lividæ, æruginosæ, cruentæ, aquoso-biliosæ*, in Febribus acutis, malignis, in Variolis, Morbillis, imò & in morbis Thoracis funestæ observantur.

Extra Febrim. *LXXXV. Diarrhœa* extra Febrim per unum, alterumve diem *durans* Sanitati confert, cœteris paribus, modò intra septimum diem cesset.

Vomitibus. *LXXXVI. Vomitus* in principio Febreos acutæ non diu durantes periculosi nondum sunt, sed non cessantes, præprimis in augmento morbi evadentes virides, nigræ, lividæ, diversicolores, rubræ, flavæ, aquosæ, fœculentæ, exitiosæ sunt. Sed & *Fæcum evomitio* in Iliacâ passione lethalis est; non secus atque *Vulneratorum vomitiones* perniciosæ observantur.

Sudoribus. *LXXXVII. Sudores nocturni* cum Virium imminutione, continuantes longo tempore, hectici sunt: post cœnam autem largiorem aut in Febribus criticè obvenientes cum levamine symptomatum, salutares existunt, copiosi licèt. Sed & Sputatoribus iidem conducunt: Apoplexiâ autem forti afflictis, cum respirandi difficultate, Sudor largus toto corpore primùm calidus, postmodum autem frigidus emanans, proximè instantem præsagit mortem.

Mictione. *LXXXVIII. Larga mictio* in Febribus acutis, criticè & cum euphoriâ contingens, evadit salutaris; sed sine levamine, aut extra tempus criseos, cum majore virium jacturâ occurrens, discrimen portendit. In intermittentibus quoque Febribus Hecticæ præludium est.

LXXXIX.

LXXXIX. *Hæmorrhagia narium critica*, & levamen afferens, nec modum excedens, in Febri acutâ salutem portendit. Stillicidium verò narium per vices accedens & cessans, minimè criticum, sine mitigatione Symptomatum, plerunque funestum est. *Hæmorrhagia.*

XC. *Mensium fluxus* in Febri acutâ & malignâ, sive ordinario, sive extraordinario tempore contigerit, pessimi ominis est, nisi manifestum & constans levamen symptomatum afferat, morbique vim luculenter frangat. *Fuxu mensium.*

XCI. *Hæmorrhoidum* autem *fluxus moderatus*, uti in quovis morbo, ita præprimis in Febribus æstum Sanguinis ptæternaturalem temperare, & salutem afferre potest. *Hæmorrhoidum fluxu.*

XCII. Sicubi Homines in Febribus continuis, aut Variolis circa dies criticos *spuere incipiant*, & *pergant*, cum *signis* quoque *coctionis* in Urinâ apparentibus, videlicet sedimento aut enæoremate, de propinquâ sanitate certi esse possunt, si nullum in Diætâ errorem interea commiserint. In Morbis autem pectoris Sputum apparens æquale, minimè fœtens, neutiquam sanguineum aut purulentum, quodque nec magno cum dolore, nec cum difficultate notabili ejicitur, hactenus periculo vacat. *Sputo & signis coctionis in lotio.*

XCIII. *Abdominis valida tensio* in acutis Morbis ad alvi laxitatem non remittens, subinde dolorosa, discrimen non leve portendit. *Tensione abdominis.*

XCIV. *Apostemata critica*, quibus materia morbifica omnis è corpore expellitur, & sanguis depuratur, salutaria sunt. *Parotides* autem vel *Bubones* maximè dolentes, lividi aut nigri, ad maturitatem non pervenientes exitiosi habendi. *Abscessibus.*

XCV. *Color flavus*, *citrinus* aut *lividus* Cutis, cum repentinâ carnis consumtione in Morbis acutis certam ferè mortem indicat. Sed & juxta Hippocratis *Colore cutis.*

effatum

effatum periculo non vacat, si corporis habitus i magno morbo nihil planè mutetur.

Lingua & Oculis. XCVI. *Luminis* in acutâ Febri *impatientia*, *Oculorum illacrymatio* aut *perversio*, vel *variata eorum magnitudo*, quâ alter altero minor evadit; *Linguæ* siccitas, durities, nigredo, scabrities, aliquando & ardens rubedo, cum Faucium inflammatione, funestum morbi exitum designant.

Faucibus. XCVII. *Faucium* autem *dolores* sine tumore; vel earundem *exulceratio*, aut tumor Linguæ, cum degluttiendi magnâ difficultate, in Febribus acutis, in Dysenteriâ &c. plerumque exitium portendunt.

Frigore & calore corporis. XCVIII. In acutis Febribus si externæ partes maximè frigeant, internæ verò quasi urantur: si caput pedes & manus frigore molestentur, ventre & lateribus plus minus calentibus, perniciei indicium est.

Facie & digitis. XCIX. *Facies* maximè *rubicunda*, ex sanguine in vasis capillaribus velut stagnante; digitis & unguibus evadentibus lividis cum maximâ corporis gravitate & lassitudine, mortis propinquitatem indicant.

Facie Hippocratica. C. *Facies* tandem *Hippocratica*, ab Hippocrate in *Aphorismis* depicta, instantis certæ mortis signum est: consistit illa in *Colore faciei livido*, *Oculis cavis nihil videntibus*, *Auribus frigidis nihil audientibus*, *Naso frigido & acuto vel collapso nihil odoraante*, *tandem & fœtore cadaveroso è corpore exhalante.*

Signa critica CI. *Signa critica* sunt, quæ Morborum crisin sive solutionem qualemcunque indicant. *Crisis* verò de- *Quid Crisis?* finitur communiter, quòd sit repentina vel paulatina quædam Morbi ad salutem vel mortem, cum insigni perturbatione corporis contingens mutatio; à feliciore vel infeliciore tam solidorum, quàm fluidorum motu & fermentatione orta.

Sex solutionum differentiæ. CII. *Subjectum* Criseos præcipuum sunt *Febres continuæ & acutæ*, atque hæ sex ferè modis ad mortem

vel

vel salutem terminantur & solvuntur: nimirum quando 1. Ægrum subitò aut brevi temporis spatio è vivis abripiunt. 2. Eum repente tam naturæ robore, quàm remediorum adminiculo, benedicente Deo, deserunt, & pristinæ sanitati remittunt. 3. Subitâ solutione mutantur in melius, 4. Subitâ solutione mutantur sive terminantur in pejus. 5. Paulatinâ solutione Æger ad sanitatem redit. 6. Tandem lentâ solutione mortem Ægro afferunt.

CIII. Hinc *Crisis* non malè dividitur in *perfectam*, quâ morbus perfectè solvitur, sive ad sanitatem, unde *salutaris* dicitur; sive ad mortem, unde *lethalis* appellatur; & *imperfectam*, quâ Febris non integrè solvitur, sed paulatim mutatur *in melius*, aut *deterius*. *Crisis perfecta.* *Imperfecta.*

CIV. *Crisis* sive *solutio morbi* fit multipliciter, & quidem nunc per *manifestam quandam excretionem*, nunc per *metastasin* sive depositionem humoris morbifici in partem quandam corporis. *Prior* fit vel per *Hæmorrhagiam* quandam, vel per *Alvi fluxum*, vel per *Urinam*, vel per *Sudorem*, vel per *Salivationem*, vel per *Tussim* & *Exscreationem copiosam*. *Posterior* contingit plerunque vel per *Exanthemata* cutis, sicut in Variolis, vel per *Tumorem* & *Abscessum* aliquem sive in externa parte glandulosâ, cujusmodi solutio melior; sive in interno quodam Viscere, quæ multoties Hecticam post se trahit. *Modi solutionis.*

CV. In Regionibus orientalibus *Dies* observari olim *critici* consueverunt, septenario videlicet circuitu definiti, quales erant dies, 7. 14. 21. 28. 34. & 40. Quibus adjunxerunt *Dies*, futuram diebus illis crisin *indicantes*, quaternario circuitu descripti, qui erant *quartus*, indicia futuræ die Septimo criseos præbens, item *undecimus*, *decimus septimus*, & *vigesimus quartus*. Verùm in hisce Regionibus ejusmodi dies tam exactè minimè observantur, cùm adhibita *Dies critici.* *Indicantes*

hibita medendi methodus naturam partium corporis ita afficere ſoleat, ut incertis profectò, aut quibusvis ſine diſcrimine diebus ſolutio contingere queat.

Signa futuræ ſolutionis. CVI. Cùm *ſigna Chylificationis & Sanguificationis* ſive *Coctionis*, non melius quàm in Salivâ atque Urinâ, ſubinde & in Excrementis alvinis appareant, *Criſisq́ʒ* adeo *perfecta* morborum & *ſalutaris* nunquam ante ſtatum contingat, palam eſt, quô citius talia ſigna coctionis apparent, eô citius quoque ſperandam eſſe Criſin; ita v. gr. ſi quarto, quinto, aut ſexto morbi die ſigna illa præſentia ſint, nono, decimo aut undecimo, citius vel tardius expectanda erit Solutio. Inſtare autem Criſin ſignificabunt inquietudo Ægrotantis, anxietas, & inſolita quædam phænomena alia in ipſius corpore contingentia; inprimis verò nox vel dies ante criſin ipſi evadet gravis & moleſta.

Ejusq́ʒ modorum. CVII. Phænomenorum autem ejuſmodi differentia teſtari quoque poterit de *modo futuræ Criſeos*, an per hanc vel illam *excretionem*, per *Abſceſſum*, aliumve modum acceſſura ſit illa. Quâ in re certè morbi indoles, Ægri temperamentum, ætas, regio victus præcedens, ſanguinis motus & turgeſcentia, aliæque præterea circumſtantiæ conſiderandæ veniunt.

Bonæ Criſeos. CVIII. *Bonam & ſalutarem Criſin* exinde cognoſcimus, quod ſigna 1. Criſeos & coctionis præceſſerunt in Urinis & Excretis. 2. Quòd excretio naturæ morbi conveniens accidat. Et 3. quòd abſolutâ criſi ſymptomata remittant, Febris ceſſet, & Homo meliorem faciei colorem adipiſcatur. Quando autem contraria ex Criſi factâ eveniunt omnia, morbus aggravatur, Æger in pejus ruit, vires deteriores redduntur, *mala* hæc *funeſtaq́ʒ* criſis eſt dicenda, Denique quando ſolutione morbi qualicunque factâ Æger neque melius neque pejus habet, ſignum eſt *imperfectæ criſeos*, & longitudinis morbi.

Funeſtæ ſolutionis.

CIX.

CIX. Quod ſi in Febri admodum acutâ natura ſit *Signa criſeos*
:obuſta, ſudori & aliis evacuationibus aſſueta, ſi pul- *per Excre-*
ſus magnus & fortis, viæ excretionum apertæ, tempus *tionem.*
æſtivum, atmoſphæra calida, ſolutionem morbi per
excretionem quandam futuram eſſe indicatur. Si
utem Morbus eſt minus acutus, vires debiliores, ma-
eria morbifica craſſior, Urinæ longo tempore crudæ
& tenues, partes externæ imbecillæ, natura humorem
norbificum eô depellendi diſpoſita, tempeſtas & at- *Per Abſceſ-*
noſphæra frigida; tum indicium majus eſt, criſin per *ſum.*
per Abſceſſum futuram.

CX. *Salutares* excretiones æſtimantur, quando *Excretiones*
evacuatur humor peccans, isque coctus, quantitate *criticæ bonæ.*
ebitâ, die critico, juſto modo, per loca convenientia,
cum ſymptomatum remiſſione. Quando autem con-
raria his apud Ægros accidunt, *malæ, periculoſæ* & ali- *Malæ.*
quando etiam *lethales excretiones* veniunt reputandæ.

CXI. Ita quoque illi *Abſceſſus critici boni* atque
alutares erunt, qui ſatis extumeſcunt, figurâ pol- *Abſceſſus*
ent acuminatâ, materiam in ſe habent laudabilem, *critici boni.*
æqualiter ſuppurantem, in circuitu duri non ſunt,
ui colore præditi primùm cuti concolore, dein ſen-
im juxta aliqualem duritiem & ardorem rubente, tan-
em per ſui faſtigium molle acuminatum denuò al-
ente durant, citò ſatis matureſcunt, neque evaneſ-
unt, antequam perfectè ſuppuraverint. *Mali* verò,
erniciosi, vel certè *periculoſi Abſceſſus* in tumorem non *Mali.*
atis altum faſtigiantur, non evadunt hinc acuminati,
naturantur inæqualiter ac tardè, duri circum circa
unt, colore magis rubro-livido, aut nigricante, ac in
mbitu majores & ampliores, quàm par eſt, apparent,
nbinde evaneſcentes, antequam ſuppuraverint.

CXII. Per *Hæmorrhagiam narium* futuram eſſe
Criſin indicant dolor capitis circa frontem, rubor *Signa criſeos*
aciei, pruritus & dolor pulſatorius in naribus; pul- *per Hæmor-*
us vehementior arteriarum temporalium, oculi *rhagiam.*
flammei

flammei, ac ſponte vel invito homine lacrymante ſplendores viſui obverſantes, cum aliquali interdu caligine. Quibus addenda Ægrotantis ætas, co ſuetudo, natura, anni tempus, præſens tandem A moſphæræ diſpoſitio.

Per Sudorem

CXIII. *Per Sudorem* Criſin imminere præcogno cere poſſumus, ex Urinæ paucitate, cutis mollit pulſu fluctuante, undoſo & molli, tranſpiratio validâ, inquietudine, pruritu cutaneo.

Per Vomitum.

CXIV. *Per Vomitum* eam futuram ſuſpicabim ex præſente nauſeâ, faſtidio aſſumendorum, vent culi morſibus, cum cephalalgiâ, vertigine, caligi aliquali, ſputo oris frequenti, horrore, aut rigo aliquo corporis frequenti, pulſu duro ac inæqua nonnunquam & dyſpnœâ.

Per diarrhœam.

CXV. *Alvi fluxum criticum* præ foribus eſſe ind cant ſtrepitus & obſcuri dolores ventris colici, cu aliquali inflatione abdominis, lumborum cruciat genuum gravitate, Urinarum fluxu parciore.

Per Urinam.

CXVI. Quando inclinat natura ad Criſin per Ur nam inſtituendam, aderit hypochondriorum grav tas, & inflationis ſenſus circa Veſicam; Urinaru quantitas dein incipit augeri, & Æger mingendo a dorem lenem quendam ſentit; alvus evadit ſegnis; ſu dor atque tranſpiratio inhibentur, aliarum deniqu Criſium ſigna abſunt.

Per Catamenia.

CXVII. Quòd ſi in Fœminis lumborum acced æſtus & dolor gravans, hypochondriorum tenſio, in ſtat tempus Menſium, atque ſymptomata alia hoc ipſ tempore evenire conſueta comparent, indicium eſ Criſin per Menſium fluxum erupturam.

Per Hæmorrhoides.

CXVIII. Tandem *Hæmorrhoidum fluxu* morbun terminaturum eſſe indicabunt tenſio lumborum cu æſtu, dolor in ano vel circa anum pungens & ardens, in primis ſi Æger huic fluxui ſimul fuerit aſſuetus, Alv teneſmus.

EPI



EPITOMES NSTITUTIONUM MEDICINÆ PARS IV. HYGIEINEN comprehendens.



§. I.

Rimaria Artis medicæ *pars* eſt ea, *quæ media tra-* *Primaria partes Medicinæ.*
- *ctat, quibus aut firma conſervari, aut labefactata*
ſtitui valet ſanitas: illud *Hygieine*, hoc *Therapeuſis*
citur, vel *Therapeutica*.

II. *Hygieine* quidem reſpicit legitimum regimen *Hygieine.*
erum ſex nonnaturalium pro ſtatu ſalubri conſer-
ando, & infirmitate præcavendâ, tam in genere
ro quibuſcunque hominibus, quàm in ſpecie pro
naquaque determinata ætate, ſexu, vitæ genere,&c.
l quod vulgo *Diætæ* nomine venire ſolet. Adeo-
ue *Hygieine* quarta poteſt dici pars Medicinæ de
anitate tuendâ, docens quomodo per uſum ſex Re-

rum

rum nonnaturalium decentem ſanitas præſens con-ſervari queat. Quo in ſtudio ratio eſt maxima Sto-machi atque Inteſtinorum habenda; ut Appetitus bonus, Chylificatio recta, Excretiones alvinæ ſem-per benè procedant, atque ſequentes regulæ quàm optimè perpetim ad animum revocentur.

Regulæ ob-ſervandæ.

III. 1. *Errores & vitia primæ coctionis non corri-guntur in ſequentibus coctionibus*, i. e. ſi quod alimen-tum in Ventriculo & Inteſtinis, ceu primis viis non probè attenuatum, ſecretum, exaltatum, aut ſubactum fuit, nequaquam in ſequentibus coctioni-bus fiet, non acorem, non viſciditatem, non ſal-ſedinem, non cruditatem, ſi quàm habet, deponet. 2. *Omne nimium eſt naturæ inimicum & noxium*, ut-pote quod ipſa ferre, quod ſuperare nequit. 3. *Con-ſuetudo eſt altera natura*, ab illâ hinc temerè non eſt recedendum: *Conſueta enim longo tempore, etſi dete-riora ſint, minus tamen moleſta eſſe ſolent*, quemad-modum benè docuit Hippocrates noſter *Sect.2. Aph.* 50. Conſueſcere videlicet non vult quid aliud di-cere, quàm alterari. 4. *Natura nihil agit temerè*, ſed ſecundùm capacitatem ſuam, & quaſi cum ra-tione agit, quicquid agendum ſuſcipit. 5. *Natura non facit ſubitas mutationes*, hæ enim fiunt contra naturam. 6. *Natura ipſa eſt medicatrix &c. morbo-rum*, ipſe verò Medicus audit Naturæ miniſter, hanc ſequens tanquam ducem.

Fundamen-tum Diætæ.

IV. Fundamentum legitimæ *Diætæ* pro ſanitate conſervanda, ſeu legitimum regimen Rerum 6. non naturalium, ſubminiſtrat *Celſus l. 1. de Remed. cap. 1.* inquiens, *ſanus Homo, qui & benè valet, & ſuæ ſpon-tis eſt, nullis ſe obligare legibus debet, ac neque Medico, neque aliptâ egere, id eſt nullis ſtrictis diætæ legi-bus ſe alliget, ſed ſua libertate utatur.* Hunc, inquit, *oportet varium trahere genus vitæ, modò ruri eſſe, mo-*

dò

ò in Urbe, *sæpiusq; in agro, navigare, venari, quiescere* *nterdum, sed frequentius se exercere, siquidem & igna-* *ia corpus hebetat, labor firmat; illa maturam senectu-* *m, hic longam adolescentiam parit. Prodest etiam in-* *rdum Balneo, interdum Aquis frigidis uti, modò un-* *, modò id ipsum negligere: nullum cibi genus fugere,* *uo populus utatur, interdum in convivio esse, interdum* *b eo se retrahere, modò plus justo, modò non amplius* *sumere: bis de die potius, quàm semel cibum capere,* *semper quamplurimum dummodo hunc concoquat.* Cùm utem ex Hippocratis doctrina *Consuetudinis* maxima t vis, & in aliam transmutandi naturam efficacia, us dictamen in Rerum nonnaturalium usu inpri- nis est observandum.

V. Sanitatis verò conservandæ medium docet lem *Dictator* noster l. 6. *de Morb. popular.* §. 4. dum quit: *Sanitatis studium est, non satiari cibis, & im- grum esse ad labores.* Morbos verò præcavendi ra- ionem idem subministrat, dum inquit: *Quiete, & bstinentiâ multi magni morbi curantur.* Hinc enim ctè *Sobrietas* totius Diætæ *cardo* ab *Helmontio* ap- ellatur. *Medium Sanitatis tuendæ.*

VI. In specie pro *Ætatum* diversitate, & inde ependentibus aliis circumstantiis ad conservandam anitatem, *Diæta* est ita ordinanda, ut vigor vitalis er legitimum usum Rerum nonnaturalium conser- etur, Morbi verò congrui, seu qui unicuique ætati agis familiares sunt, maturè avertantur. *Diæta ætatum.*

VII. *Infantum* quidem, qui familiariter affligun- ur Affectus morbosi utplurimum non *nisi ex vitiato ctis coagulo,* indeque oriundo *muco* impensè *acido pontico originem ducunt:* id quod excreta inde per vum viridia, seu porracea & æruginosa, sufficien- er declarant; hæc enim utplurimum acidum spi- ant, vel alio peregrino charactere insignita sunt. *Infantum.*

Remedia diætetica. VIII. Hinc præter Remedia *anisata*, lac corr-gentia, & terrea alcalina acidum absorbentia, u *Lapilli Cancrorum, Corallia, Cornu Cervi, Sperma c. ti, Antimonium diaphoreticum, Specif. stom. Poter Eb. ppt.* &c. inprimis laudo; *Salia volatilia, Tenellis* in-signiter conducentia, præsertim blandè *aromatisat.* seu *oleosa*. Hæc inter excellunt præ cæteris *Liqu. CC. succinatus, Sal vol C. C. Fulig.* it. *Spiritus sal ammoniaci anisatus, fœnic.*

Ætatis divisio. IX. *Ætas dividitur* in *crescentem, consistentem & declinantem*: cujus *divisionis fundamentum* consist. in sanguine, qui in *Infantibus* est instar Musti, i. *Juvenibus* & *Viris* instar Vini generosi, in *Senibu.* instar Vini acescentis. Alias circumscribuntur *ætat.* per *septenarios*, in quibus jam mutationes fiunt; a. originem hæc sententia trahit inde ab *Ægyptiis* atqu. *Pythagorâ*, qui multum tribuerunt numero *septena-rio* & *quinario*: hinc dependet etiam *ratio Crisium* quæ per 7. circumscribuntur dies, ita ut septimo, de-cimo quarto, & vigesimo primo fiant eædem perfectæ. Similiter hinc nata est *supputatio annorum climacte-ricorum*, per numerum septenarium & quinarium: ita ut illi sint habendi primarii, hi secundarii.

Diæta Virorum. X. In *ætate consistente*, dum M. S. in suo consti-tuta est vigore & spirituascentia instar Vini generosi, observandum cautè, ne vel nimias concipiat effer-vescentias ebullitionesque, periculosorum Morbo-rum acutorum autores; vel citò nimis in suo vigore deficiat ad præmaturam senilem debilitatem, in-primis per intensiores & crebriores in studiis me-ditationis.

XI. Ibi ergo caveantur nimis generosa *Alimenta*, nimii *Motus*, primariò *animi*, secundariò *corporis*, & tandem nimia *Venus*. Sed per consuetum, simul ta-men moderatum, illorum usum, æquabilis *Sangui-*

nis

: conservetur *motus* & *fermentatio* : cujus ferocior
petus *fixioribus*, inprimis *nitratis*, refrænandus,
irituumque efferus motus *opiatis* sistendus. Hic
rò in Senio *spirituosis volatilibus* & *aromaticis* spiri- *Senum.*
um vigor conservandus, & moderato cautoque
bratorum usu sustentandus.

XII. *Seniles affectus* ex remittente sanguinis fer-
re, & Stomachi deficiente digestione dependen-
s, per generosius Vinum & moderatum gaudium,
m aromaticorum volatilium temperatorum usu
centur.

XIII. Nihilominus arbitramur, eos omnes, qui *Remedia prophylactica.*
osperâ semper valetudine gaudent, atque tempe-
è vivunt, sine considerabili necessitate *medicinis*
i non debere, utpote à quibus lædi magis quàm
vari possent. Si verò quis credat, se aliquas in
rpore cruditates, morbum fortè producturas, coa-
rvâsse, sanguinisque abundantiam habere, quo-
nnis ille hactenus poterit blando *purgante* assumto,
Venæsectione admissâ sese à morbis præservare. Ne-
e heic meliorem & securiorem purgationem in-
nimus, quàm quæ *Pilularum Emanuelis*, aut *Fran-
furtensium* s. *Angelicarum* assumtione, aut *Infusi
abarb. cum Foliis Sennæ* ac *Mannâ* ingurgitatione
æstari solet.

XIV. Olim quidem *Anglorum Regi scripsit Schola* *Diæta singulares plurima.*
a Salerni rythmico carmine regulas vivendi cer-
s, ad Sanitatis tutelam sedulò observandas. Sed
im cùm *universalis* ejusmodi *Diæta* non omnibus
omiscuè Hominibus applicari queat, & unusquis-
ne potius singularem, suæque naturæ convenientem
vendi rationem desideret, mille tales forent pro
illibus præscribendæ regulæ, utpote singulis pe-
liarem & ab aliis diversam naturam habentibus.
uin crediderim, unumquemque in tali negotio

optimum ſibimet ipſi Medicum eſſe poſſe, & accuratius noviſſe, quæ ſibi vel proſint, vel noceant modò probè attendere ad ſingula in corpore ſuo, e his vel illis aſſumtis contingentia, ſalutaria vel inſalutaria phænomena cupiat.

Morborum hæreditariorum origo.

XV. Quando igitur *fundamentum ſanitatis* Liberorum à Parentibus in horum generatione ponitur atque à gravidâ Matre vel roboratur, vel infirmatur, vel convellitur, palàm eſt, Morbos hæreditarios omnes ſuam originem nunc à concurſu Seminum in mutuo concubitu, nunc à Succo, quo Infans in Utero nutritur; nunc denique à Lacte, quod idem extra Uterum pro ſuo alimento ex Uberibus maternis ſugit, trahere. Unde Gravidis atque ac Lactantibus Fœminis conveniens diæta eſt obſervanda.

Diæta Prægnantium.

XVI. Et *Prægnantibus* quidem nocent ea *primùm* omnia, quæ Spiritus animales, vel Sanguinis laticem quoque impetuosè commovent. *Secundò*, quæ in Ventriculo & Inteſtinis facilè fermenteſcunt, aceſcunt & Chylificationem depravant. *Tertiò*, quæ Uterum mediatè aut immediatè irritant, convellunt, vel concutiunt. Unde Gravidæ fugere debent omnia fœtida & graveolentia, omnes cibos admodum flatulentos, & maximè fermentantes, valdè acres & aromatiſatos multum; Medicamenta purgantia vehementiora, diuretica potentiora, aloëtica & ſanguinis naturalem motum vehementer turbantia; largiores Vini, inprimis generoſi hauſtus, Cereviſiæ adhuc recentis potum immodicum, atque intempeſtivum; motum & agitationem corporis vehementiorem, animi paſſiones graviores, remedia quoque ſternutatoria, & emmenagoga, Clyſmata acriora, ponderum graviorum elevationes, brachiorum diſtenſiones validas, pedum divaricationes magnas & crebras, cincturam corporis nimis arctam,

ejus

us denique concussiones graves & frequentes, dum quo vel curru vehuntur. Si quæ vel plethorica est, el sanguine sufficiente & valdè acri salso pollet Fœmina, quæ menstrua semper copiosa habuit, ei onvenit instituta semel vel aliquoties tempore inravidationis Venæsectio, Abortum feliciter præcaere idonea. Institui debet pro re natâ medio geationis tempore, aliquando etiam citius, si indicaones adsint, sed & ultimis quoque mensibus.

XVII. *Puerperæ* tractandæ veniunt circumspectè, anquam plus minus graviter vulneratæ: nutriendæ unt *Victu tenui*, optimis *Jusculis*, etiam *Infuso foorum Theé & Saniculæ* cum mediâ parte *Aquæ & Lactis amygdalini* parato, per aliquot dies; dein paulatim exhibebuntur *Carnes teneriores*; Potus erit ctidui plus minus spatio *Decoctum C. C. Hordei, Agrimon. Liquirit. & Semin. Coriandr.* Transpirationem habere debent liberalem, ob lacteum succum b Utero nunc ad Mammas assurgentem, corpus in ontinuo ferè madore, sed eo temperato & æquali onservare debent; Lochiorum fluxus temperatus ninimè arcendus, revocandus si ante tempus cessaverit; A frigore qualicunque, ab acidis, acribus, aldè fermentantibus, ab Animi passionibus sibi studiosè cavebunt: atque sic tutæ præstabuntur à Febribus inflammatoriis, à Putredine qualicunque, à Gangrænâ & Sphacelo, à vehementibus denique Matricis ese constringentis doloribus. *Puerperarum.*

XVIII. *Infantes* modò in lucem editi in *Balneo* æquæ dulcis non nimis calido, cui aliquid *Lactis*, vel *Seri lactis*, vel *Vini* permisceri potest, statim proè toto corpore ad extergendas sordes cutaneas lavabuntur; neque ipsis mox *Lac* vel *Pulmentum* deglutiendum ingeretur, sed per unum vel alterum diem ad extergendum nocens facilè Meconinm præ- *Infantum recens natorum.*

 bebitur

bebitur lambendum *Mel cum Oleo Amygd. dulc. re-expr.* vel *Butyro recenti non ſalito*; imò ſi Meconium prodire cunctabitur, vel *roſaceum Mel* ſumetur, vel *Syrupus Roſar. ſimpl. ſol.* miſcebitur, atque ſimul addi poterit *Pulvis* qualiſcunque *abſorbens*, quemadmodum ſunt *Corall. rubr. ppt. Ocul. 69 ppt. C. C. phil. ppt. Ebur phil. ppt. Antim. diaphor.* Præterito uno vel altero die Infans uberibus maternis applicabitur, ad exſugendum etiam primum ſeroſum Lac, Coloſtri nomine veniens, & Meconium ulterius expurgandi virtute pollens; ſed tum ipſi Puerperæ ſimilis pluribus vicibus Pulvis abſorbens cum Infuſo Herbarum exhibebitur. Deinceps verò Infans Lacte materno non ſecus atque Pulmentis minus viſcidis nutrietur, neque id adeo ſuperfluè, ad evitandas Meſenterii & Vaſorum lacteorum obſtructiones. Nocent Infantibus omnia acida, viſcida, frigida; nocent ſalſa, mellita, & ſaccharata copioſa, nocent vigiliæ & terrores, nocet Lac Matris vel Nutricis irâ vel terrore afflictæ, aut triſtitiæ, odio &c. indulgentis, vel Febri, aliove Morbo Lac corrumpente laborantis. Prodeſt tandem Infantibus transpiratio cutanea, frictionibus quotidianis, & Balneis hebdomadariis promota.

Puerorum & Adoleſcentum. XIX. *Pueris & Adoleſcentibus*, voracibus præcipuè, danda quandoque blanda *emetica* ad eliminandas cruditates acido-auſteras, viſcidas; danda ſubinde *anthelmintica*, ad expurgandam, quâ ſæpè ſcatent, ſaburram verminoſam: prohibenda multa *mellita*, & *ſaccharata*, omniaque Muſcarum ovulis & excrementis conſpurcata: ſubtrahenda nimia *fructuum horæorum* quantitas; nec concedendi hauſtus *aquæ gelidæ* corpore æſtuante; exercitia verò corporis non excedentia ipſis imperanda; ſed & animus eorundem maturè ad benè ratiocinandum, ad ſtudium elegan-

egantium morum & virtutum diligenter ſectan-
um, ad elementa *Arithmeticæ*, *Geometriæ*, *Geogra-
iæ*, aliarumque Matheſeos diſciplinarum, omni-
s vitæ profeſſionibus utilium, pro memoriæ & ju-
cii exercitio, addiſcenda incitandus, urgendus,
mulandus. Denique ab intemperantiâ, inconti-
nentiâ, ſcurrilitate, aliisque, ſanitatem quocunque
odo offendentibus vitiis, ſollicitè ſunt abſter-
ndi.

XX. In *adultâ* & *virili ætate* quilibet ſuus ipſe edicus eſſe debet, & attendere probè, quid quan-mque in ſuâ vitæ conditione proſit vel obſit, quid leant vires, quid ferre recuſent: mediocritatem omnibus ſervabunt, Domini erunt ſuarum actio-um, Moderatores ſuarum paſſionum, temperantes, ntinentes, modeſti, hilares atque læti. *Adultorum ac Virorum.*

XXI. *Senes* tandem ſui quoque corporis animi-e vires examinabunt, ſtomachi, & chylificatio-s felicis rationem habebunt. *Cibis* euchylis & peptis indulgebunt, ſcorbuticæ Intemperiei ma-mè reſiſtentibus, *Vinum* ordinarie bibent mode-tè, idque optimum, *Aquâ* ſalubri dilutum: Men-s tranquillitati gnaviter ſtudebunt, omnem iræ, me-is, triſtitiæ, odii, atque terroris occaſionem ſolli-tè vitabunt: Somno & Vigiliis, Motui & Quieti orporis moderatam operam dabunt: *Vini Hunga-ci, Cretici, Hiſpanici, Frontiniaci muſcatellini, Vul-rreni*, ſimiliſve aliûs generoſi, hauſtulorum oſores on erunt; etiam *Succolatam Indorum*, *Decoctum ranorum Coffeé toſtorum*, *Infuſum folior. Theé* non ormidabunt; denique Excretiones ſui corporis na-urales, ut debitâ ratione contingant, ſollicitè pro-idebunt. *Senum.*

XXII. Nimirum ita comparatum eſt cum cor-oris noſtri fabricâ, ut fibræ illius minimæ cum æta- *Imminutio naturalis.*

te evadant admodum rigidæ, vascula subtilissim coalescant in fibras humoribus transmittendis ine tas, adeoque impervias; ut vasa quoque majo paulatim exiccentur, indurescant, arctentur, co trahantur; ut hinc difficilis mobilitas, siccitas imminutio, sive decretio senilis accedant; tandem que mors ita naturalis subsequatur.

Qui longævi evadere possunt.

XXIII. Si de *Longævitate* adquirendâ quæratu illi demum sibi talem felicitatem promittere & com parare poterunt, qui concepti & geniti sunt à Paren tibus, ita notavit *Cel. Boerhaven*, optimè sanis, ve getis, plenæ ætatis, rarâ sed fervidâ satis vener post perfectam in somno tranquillo Chylificatio nem matutino tempore, & salubri vernâ tempestat utentibus: qui nati sunt in mense quodam hyber no, Decembri, Januario aut Februario, post abso lutum in Utero materno integrum novimestre spa tium: quorum Mater toto tempore impraegnatio nis optimè habuit, suum probè, non immoderate corpus exercuit, mentem tranquillam semper, & gravibus pathematibus omninò vacuam habuit, ne ullum simul alium Fœtum gestavit: quorum porro machina corporea lentum, & maximè æquabile, mo lis & virium incrementum, usque ad 25. vel 30. æta tis annum impetravit: quorum thorax est latus, am plus, abdomen gracile & compressum, humeri brachia, femora, crura, existunt firma, torosa, car nosa, hirsuta, densis, setosisque pilis hirta: qui cranio gaudent magno & capaci, maximè ad occi put, non à parte faciei apparente, sed fallaci specie; quibus cutis est firma, dura, caro prolixa, adeps mo dicus: quorum sanguis floridus, crassus, citò & sa tis validè in molem pulchrè rubicundam, tenacem que concrescit; qui respirationem habent magnam, plenam, lentam, facilem, æqualem, cum minimá ap parente

arente mutatione organorum pneumaticorum:quo-
m pulſus cordis & arteriarum eſt ſimiliter plenus,
rtis, magnus, æqualis, conſtans, nec leviore à cau-
facilè mutabilis: qui alvum habent minimè ſeg-
em, ſine incommodo ſiccam; urinas ſufficientes,
benè coctas, ſudorem rarum, ſomnum bonum,
qualem, inſomniis nullis interruptum, reficientem:
ui appetitu gaudent lauto, digeſtione facili ac feli-
, laborum tolerantiâ laudabili, mentis denique
l mutationes qualeſcunque occurentes conſtantiâ
lmirandâ.

XXIV. Taliter itaque diſpoſiti Homines *Longæ-vitatem*, Deo gratiosè indulgente, adipiſci poterunt, modò conveniens vitæ regimen ſtudiosè obſervare elint. Debent autem hi ante omnia corporis ſui nctiones ita inſtituere atque dirigere, ut alimento-um naturale deſiderium, perfecta digeſtio, chyli ptimi diſtributio, nutritii ſucci diſpenſatio, & aſ-imilatio, deperditarum particularum reſtauratio, acrementi corporis neceſſarii adquiſitio, excremen-orum per emunctoria quævis ſecretio ac depoſitio ontinuè, blandè, probè, ac ſufficienter procedant. Quem in finem moderato corporis labori & exerci-o ſemper operam dabunt, etiam ad levem quan-am laſſitudinem; vitamque omnivariam, juxta *Celſi* præcepta ſuprà allegata, tranſigent. Domini i erunt ſuæ mentis operationum, & paſſionum quàm naximè; manſuetudinis, æquanimitatis, tranquilli-atis ſtudioſi acerrimi, fugientes cane ſemper pejus angue, quæcunque vel ad iram provocare, vel ter-orem incutere vehementem, vel triſtitiam, alios-ue animi affectus enormes, ſanitati nocivos affer-e poſſent; omnia hujus vita momenta, & quæ-unque in eâ accidunt, tanquam Mundi vanitates ntuebuntur; variabunt crebrò ſuas occupationes, atq; ita

Diæta ad vitæ longævitatem adquirendam.

ita tractabunt, ut nullam inde mentis perturbationem sive metuere, sive expectare debeant. Aëre utentur omnivario, qui quidem nullam in humoribus vel spiritibus alterationem nocituram producere valeat; quantum licebit, puro semper, ac temperato, lucido. *Cibis* vescetur simplicibus, optimi succi, probæ digestionis, omnis generis, tempestivè ac moderata quantitate, robur corporis sive augentibus, sive conservantibus. *Potus* ad sitim erit Aquæ purissimæ frigidæ, vel *Decocti* alicujus v. gr. *Radicis Chinæ, Caryophyllatæ, Ligni Sassafr. Semin. Anis. Coriandr.* &c. Interdum & *Vini* vel *Cerevisiæ optimæ* haustus moderatus ad alimentorum meliorem digestionem valebit. Balnea aquæ dulcis confortantia subinde usurpabuntur, vel Laconica quoque. De reliquis consuli poterit *Dissertatio* Institutionibus his subnexa de *Adquirendæ vitæ Longævitate.*

Alimenta quid.

XXV. Quò autem quis tanto melius scire possit, qualia præcisè *alimenta* ad Sanitatis conservationem præscribere debeat; in compendio heic recensebimus eorundem qualitates. Describit autem non malè *Waldschmidius Alimentum*, esse id omne, quod corpus nostrum nutrit; sive quod motu, poris, & figuris suis, partium fluidarum ac solidarum poris, figuris & motui in corpore nostro convenit. *Alimentum* hinc *medicamentosum* illud appellat, quod præter nutrientes particulas etiam alias in se continet, corpus nostrum alterantes, & à poris atque figuris particularum sanguinis quadantenus abludentes.

Panis.

XXVI. Inter *Cibos* occurrit ante omnia *Panis*, qui probè fermentatus ac debitè coctus, non nimium salitus, in sese continet particulas blandè volatiles, salso-gelatinosas, & spiritu naturæ humani corporis amicissimo, convenientissimo turgentes, adeoque reficientes,

ficientes, & optimè nutrientes. Si autem ille viſ-
llus aut lentus, non probè coctus extiterit; vel
huc à furno calens comeſtus fuerit, tum viſcidæ
ius particulæ Ventriculum gravabunt, glandulas
us non ſecus atque Inteſtinorum obſtruent, flatus
colicam ſæpius moleſtiſſimam excitare poterunt;
anè ſicut id quoque ex Placentis recentibus, aliiſve
ſtis farinaceis calidè aſſumtis evenire ſolet, in glu-
noſas facilè cruditates abeuntibus. Omnium
ptimus autem ac ſaluberrimus *Panis* is eſſe ſolet,
ui è *farinâ triticeâ* aut *ſilígineâ* paratur.

XXVII. *Juſcula hordeacea* probè cocta alimentum nue, ſed bonum, ac facilè in Ventriculo ſuperabile, nguentibus Ægrotantibus convenientiſſimum, ſub omine *Ptiſanæ hordeaceæ*, vel *Cremoris Hordei diluoris*, præbent. Sed & *Avenacea Juſcula* particulis nuibus, facilè penetrantibus conſtantia, Febricintibus, Hypochondriacis, Aſthmaticis, Tuſſientius, Phthiſicis, &c. maximè proſunt. *Oryza* nonnil viſcidum & lentum nutrimentum, flatuſque æbet. *Milium* ſimiliter craſſum, fœculentum, ac rreſtre alimentum exhibet. *Legumina* verò oma, *Fabæ*, *Piſa*, *Phaſeoli* &c. ſiccata inprimis, maxiè flatulentum, craſſum, & viſcidum chylum producunt; hinc non niſi aromatibus, aliisve, lentorem viſciditatem corrigentibus, meliora redduntur imenta. *Juſcula varia.*

XXVIII. *Radices eſculentæ* diverſis pollent nutriis particulis; ita enim *Rapæ* illæ albæ probe coctæ, on malè nutriunt, ſed & lympham craſſam pectori npactam incidendi, acidum enorme temperandi, rinam movendi, Dyſuriæ, Tuſſi, Febri quartanæ edendi vim habent. *Radices Petroſelini* non facilè igeruntur, Urinam verò nonnihil expediunt. *Raices Paſtinacæ & Napi* copioſum dant nutrimentum, ſemen *Radices eſculentæ.*

ſemen augent, Venerem ſtimulant, ac menſes p movent. *Radices Siſari* ſimiliter optimè nutriu Urinam movent, hinc earum *Roob* inter ſpecif Lithontriptica numeratur. *Raphanus hortenſis* volatili cum multo phlegmate præditus, viſcidu primarum viarum mucum reſolvit, flatus diſcut Urinam pellit; ſed nimioperè comeſtus chylific tionem turbat, & nauſeam movet. *Raphanus ſy veſtris ſ. ruſticanus*, propter ſal volatile admodu acre & penetrans, acidam cruditatem corrigit, i cidit, reſolvit, appetitum recuſcitat, coctionem pr movet, obſtructiones Viſcerum reſerat, hinc menſ revocat, Scorbuto, Paſſioni hypochondriacæ & a thriticæ medetur. *Allium, Porrum, Cepæ, Sinap* ſale itidem volatili acri Lympham craſſam, viſc dam, lentam atque mucoſam incidendo, reſolvend emendant, humores fluidiores reddunt. Urina cient, Vermes necant; ſubinde tamen odore ſu gravi moleſta ſunt, & caput petunt. *Rapuncul eſculentus, Cinara* ſalubre, bonum, laudabile a dulce alimentum præbet.

Herbæ antiſcorbuticæ. XXIX. *Beccabunga, Naſturtium hortenſe* & *aqua ticum, Apium Macedonicum, Cardamine, Chelidoniur minus, Cochlearia, Cherefolium*, plus in ſe medica mentoſi quàm alimentoſi poſſident; juvant tame blando ſale volatili ſuo nitroſo alimentorum dige ſtionem, humores viſcidos attenuant, acidos, au ſteros, ſalſos corrigunt, obſtructiones viſcerum reſe rant, Urinam cient, menſes movent, reſpirationem facilem reddunt, ſcorbutum imminuunt, Arthritidem vagam diſſipant.

Herbæ refrigerentes temperatæ. XXX. *Cichorium, Endivia, Portulaca, Numularia Acetoſa, Lactuca, Flores Borraginis, Bellid. Bugloſſæ*, ſucco ſuo nitroſo phlogoſes ſanguinis, biliſque æſtum temperant, cruditates ſalinas primarum viarum diluunt,

earum

rum acrimoniam obtundunt, placidumque som-
um conciliant. *Asparagus*, *Lupulus*, *Petroselinum*,
enuant, resolvunt, Urinam pellunt, Asthma mi-
ant.

XXXI. *Atriplex sativa*, *Beta*, *Blitum*, *Brassica* *Herbæ humectantes.*
a, cærulea, rubra, cauliflora, *Malva*, *Spinachia*,
rum nutriunt, sed copioso suo, nitrosoque succo
dè humectant, salia sanguinis abundantia diluunt,
alvum blandè leniunt. *Brassica capitata* non secus
que *Rapæ muriâ conditæ*, turbas in primis viis ex-
ant, Chylificationem depravant, subinde fluxus
i movent, si copiosius ingerantur; parcè tamen
umtæ condimenti vices agunt, neque hactenus
modo pluribus nocuisse observatum est.

XXXII. *Aromata* omnia propter sal volatile bal- *Aromata.*
nicum sive oleosum, in Cibis refrigerantibus cor-
entem virtutem obtinent, confortant fibras ubi-
e, ventriculum, cor & cerebrum roborant, chy-
cationem, & sanguificationem promovent.

XXXIII. *Pyra* atque *Poma* aromatico sapore do-
a, præcipuè quæ diu durant incorrupta, succo *Fructus arborei succulenti.*
spirituosa intemperiem scorbuticam, melan-
olico & hypochondriaco-acidam corrigunt.
lcia parum nutrimenti præbent, alvum lubri-
n tenent. *Acida* æstum qualemcunque humorum
mpescunt: quô *Limones*, *Citra*, *Aurantia*, & *Gra-*
a referuntur. *Cortices* tamen *Citri* & *Aurantio-*
m sale volatili oleoso, stomachico & cardiaco po-
ti turgent. *Austeri* & *Acerbi* tales *Fructus* maxi-
adstringunt, nec nisi probè cocta eduntur. *Cy-*
nia quoque *Mala* temperatâ suâ aciditate adstrin-
nte laxis nimium Viis primis conducunt, vario
do præparata.

XXXIV. *Amygdalæ dulces*, *Pistacia*, *Nuces pineæ*, *Fructus oleosi.*
julæ majores & *minores*, nutrimentum copiosum
præbent,

præbent, humorum acrimoniam temperant, seme-
que augent. *Amygdalæ amaræ* per urinam pellu
suaque oleositate crapulam arcere dicuntur. *Nu*
juglandes & *avellanæ*, recentes nutrimentum pr
bent, attamen nonnihil acre; *Siccatæ* inprimis
annosæ propter oleum suum rancidum, & salin
acre fauces exasperant, raucedinem creant, pecto
& capiti nocent. *Castaneæ molles* habent partic
las crassas, oleosas, multum nutrientes, sed maxin
flatulentas. *Cappares* à nonnullis in deliciis habit
pro condimento usurpari possunt, sed acescentes f
cilè plus nocent, quàm prosunt. *Olivæ* autem be
maturæ pro cibo abstergente mucum primaru
viarum cum fructu comeduntur. Earum *Oleu*
primæ expressionis emollit, alvi vias subducit & lu
bricat optimè, sanguinis æstum temperat, humo
rum acrimoniam obtundit, Urinæ vias quoque ex
pedit, emollit, ac lubricas reddit, dolores varios leni
asthmaticis ac tussientibus prodest.

Fructus aquosi. XXXV. *Mala armeniaca*, *persica*, *Pruna omn*
generis, *Fraga*, *Mora*, *Uvæ crispæ*, *Ribes*, *Cerasa du*
cia, *acida*, *Baccæ Rubi idæi*, *Myrtillorum*, *Mora Rub*
sylv. Cucumeres, *Melones*, *Cucurbitæ*, ob succum, qu
turgent, salino-acidum, aquosum, si copiosè come
dantur, abeunt facilè in liquamen putridum, Colica
Choleræ, Diarrhœæ, Anorexiæ, Apepsiæ, Febrium
que putridarum matrem.

Fungi. XXXVI. *Fungi* cujuscunque generis ex sordibu
terræ, atque animalium excrementis provenientes
utcunque Magnatum nonnunquam deliciæ existan
noxium tamen magis, quàm utile alimentum præ
bent, adeoque à Culinis Hominum sanitatem aman
tium procul arcendi.

Saccharum & Mel. XXXVII. *Saccharum* & *Mel* balsamicâ suâ sub
stantiâ & vi Lympham quidem pectoralem, acrio

ren

rem factam temperant, exſcreationemque promovent; ſed ſpiritu tamen acido occulto, quo pollent, humores corporis acres reddunt, viſcoſos, lentos, Oſſa facilè redentes, & obſtructionem Meſenterii, Pancreatis, aliarumque Glandularum pariunt, ſi quotidie ſine moderatione ingerantur.

XXXVIII. Inter *Carnes*, quæ *ſuilla* audit, *recens* quidem ob glutinoſitatem ſuam, *ſiccata* verò & *indurata*, ob ſal muriaticum, quo turget, Ventriculo eſt infenſa, malè digeri poteſt, & nutrimentum exhibet viſcidum, lentum, minus laudabile. *Caro junior agnina*, *vervecina*, *hœdina*, *bubula*, *vitulina*, *cervina*, *leporina*, *aprugnina*, alimentum copioſum, chylum atque ſuccum nutritium laudabilem ſuppeditant. *Viſcera* autem animalium, meſenterium, inteſtina, pedes, tardius atque difficilius in Ventriculo coquuntur, ſed nutrimentum tamen, probè ſoluta & digeſta, præbent gelatinoſum, haud omninò contemnendum. *Capones*, *Gallinæ*, *Gallus indicus*, *Columbæ*, *Perdices*, *Alaudæ*, *Coturnices*, *Turdi*, *Anſeres* & *Anates juniores*, *Pulli gallinacei*, ſalubrem exhibent, copioſum, & optimè nutrientem ſuccum. *Carnes.*

XXXIX. E *Piſcium* & *Aquatilium* claſſe ſeſe qualicunque ſalubritate commendant *Carpii*, *Funduli*, *Naſones*, *Trutæ*, *Percæ*, *Salmones & Salmunculi*, *Haleces recentes*, *Lucius*, *Muſtela fluviatilis*. Alii Piſces qualeſcunque magis viſcoſi, exiccati, fumo indurati, vel ſaliti, dyſpepti ſunt, & chylum ſuppeditant malè ſanum, viſcidum, aut putrilaginoſum. *Cancri fluviatiles* ſucco ſuo mucilaginoſo-ſpirituoſo acrimoniam ſalium obtundunt, bonum alimentum præbent. *Cochleæ*, *Teſtudines*, *Oſtreæ*, *Ranæ*, Chylum quidem lentum, viſcidum, copioſum, ſed volatili tamen ſale minimè carentem porrigunt. *Piſces.*

Lac. XL. *Lac vaccinum* optimè nutrit, sed non facilè & copiosè hauriendum, si vinum simul bibatur, aut alimenta acida juxtà comedantur, quoniam tum promtè coagulatur, dissolvitur, acidum & acre redditur, ac ita molesta graviaque symptomata producere valet. *Caseus recens* viscidum crassum, terrestrem præbet succum, atque Chylificationem depravat: *inveteratus* non facile digeritur, & crassum, salsum, viscosum alimentum exhibet. *Butyrum recens* bonum nutrimentum, pingue & oleosum suppeditat. *Ova tremula, sorbilia* vitellinâ sui parte probè nutriunt; *Albumen* autem eorum facilè indurescit, & calculosæ Renum dispositioni ansam præbet; *frixa* & *indurata* sale suo acri turbas subinde movent in digestione primarum viarum, Arenulas & Calculos Renum gignunt.

Potus aqua saluberrimus. XLI. Quoad *Potum*, credimus *Aquam*, quicquid dein in contrarium bibuli garriant Oenopotæ, esse omnium optimum, saluberrimum, ac ideo reliquis omnibus maxime præferendum; sed verò Aqua debet esse purissima, particulis impuris heterogeneis minimè inquinata, nec Insectorum qualiumcunque ovulis conspurcata; quæ proin molecularum suarum lubricitate & flexibilitate poros corporis qualescunque facilè penetrat, serum sanguinis viscidum & crassum attenuat, resolvit, fluidius reddit, acrimoniam edulcorat, salia exundantia diluit, acidum vitiosum temperat, bilis & sanguinis æstum mitigat, heterogenea salia tandem per Urinæ, Transpirationis, vel Salivæ vias eliminat, nullibi unquam acescens. Eligenda hinc *Aqua* fontana, limpidissima, tenuissima, crystallina, omnis odoris saporisque expers; quæ si nequit ubique haberi, & non nisi *putealis*, *pluvialis*, aut *fluviatilis*, vel *mineralis* aliqua, heterogeneis particulis gravida, suppetit,

coctione

coctione ea venit, atque cùm refrixit, filtratione quoque mundanda, purificanda. Huic ſi quis ſuum paulatim ſtomachum aſſuefacere poſſit aut velit, experietur tandem & appetitum & digeſtionem meliorem aſſumtorum, nec facilè in morbum delabetur ullum, modò reliqua diæta conſentanea ſimul fuerit. THEODORUS ZUINGERUS, *Medic. Doct. & in Univerſ. Baſilienſi Prof.* per viginti nunc annos *Radicem Chinæ* & *Lignum Saſſafras*, in Aquâ fontanâ decoqui curavit, hocque decocto pro potu ordinario uſus eſt manifeſto cum ſanitatis conſtantis fœnore. Quin & alii hujus exemplum licèt ægrè ſecuti melioris longè valetudinis uſum feliciter adepti ſunt.

XLII. *Vinum* nihilominus atque *Cereviſiam* qui pro potu ordinario atque extraordinario ſeligunt, videant ut ſaluberrimos, ut optimos tales liquores ſibi comparent, & Vinum quidem, ſemper Aquâ optimâ dilutum, modicè bibant, neque Cereviſiam adeo avidè ingurgitent. *Vinum* optimum id eſt, quod è perfectè maturis, illisque præſtantioribus Uvis eſt expreſſum, quod probè defœcatum, tenue, pellucidum, diureticum. Sic & *Cereviſia* ſaluberrima cenſetur illa, quæ tenuis, clara, Lupulo modicè condita, & probè cocta fuerit. Uterque nihilominus hic potus haud difficulter in primis viis in acetum convertitur, Valetudini ſecundæ apprimè nocivum; quod ex Aquæ potu metui non debet, in quo nullæ particulæ ſalino-acidæ exiſtunt & reperiuntur.



EPITOMES INSTITUTIONUM MEDICARUM PARS V.

THERAPEUTICAM comprehendens.



§. I.

Methodus medendi.

ET ita quidem ſanitatem conſervandi, ac Morbos præcavendi rationem docuit *Hygieine*; nunc ſequitur *Therapeutica, Therapia*, vel *Therapeuſis*, quæ Medicum inſtruit, quâ ratione Hominem Ægrotantem priſtinæ ſanitati reſtituere, atque ſic vitam ipſius conſervare, cauſas morbificas deſtruere, Morbos profligare, eorumque effectus ſive Symptomata abigere debeat. Notitia hæc ſanandi vel curandi vulgo *medendi Methodus* vocari ſolet, & revera in *judicio Medici practico* conſiſtit, fundato in judicio ejus theoretico.

Judicium facit Medicum.

II. Quod *Judicium rationale*, memoriæ contradiſtinctum in œconomia particulari animalis *proximè* & in univerſæ naturæ notitiá generali *remotè* fundatum, revera *ſagacem* & *prudentem* conſtituere ſolet *Medicum*, Artemque ejus conjecturalem, non ſuper-

perficialem aut temerariam, ſed fundamentalem & accuratam conſtituit.

III. Unde propter caſuum in praxi varietatem,& circumſtantiarum inexplicabiles quandoque nodos, Morborumque novorum ſubinde, ex accreſcente Hominum luxuriâ, & contagiorum vario connexu, proventum, *judicioſus* magis, quàm *memoriâ præditus* conſulendus eſt Medicus; quatenus *hic non niſi viſa aut audita*, ille *planè nova mentis acie penetrare valet.* *Judicioſus præferendus*

IV. Eſt quidem *Naturæ*, morborum medicatricis, *miniſter* Medicus, qui non agere poteſt aut debet, niſi quatenus nexus & ordo cauſarum, corporis œconomiam conſtituentium & conſervantium, permittit, fundatus inprimis in vitali illâ ſanguinis fermentatione, præſupponente debitam in Stomacho & primis viis fermentativam digeſtionem. Quanquam etiam Adepti, majoribus forſan medendi arcanis inſtructus, jacentem ſubinde naturam erigere, & tanquam patroni ac rectores gubernare valeant. *Medicus naturæ miniſter.*

V. Quo ipſo in negotio Medicus & *citò & tutò & jucundè* naturæ ſuccurrere debet, i.e. citra moram, citra recidivæ aut majoris periculi metum, ac cum minimâ, quantum fieri poteſt, moleſtiâ, quod faciet imitando legitimam functionum omnium rationem naturalem, temperatis inprimis remediis inſiſtendo. *Quomodo curandum.*

VI. Præcognoſcat ergo, quantum fieri poteſt, Morbum ſenſuum beneficio, in ſpecie *viſu* obſervando ægrum, & *auditu* percipiendo ejus reſponſa ad quæſita, ſecundùm *Hippocratem* inſtituenda; *quæ patiatur, & ex quâ cauſa, & quot jam diebus, & an venter ſecedat, & quo victu utatur?* *Morbus ſenſu cognoſcitur.*

VII. Hinc præcognito Morbo invenit & legitimè applicat remedia Medicus, h. e. non ſolùm, quid ipſi agendum ſit pro curâ, ſed etiam legitimum adminiſtrandi modum, in circumſtantiis externis fun- *Inventio remediorum*

datum: Hoc ſimul ſubinde obſervando; *interdum optimam eſſe medicinam, nullâ uti medicinâ.*

Media inventionis. VIII. *Media*, quibus *invenit remedia*, ſunt *tria*: nempe (1) *Ratio*, in *œconomiâ animali & hiſtoriâ naturali fundata.* (2) *Experientia*, in pluribus *æqualibus*, vel ſibi ſimilibus *exemplis obſervata.* (3) *Analogiſmus ex ſimilitudine Affectûs ignoti cum alio cognito hauriendus.*

Experientia IX. Ex his *Experientia primatum* obtinet, illuſtrata inprimis per *Rationem*: nam omnis *Ratio* in rebus naturalibus Senſuum neceſſariò præſupponit obſervationem, adeoque *Experientiam.* Hinc omnis ſpecificorum Remediorum efficacia, quæ *Helmontio* dicuntur appropriata, *caſu* utplurimum obſervata, per *experientiam* confirmata, & hinc per *rationis* ſcrutinium illuſtrata fuit.

Experimenta. X. Equidem *Experimenta ſpecifica* in omnibus Subjectis eundem effectum ſemper habere nullo modo poſſunt; quin interdum & ipſa ſunt fruſtranea, idque propter *Idioſyncraſiam* uniuſcujuſque Individui ſpecialem, nunc *ſeminalem*, nunc *adventitiam*; propter quam neceſſariò habitudo ſeu reſpectus, quem habet remedium, tanquam *agens*, ad corpus ægrum tanquam *patiens*, variat. Hinc v. g. *Jalappa* ad ℈j vel ʒß. quamplurimos copiosè, hunc vel illum interdum planè non purgat; exinde tamen hujuſmodi experimenta ſpecifica ſtatim tanquam nulla rejicere, plane inſulſum eſſet. Nam *in rebus contingentibus talibus ea, quæ utplurimum ita fiunt, neceſſarii effectûs locum obtinent.*

Contraria contrariis curanda. XI. *Contraria contrariis curari* vulgo aſſerunt, & rectè quidem, quicquid etiam contrà diſputet *Helmontius* Tr. *Natura contrar. neſcia*, & in ſpecie §. 16. *Tr. Ignota act. regim.* Saltem heic eſt logomachia, non enim intelliguntur *formaliter contraria*, qualia ſolùm

solùm sunt in Animalium genere per Affectuum exorbitantias sibi invicem hostiliter repugnantia: sed intelliguntur *effectivè talia*, h. e. quæ simul in uno subjecto consistere nequeunt, dum unum alterum tollit, aut ejus activitatem saltem impedit, quale *contrarium* est v. g. inter *acidum* & *alcali*, se mutuo destruentia & corrigentia.

XII. Dum ratione rectâ invenitur remedium, *Indicatio* dicitur, in quâ ex *indicante* colligitur *indicatum*, propter naturalem ad se invicem connexum. *Indicans* est ipsa natura, morborum medicatrix, quæ & sui conservationem naturalem per similia sibi in *indicatione vitali* seu *conservatoriâ* innuit, & præternaturalium ablationem per horum destructiva seu contraria in *indicatioue ablatoriâ* postulat, sive causam, sive morbum, sive symptoma simul ob vitæ periculum cupiat ablatum. *Indicatio.*

XIII. *Remedia* talia *triplici ex fonte* haurit Medicus, nempe *pharmaceutico*, *chirurgico*, & *diætetico*. *Pharmaceuticus fons* tribus quasi rivis in tria *Regna*, *animale*, *vegetabile*, & *minerale*, distribuitur. *Fontes remediorum.*

XIV. Usurpantur autem vel *internè*, sive solùm in primis viis suas operationes exerant, v. gr. *Vomitoria*, *Martialia*, *fixa terrea*, &c. sive ulterius dissoluta ad vias urinarias, aut per integram massam sanguineam distribuantur, v. g. *Terebinthina*, *Salia volatilia* &c. Vel *externè*; dum eorum particulæ proximè sese insinuando, tam *immediatè* pârtem subjectam alterando, quàm *mediatè* sanguinem etiam simul afficiendo, operationes suas peragunt; qualia sunt illita *Olea destillata*, *Inunctiones mercuriales*, *lotiones cum Spiritibus* &c. *Internorum* *Externorum.*

XV. *Contactu corporali* ad partes corporis, & *materiali sui cum succis* ejus *miscelâ*, ut plurimum operari videntur *medicamenta*, in specie ea, quæ poten- *Remediorum operatio.*

tias morbosas Hippocraticas corrigere, & alterare debent; hæc enim per texturam suæ substantiæ materialem, in specie *salinam*, tale quid præstant.

Archæus morborum origo. XVI. *Helmontius* quidem *ab ideis peregrinis in Archæo pictis morbos* inprimis *oriri vult*, unde hisce etiam idealiter operantia opponit remedia, asserendo revera medicamentorum efficacium operationem consistere in quadam *vi irradiativa Archæi citra ullum contactum vel miscelam corporalem*, *ut exinde deleta ideâ morbosâ Archæus novam ideam rerum agendarum sibi fingat*, pro sanitate denuò consequendâ; pro quo scopo inprimis *sulphura Metallorum fixa*, in specie *sulphur Veneris* seu *Cupri* ex ejus *Vitriolo* commendari solent: vid. *Tract. In Herb. Verb. & Lapid.*

Sine ratione XVII. Sed cùm jam dicta *remedia* partim *immediatè*, *Spiritus animales afficiendo*, partim *mediatè* & per accidens *succos* in primis viis *alterando* effectus suos edant, nec *Vitrum Antimonii* & *Mercurius vivus* ab alteratione immunes sint, quin acor Vini vel Aceti à *Vitro* vel *Regulo Antimonii* subtilissima ramenta abradat, & horum poris se insinuando eorum defectum suppleat, omnino hæc pro materiali suc concursu, corrigendo fixiores radices morborum chronicorum, operabuntur, ac eapropter ad virtutem irradiativam, nondum satis cognitam, fictitii nescio cujus *Archæi* confugere supervacaneum est.

Remedia alterantur in corpore. XVIII. Certum enim est, pati omnia *Medicamenta* aliquam plus minùs alterationem in Stomacho, ratione Fermenti digestivi; & in primis viis, ratione confluentis Bilis & Succi pancreatici: unde etiam plus minus infringuntur, adeo ut exinde diversa subinde ejusdem Remedii in eodem etiam Subjecto sit operatio: tanto magis in distinctis subjectis, prout istorum succorum in primis viis major minorve est alterandi potentia. Hinc enim, v. g. su-

supradicta *Jalappa* hunc fortiter purgat, illum ferè nihil; hunc *Colocynthis* purgando maximè torquet, & Gangrænam ferè excitat, illum parum admodum afficit: unde & *purgantia* vel *narcotica* venis Canum apertis infusa, promptè & efficaciter operantur, quæ ipsis per Os data ob sui alterationem, à fermento acceptam, nullum vel exiguum edebant effectum.

XIX. Non tamen omnem medicam virtutem semper exuunt Remedia, sed de crasi concreti sub digestione aliquid, plus minus tamen, retinentes adhuc operantur, unde non tantùm *Alimenta* quædam sunt medicamentosa, ut *Armoracia*, *Nasturtium*, *Sinapi*,&c. sed etiam *Lac Nutricis* ex assumpto purgante vim purgantem retinet, *Absinthii* usus Febribus intermittentibus conducit, & *Terebinthina* abstergendo atque confortando vias renales Urinam violaceo odore fragantem reddit.

XX. Eo ex autem, quòd Remedia misceantur cum succis in primis viis, & Stomacho, ac ita non leviter subinde alterentur, certum videtur, quædam *medicamenta* in illis locis demum ex dicta *miscela* & *alteratione*, novam aliquam vim medicamentosam acquirere, quam formaliter antea non habebant. *Remedia in corpore talia fiunt.*

XXI. Sicut enim in *Operibus chymicis* ex combinatione quorundam corporum, nova subinde fiunt producta, & concreta aliqua, v.g. *Terra sigillata*, *Creta*,&c. imbibitione *Spir. Nitri* aut *Sulphuris*, texturam indeque attributa omnia *aluminosa* potenter *adstrictoria* acquirunt; ita talia assumpta, comistione *Succorum* fortiter *acidorum* in Stomacho vel Intestinis, vim adstrictoriam longè potentiorem, quàm in se antea habebant, necessariò adipiscuntur. Sic *Salia alcalina*, aut contrà assumpta *acida*, subinde alterari, & alterata vim aliam acquirere, quam ex se non habebant, ex dictis evidentissimum est. *Probatur.*

Remedia præparantur. XXII. *Medicamenta* autem rariùs sub *formâ na-tivâ* adhibentur, sed ut plurimum *arte* prius *præpa-rata:* (1) Ut facilius vel aſſumi, vel aliàs corpo- melius adaptari queant; (2) Ut vis eorum ſpecific- & medicamentoſa, vel nimis occupata, vel aliorum nativá concretione obruta, foras eliciatur melius; (3) Ut ſi adſit aliquid virulentiæ & hererogeneæ aut nocivæ potentiæ, illud vel omnino caſtretur, ve- corrigatur.

Novas vires impetrant. XXIII. Sed ſub his *præparationibus*, in ſpeci- quæ à *Chymicis* fiunt, obſervandum, quod ſubind- vires nativæ deſtruantur, aliæque ipſis concilientur: idque vel per *ſyncriſin*, vel per *diacriſin*, vel per *me-taſtaſin* particularum minutiſſimarum: ad quas & fixorum *volatiliſatio*, & volatilium *fixatio* referenda-

XXIV. Notum enim rſt, quòd pro varia præpa-ratione *Antimonium* ſit vel *vomitorium* vel *catharti-cum*, vel *confortans ſudoriferum*, vel *ſanguinis depura-tivum*; quòd *Arſenicum* venenoſum per *Nitrum cicuretur* pro deſperatis *Ulceribus*, inprimis etiam *cancroſis*; quòd *Aſarum* ſolâ coctione in Aquâ amittat vim *vomitoriam*, evadatque *diureticum*, & morbo-rum chronicorum tardarumque *Febrium* remedium.

Pulvis pyrius. XXV. Et ſicut ex coalitu *Nitri*, *Sulphuris* & *Carbo-num* fit *fulminans Pulvis pyrius*, non ſecus ac omnia me-talla hac ratione fiunt fulminantia; (quæ vis oritur ex ſola dictorum compoſitione, cùm neutrum ſim-plicium ingredientium vim talem priùs poſſideat;) ita etiam per plurium compoſitionem ſubinde vis nova medica emergit, quæ antea non erat: ſic enim *Mercurius vivus* innocuus pro uſu medico, additione *Salis* communis & *Vitrioli* in præparatione Mercurii ſublimati fit *Venenum acre corroſivum*, quod ſocia-tum novo *Mercurio vivo*, denuoque ſublimatum aliquoties, *Mercurium dulcem*, optimum purgans

Vene-

nenorum, Scabiosorum, Epilepticorum, exhi- &c.

XXVI. *Hinc melius & tutius est uti simplicibus, m compositis*, in quibus facultates multiformes, a cognitæ quàm incognitæ, confusæ citra aut mu- m destructionem, aut novæ virtutis productionem, Stomachi primarumque viarum turbationem, ul consistere nequent. *Simplicia tuta.*

XXVII. Quòd ergo in specie attinet remotionem sarum morbosarum, *Plethoram veram* tollimus, confertim, tam per *vasorum*, sive sint venæ sive eriæ, *apertionem & sanguinis missionem*, quàm per *curbitularum cum scarificationibus applicationem*, per *Hirundines* applicatas; vel pedetentim per diam, labores, exercitia, sudores repetitos & Fon- ellas. *Plethora curatio.*

XXVIII. *Fontanella* enim nil aliud est, quàm Ul- culum artificiale, quod sub formâ transmutati ris vel saniei continuo plorat alimentum partis ximum, ex massâ sanguineâ eo derivatum, adeo- simul & sanguinem & quoscunque vitiosos suc- s, eidem fortè permistos, unà evacuat, ne coacer- ti aliis in locis dent turbas. Ita ut *Fonticulus* tan- n sit remedium palliativum, quod à *posteriori*, eva- ando productum morbosum, ne nimis noceat, *a à priori removendo causam radicalem, opem fert.* *Fontanella.*

XXIX. *Plethora apparens* non per effrenes cruoris alis depletiones in *Venæsectionibus*, sed potiùs per etitum *præcipitantium*, simulque blandè *diaphore- rum*, usum est corrigenda, ut ita cesset Sangui- s ferocius ebullientis impetus. *Venæsectionis usus.*

XXX. *Per se* ergo soli sanguinis evacuationis po satisfacit *Venæsectio*, nullo modo refrigerans, si ad Veterum imitationem ad animi usque Deli- ium evacuare velimus: *Per accidens* tamen inter- dum *Per se.* *Per accidens*

dum etiam aliis ſubinde uſibus conducit, v. g *Uri-næ ſuppreſſioni, Partui difficili, Caſui ab alto*,&c. qua-tenus, imminuto ſanguinis quanto, liberior ej per vaſa fit circuitus ſeu ventilatio, adeoque imp dimenta, ex ejus aliquali ſtagnatione oriunda, r moventur.

Promovet circulationem.

XXXI. Et hac ſolâ etiam ratione, nempe quò imminuto ſanguinis quanto promoveatur liberio ejus circulatio, & impediatur ejus in quadam par ſtagnatio, juvant Sanguinis detractiones, quæ com muniter pro ſcopo *revulſionis*, *averſionis* & *deriva-tionis* inſtituuntur: nam Veterum de hiſce hypothe ſes, ſtante Sanguinis circulari motu, conſiſtere ne queunt.

Interceptiones & repulſiones impoſſibiles.

XXXII. *Interceptiones* denique & *Repulſiones* San guinis, aliorumque humorum, planè ſunt impoſſibi les, ob inviolabilem circulationis legem, aut admo dum nocivæ, ob impeditum Sanguinis motum. Nam ſi per *arterias* intercipere velimus Sanguinis motum pars gangrænata morietur; ſi per *venas* conemur re pellere, & ut ſolent adſtringentia aut refrigerantia, au acida uſurpemus, magis coagulabimus Sanguinem eumque hinc im̃obiliorem redditum naturali motu reſtituere debebimus.

Reſolvit grumos.

XXXIII. Sed potiùs *reſolvendo* Sanguinis *grumeſ-centiam*, aliosque humores impactos, per blanda ſu dorifera, ſanguinem diſſolventia & motui aptiorem reddentia, qualia ſunt v. g. *Salia volatilia, Spir. Salis armoniaci*, item *Antimonium diaphoreticum, Bezoard. miner. Corallia, Ebur ppt. Lapilli Cancrorum* aliaque cum *Aceto* aſſumpta, ſicque removendo quæcunque impedimenta externa, curabimus haud difficulter il-lud omne, quod per *interceptiones* ac *repulſiones* fruſtrà ſæpè etiam cum periculo tentamus.

Correctio per

XXXIV. Quod ſi non tam *quantitate* peccet San-guis

nis, quàm *ex vitiata crasi* seu *qualitate* vitiosus exi-
it, adeoque tam ipse, quàm cæteri inde derivati, rporis œconomiam sustentantes, Succi cacochymi nt, corrigi debent vel per *alterantia* vel per *evacu-tia.*

XXXV. *Alterantia* sunt, quæ partes Sanguinis vi- *Alterantia.* osas corrigunt, & temperant, deficientes restituunt, undantes, aliarum additione, ad debitam propor-onem reducunt, & ita Sanguinis æquabilem fermen-tionem, omnemque Succorum debitam ad se in-cem proportionem reparant.

XXXVI. Unde si *vitiosum* aliquod *acidum*, v.g. *Absorbentia* *l* peccat in *Scorbuto*, vel *Malo hypochondriaco*, illud ceratur nunc *absorbendo* per *Martialia*, nunc *corri-ndo* & *invertendo* per *alcali volatile Cochleariæ,* *asturtii*, *Armoraciæ*, similiumque diligenter *Temperantia.* urpatorum; nunc *temperando* denique per usum *actis*, acrimoniam omnem, in specie salsam, diluen-atque edulcorantis.

XXXVII. *Primatum* ergo inter *alterantia* obti- *Acida & alcalia.* ent *acida* & *alcalina*, nunc *acriora*, nunc *oleosis tem-rata.* Sicut autem non acidum aut urinosum pec-t simpliciter in morbis, sed ex principiorum mi-torum coalitu specificus cuique adjunctus est sa-or, ita etiam non solùm ad contraria simpliciter, d & ad specifica & appropriata, singulariter specia-causæ peccantis vitio opposita, simul respicien-m est.

XXXVIII. *Absorbentia, præcipitantia* vulgò dicta, *Præcipitantia.* genere fermentantes aut vitiosè effervescentes hu-ores sui miscelâ compescunt, & ut plurimum aci-um destruendo, motum omnem fermentativum pprimunt: atque ita simul ipsarum vitiosarum heterogenearum partium exclusionem, imò earun-m à reliquis separationem, fæcumque ad fundum

secessio-

ſeceſſionem valdè promovent; ut hæ ſero involu vel per urinam, tunc coctam dictam, vel per ſud rem,&c. eliminari queant.

Febrifuga. XXXIX. Sic namque *febrifuga*, in ſpecie *f* tam *terrea*, quàm *ſalia lixivialia*, *præcipitando* febri paroxyſmos tollere dicuntur.

Evacuantia XL. *Evacuantia* denique ſunt, quæ id, quod p in Sanguine & reliquis Corporis partibus reperib & inalterabile, adeoque œconomiæ animali vel quanto vel in quali inimicum eſt, per convenien loca & cribra eliminant.

Purgatio. XLI. *Evacuationes* hæ ſeu *purgationes*, uti fiu per varia loca, aliàs à naturâ per motus ſuos critic demonſtrata, ita nunc totius maſſæ ſanguineæ ur verſalis, adeoque totius quoque corporis, nunc ce tæ cujuſdam partis ſingulari purificationi proſpiciu

Univerſalis particularis XLII. *Univerſalis* purgatio fit per *Vomitum*, *Sec ſum*, *Sudorem*, *Urinam* ac *Salivationem*: *Particula* inſtituitur per *Clyſmata*, *Apoplegmatiſmos*, *Errhina* *Sternutatoria*.

Vomitus. XLIII. *Vomitus* fit, docente hoc in Cane viv diſſecto Rudbeckio *Obſ. Anatom.* 20. *In Me aur. Hemſterhuſ. p.* 332. quando primò Pylorus contrahit, inde mox ſyſtole totius Ventriculi ab o rificio inferiori ad ſuperius, ac tandem Oeſopha ipſius, materiam effundentis ſequitur. Ita ut omn *Vomitio* contingat per ſpaſmum, ſeu motum convu ſivum Stomachi, oriundum ex læſione ſeu irritatio ne pylori, tanquam in Stomacho rectoris, factâ à M dicamento aſſumpto. Cum hoc Stomachi con vulſivo motu in vehementiori conatu ſimul con vellitur Pyloro continuum Jejunum, adeoque ſuo contentos liquores ſurſum regurgitare facit: con velluntur ſimul Thoracem ſtringentes Muſculi, e connexione nervorum ſtomachalium cum interco

ſtalibu

ibus. Unde omnia tam Stomacho, quàm Inteno duodeno & jejuno, vicinisque locis, etiam peri pertinacius inhærentia, per vehementem istam ntractionem, quasi per vim expelluntur. Proin ronicis in *Morbis*, inprimis ex Stomachi vitio ndis, hinc & Pectoris, tandemque malignis Aftibus, è contagio contractis, sed tantùm in prinio, succurrit Vomitus.

XLIV. *Vomitoria* omnium optima ac tutissima gerit *Antimonium*, in formâ tam liquidâ quàm câ præscribendum. In *liquidâ* quidem vel sub ma *Sapæ*, paratæ ex *Infusione Vitri Antimonii pulisati in s. q. Musti recentis, vel Succi Cydoniorum; c filtratione & ad consistentiam Roob liquidioris inatione*, dosi *gr. x.* xv. &c. vel sub forma *Syrupi* & *ni emetici*, e. g. ℞. *Croci metall. l. Mercurii vitæ, Vitri Antimonii q. v. (gr. jv. v. ad xij.) infund. in no Rhenano, stent in loco tepido per noctem, mane bè Liquor filtretur.* Dosis ℥j. ad ℥iß. aut ℥ij. in oustissimis. In forma *sicca*, ℞. *Tartari emet. Mynsij. iij. ad iv. Salis Abs. gr. vj. Sacch. albiss. q. pl. Misce*, ur pro dosi matutinâ cum regimine diætæ capien- *Vomitoria.*

Præter *Antimonialia* tamen etiam alia blandiora oentur emetica, v. gr. *Radix Ipecacuanhæ*, *Aquæ* .. *Acaciar. cocta*, & alia. Vide *Materiam Medic.* ue *Syllabum Medicament.* Zuingeri.

XLV. Quod si artis ope varia recrementosa per um rejiciantur, *purgationis* nomine in specie venisolent, nam & natura sua sponte *Diarrhœas*, nunc statu sano ex mutato victu vel aëre, *præservatorias*, nc in statu morboso *criticas* aut *symptomaticas* inuere consuevit, non absque felici eventu: imitetur o eam Medicus. Cæterùm cùm purgationibus, specie vehementioribus, omnia ferè in corpore bari soleant, adeoque periculosa subinde sequan- *Purgantia.*

tur

tur ſymptomata, ob id exactè conſideret Medic *legitimam* purgandi *rationem*, tam in *acutis*, quà *chronicis* Morbis. In morbis *acutis* purgandi meth dum optimam præſcribit *Hippocr. S.* 1. *Aph.* 21. 2 23. 24. & 25. in quibus *cocta medicanda eſſe docet*, n *cruda, niſi materia turgeat.* Quæ *medicationis* v non præcisè ad *purgationem* reſtringenda eſt, ſed etia in genere omnem notabilem per ſeceſſum aut u nam aut ſudores, evacuationem innuit, in quibus o nibus cum ſalutari Ægri ſucceſſu inſtituendis neceſſ rio coctio prius expectanda eſt; alias enim aut nih evacuatur, utut totum corpus perturbetur, aut cit euphoriam ægri, potius cum nocumento, purgat accidit.

Similitudo à Muſto.

XLVI. Scilicet ſicut *novella Cereviſia* aut *Muſtu turbidum*, & heterogeneis fæculentis particulis r ſpectu Vini permiſtum, per quæcunque coletur i ſtrumenta, eodem modo integrum tranſit abſq fæculentiarum remanentiâ aut ſequeſtratione; (qu tamen fermentando depuratum ab excrementiti rum aut heterogenearum fæcum ſeparatione, & qu præcipitatione, clarum tranſit per colatoria, & fæc lentias omnes poſt ſe relinquit ac ſeponit:) ita quan diu fæces recrementoſæ maſſæ ſanguineæ per ferme tationis motum ſeparatæ, aut alio modo præcip tatæ non fuerint, tamdiu nihil vitioſi ſeparatim e cerni, aut per quæcunque cribra ſejungi poteſt, cù invicem & homogenea & heterogenea permiſta ſin

Non in omni morbo purgandum.

XLVII. Non igitur in omni Morbo purgandu eſſe dicit *Hippocrates*, ſed per rerum nonnaturaliu uſum reſpiciendum, ut in ſtatu iſto proportiona conſerventur. Dum verò ab iis ſecretis & per exiſtentibus nos lædi affirmat, h. e. ab iis intemp ratis, & unum alterum præponderantibus, quid aliu faciendum monſtrat, quàm ut potentiam iſtam e

cedente

ientem corrigamus & imminuamus, vel si quæ ficit, additione similis augeamus, eamque denuo rmonicam & proportionatam reddamus, h.e. morsas eas naturas ac potentiam non abusivè phletomandas aut nocivè purgandas, sed contempendas & concoquendas; adeoque per sapores vel tentias specificè oppositas corrigendas esse. Conf. *scursus Beccheri* in *Physs. Subterran. L.* 1. §. 5. *cap.* 1. *p.* 366.

XLVIII. Est scilicet humorum evacuandorum *cruditas*, i. e. particularum heterogenearum sangui- ; talis status, quo Sanguini intimè permistæ, imrfectè tamen unitæ, naturalem ejus fermentatiom turbant, & in effervescentias febriles humores ncitant; id quod inprimis fit ab acido vitioso, timè talia concentrante, & simul heterogenea incem sociante. *Cruditatis effectus.*

XLIX. *Coctio* contrà est acidi hujus per alcali saratio, & particularum heterogenearum separatio, que à reliquis particulis per fermentativum motum æcipitatio, ut ita recrementa & hererogenea Salia, u effœta, instar cujusdam capitis mortui à sero nquam alimenti pariter ac excrementi communi hiculo, imbibita, per certa Viscerum cribra & uasi filtra secerni, & hinc per naturæ consuetas vias acuari possint. *Coctio.*

L. Propterea etiam *criticæ* morborum *Judicationes*, ve per *evacuationem*, sive per *metastasin* fiant, non isi in Statu morbi, coctâ jam, separatâ & præcipitâ omni excrementorum turbâ per certa loca, ceu ppropriata cribra & filtra, accidunt, nunquam in rincipio. Unde non nisi simili in statu ad ejus rudentem imitationem, quascunque instituere deemus eradicativas, quas vocant, evacuationes. *Criticæ solutiones.*

LI. Exinde enim & *Urinarum judicium* desumen- *Judicium Urinarum.*

S dum,

dum, quæ *in acutorum principio*, non secus ac frequenter in *Chronicis*, sunt *claræ & pellucidæ*, *tenuæ* plus minus *tinctæ*; in præcedente autem *Morbi incrimento* sunt *turbidæ, crassæ, &* in *Statu* omninò copiosis sedimentis, ceu fæcibus, fundum matulæ petentibus saturatæ; unde illæ *priores crudæ*, hæ *posteriores coctæ* dicuntur. Hinc sicut *Pulsus* manifestat statum Sanguinis fermentativum, ejusque motum; ita *Urina* monstrat statum Sanguinis ex dicta fermentatione resultantem, secundùm puritatem inprimis & impuritatem.

Quid agendum in malignis. LII. In *malignis & acutis Affectibus* non æquè hoc observari potest, quin potentibus & appropriatis *sudoriferis* mox in principio insistendum, ut eliminetur in tempore fermentum malignum, ne una cùm spiritibus jam inquinatis totus Sanguis tandem simul corrumpatur, habita ratione majoris vel minoris effervescentiæ in Sanguine.

In chronicis LIII. In *chronicis* verò *Morbis*, ex Ventriculi errato inprimis supervenientibus, *purgatio successiva* per *epicrasin* operans, mitioribus remediis *blandis aloeticis* instituta ferè locum habet, interpositis subinde *alterantibus & specificis*, ac præmissis debitis *Vomitoriis*.

LIV. Quòd si verò aliquando fortius purgandum, aut si etiam ad præservationem morborum certo tempore, verno vel autumnali, idem agendum sit, ad præcavenda symptomata graviora, Tormina inprimis & Abdominis pathemata, præmittenda prius sunt *digestiva*, seu *cruditates præparantia*, horum nempe acrimoniam, in specie acidam, *temperantia*, & visciditatem *incidentia*, ut ita facilior & minus molesta fiat purgatio. Hunc in finem conveniunt salsa temperata, ut sunt *Tartarus vitriolatus*, *Sal armoniacum*, *Sal digestivum hypochondriacum*,

Sal

ial *Abſinthii*, &c. quibus ſubinde aut *Lapilli cancro-um*, aut *Corallia præparata*, aut ſimile quid, ad in-ringendum magis acidum addendum eſt: ſicut ad oc ipſum dulcificandum in Hypochondriacis & Quartanariis *martialia* & *ſaturnina* ſpecialius con-ucunt.

LV. *Locus* expurgationis ſunt *Inteſtina*, in quibus ùm non præexiſtant ea, quæ excernuntur (vix nim capiendis ſufficerent eis, quæ interdum unâ urgatione validiore prodeunt) eo feruntur ex maſ-â ſanguineâ per ductum cholidochum & pancreati-um, quibus natura tunc temporis quaſi abutitur; nde & quæ excernuntur, frequentiſſimè flavedine incta conſpiciuntur. *Locus purgationis.*

LVI. Probabilis tamen admodum *Pechlini* vide-ur ſententia *Tr. de Purg.* c. 36. non his ſolùm viis ructari excernenda in Inteſtina, *ſed ſimul etiam per arvos tubulos, intimæ Inteſtinorum membranæ affixos, landulaſque miliares poſt intimam Inteſtinorum mem-branam ſitas, in dictos tubulos ſe exonerantes*, recre-menta varia ex Sanguine ſecreta in Inteſtina de-oni. *Via ſecretionum.*

LVII. Non autem *ſtrictè* ad Inteſtina determinata eſt *purgantium operatio*: nam dum Sanguinis circu-o per corpus rapitur vis medicamentoſa purgantis, noc ipſo pro adjunctâ ſibi facultate ſimul, nonnihil vel *diaphoreticâ*, vel *diureticâ*, &c. ut & pro certâ Cordium expurgandarum à medicamento factâ colli-quatione & alteratione, ac ipſorum Viſcerum con-ſtitutione variâ, nunc per Urinam, nunc per Sudores, nunc per Salivationem, ſequitur cathartici operatio; unde & acriora purgantia in Viris venerem ſtimu-lant, in Mulieribus menſes proritant. *Purgantia non ſtrictè ad Inteſtina pellunt.*

LVIII. Equidem optandum eſſet, ut darentur vera *Purgantia*, h. e. quæ ſordes ſolùm excremen- *Purgantia vera non dantur.*

titias, aut heterogenea quæcunque præternaturalia è corpore eliminarent, citra utilium nutritivorumque ſuccorum corruptionem ſimultaneam, & depravationem. Verùm, quæ vulgo *purgantium* nomine veniunt, non ſunt talia, ſed ſub blandiente nomine virulentiam nocivam, plus minus validam, gerunt abſconditam; unde (1) Sanos ac ægros utplurimum æqualiter vexant: (2) Tot ſordes ſtercorum formâ ad 30. 40. imo 50. ſedes evacuant, quas citra præſens vitæ periculum in corpore ſubſiſtere impoſſibile eſſet: (3) Ægri qui ex legitima purgatione deberent ſecundùm Hippocratem levari, inſigniter ſæpius ab iis debilitantur: (4) Morbis nihilominus ſub antiquâ contumaciâ perſiſtentibus, cùm nullis purgantibus ſimpliciter curari queant: Tetra (5) inferunt quandoque ſymptomata, Tormina abdominis ſpaſmodica, ſubinde in manifeſtas Convulſiones terminantia: Ac (6) pernitioſa interdum ſuccedens Hypercatharſis, non obſcurè malignitatis nocivæ & virulentiæ ea arguunt: Unde & (7) additis correctivis tam ſtudioſè corrigenda ſunt. Inprimis autem violenta purgantia diversâ virulentiâ & fermentativâ colliquatione promiſcuè tam recrementoſos quàm alimentitios corporis ſuccos reſolvunt & colliquant, & quas non inveniebant ſordes, corrumpendo nempe ſuccos tales efficiunt, niſi eorum virulentiam robuſtior paulo Stomachus, ratione ſucci fermentativi acidi, plus minus correxerit.

Mercurii effectus.

LIX. Simili ſc. ratione atque *Mercurius*, vel inunctus vel aſſumptus, etiam ſaniſſimos, non ſecus ac Lue venereâ infectos, vexat, reſolvendo nutrimentum corporis chyloſum ſeu ſpermaticum, & colliquefaciendo hoc ipſum, in formam muci ſalivalis (cum quo tamen & ſordes quæcunque, v. gr. in *Scabie*, in ſpecie *venereo contagio* alteratæ, unà evacuan-

cuantur) copiosissimi transmutat; ita & *purgantia* simili ratione in sordes transmutant stercoreas, quicquid ipsis obtigerit.

LX. Utut enim variis modis corpori applicari soleant *purgantia*, externè pariter & internè (nam odore tenus hausta simili ratione ac venis infusa purgant) tamen duplici modo inprimis operantur, vel *irritando, & acrimonia sua pertinaciter vellicando Intestina.* Unde non tantùm horum spasmi & violentæ contractiones, indeque propulsiones excrementorum sequuntur, vel simul etiam hiantia in ea orificia pororum, Cholidochi & Pancreatici, item glandularum miliarium, simul vibrata, irritata & vellicata, eructant uberius sua contenta. Nam hac ratione *resinas* cautè propinandas suadent *Practici*, ne adhærendo visciditate aliquali Intestinis *Hypercatharsin* inferant, continuis acribus punctionibus. *Purgantium applicatio & operatio varia.*

LXI. Vel secunda ratione operantur, *sanguinem* & ipsi inhærentes partes, aut inde derivatos succos certo modo *fundendo & fermentando*, ac simul colliquefactione in corruptelam resolvendo; unde sordes tam variæ, etiam non præexistentes, post *purgans* assumptum in corpore generantur, & excernuntur. Sub hoc tamen motu, quiquid heterogeneum est in Sanguine, & à vitalitate proscriptum, facilius alteratur, & consequenter ejicitur, quàm quod magis vitale ac utile erit. Nam hac ratione sub parva miasmatis fermentativi mole, odoribus per nares haustâ, purgantia æquè operantur, non secus ac quorum resinosæ essentiæ venis infusæ, immediatè sanguini permistæ fuerint. *Per fusionem.* *Per odorem.*

LXII. Omnia sc. *Purgantia acrimoniam habent volatilem* insignem, utut faucibus non semper æquè perceptibilem, *quæ in Vegetabilibus fundata videtur in sale volatili oleoso urinoso acri,* unde ratione adjun- *Purgantia sunt acria.*

cti olei ferè omnia exactè amaricant, indeque visci-ditatem insignem adjunctam habent propriè dict*laxativa*; in *Mineralibus* verò vis laxativa in *textur* *sulphureâ vitriolicâ*, aut *Sulphure acri volatili* qua *arsenicali*, radicata est.

Acida destruunt vim purgantium

LXIII. Hinc enim omnia *acida* destruunt *Vegetabilia purgantia* varia omnino, item *salia fixa*, v.gr. *Sal tartari* corrigit *Purgantia*, quatenus emendat eorum oleum, & inde natam visciditatem, colliquefaciendo texturam resinosam purgantis, tollit: sicut etiam fermentatio purgantium eadem mitigat, ferociamque nonnihil domat. In Mineralibus verò *ea quæ figunt Sulphur volatile*, quæ inter eminet Nitrum, tollit eorum v.g. purgantem *Antimonii* malignitatem, eamque saluberrimè diaphoreticam reddit.

Hypercatharsis vim purgantis prodit.

LXIV. Confirmatur Purgantium operandi ratio per ea, quæ *Hypercatharsin sistunt*, qualia sunt non præcisè *adstringentia*, sed inprimis *diaphoretica fix* & *opiata* : *illa* corrigendo fermentationem vitiosam inductam, & sudorum forma ejiciendo tam fermentum purgans, quàm alteratas ab eo partes; quod faciunt v. gr. *Antimonium diaphoreticum*, *Spiritus theriacalis camphoratus*, *C. C. sine igne ppt. Terra sigillata* &c. *Hæc* verò, *opiata* scilicet, sensum irritationis in Intestinis aliisque locis tollunt, & Spirituum animalium impetum, prætereaque quascunque humorum motiones sistunt, unde pacata semper quies.

Purgantia agunt in liquida corporis.

LXV. Promiscuè ergo agunt *Purgantia* in corporis nostri partes *liquidas*, tam *utiles* quàm *vitiosas* & exinde ruit sponte divisio *purgantium in Cholagoga, Phlegmagoga, Hydragoga, & Melanagoga*, cùm unum alterumve purgans loco omnium sufficiat utut pro circumstantiarum variarum ratione nunc hoc nunc istud, nunc debilius nunc fortius *purgans* eligendum sit, experientiâ inprimis magistrâ.

LXVI

LXVI. Pro morborum quoque varietate ſolet interdum aliqualis *ſelectus* Purgantium inſtitui, quatenus ſub virulentiâ laxativâ in quibuſdam vis ſpecifica, cauſæ morboſæ alterativa, eſt recondita, qua ratione *Helleborus niger* præter virulentiam laxativam, etiam ſpecialem habet vim contra *Affectus melancholicos*, *Rhabarbarum* ad *Affectus renales*, *Mercur. dulcis* contra *Virus Gallicum*, &c. *Selectio purgantium.*

LXVII. Prout autem plus minus erunt efficacia ſeu virulenta, etiam magis vel minus ſanguinem, & mediante eo forſan etiam Corporis continentes ac ſolidas partes afficiunt: Unde *triplex corporis regio* à Veteribus in purgationis negotio afferta, poſtquam cum Sanguinis circulo non benè conveniebat, ſaltem quoad majorem vel minorem purgantium efficaciam intelligenda venit. Scilicet res ita ſe habere videtur; ſi variæ fæculentiæ in Inteſtinis ſtabulent, aut uberior Bilis vel Succi Pancreatici adſit proventus, hæc commodè lenioribus Purgantibus citra corporis commotionem exturbari & quaſi abſtergi poſſunt. *Eorum effectus varius.*

LXVIII. Quid ſi craſeos Sanguinis læſio ex heterogenearum particularum miſcelâ, harum evacuationem poſtulet, modò aptæ redditæ ſint, ut eliminari queant, idque mediante coctione ſeu ſeparatione & præcipitatione, tum eo ducendo pellendæ erunt, quo natura, i. e. Sanguis & Spiritus, atque corporis ratio & conſuetudo, ac ſordium ipſarum conditio poſtulant. *Humores naturam ducem ſequuntur.*

LXIX. Quòd ſi purgare velimus, turbanda quidem erit nonnihil maſſa ſanguinea per medicamentum; ſed non nimium perturbanda, ut ſaltem id quod magis nocivum eſt, citra ſucci nutritivi inſigniorem corruptelam detrahatur; ſicque aliquot ſolùm ſedes, non verò quæ per decades numerari queant, procurentur. *Turbandus ſanguis in purgatione.*

Sudor & Urina.

LXX. Aliàs propria Sanguinis & totius Corporis ſyſtematis purgamenta *ſunt Urina & Sudor*; per ſeceſſum quæ fiunt evacuationes, ſaltem Stomacho & Inteſtinis evacuandis, & ex digeſtione prima neceſſariis fæcibus emittendis à natura propriè dicatæ ſunt.

Sudor purificat.

LXXI. *Sudor* profectò unicus, iſque moderatus magis purificat & totam maſſam ſanguineam, & univerſum Corporis habitum, quàm decem forte purgationes. Aſt in *chronicorum* curatione, quæ per Urinam fit evacuatio, utplurimum convenientiſſima eſſe ſolet.

Formulæ purgantium

LXXII. Cui ergo moderatum, ſed ſufficiens Purgans ſub *pulveris formâ* placet præſcribere Adulto, ſequens exempli loco eſſe poterit. ℞. *Crem. tartari* ℈j. *Radic. Jalapp. gr. xxii. ad xxx. Olei deſtill. Aniſ. gtt. ii. M. pro pulvere. D. pro doſi.* Quòd ſi *Pilulæ* præſcribendæ ſint: ℞. *Extr. panchym. Croll. gr. xi. Gum. ammoniaci in Aceto ſol.* ℈ß. *Scamm. ſulphurat. Extr. troch. alhand. aa. gr. j. C. ſ. q. Elix. propr. vel Tinct. Tart. f. Pilulæ, d. pro doſi.* Quando gratæ *Potiunculæ* aut *Emulſionis* forma magis arridet; ℞. *Reſin. Scammon. vel Jalapp.* ℈ß. *Spir. Aniſ.* ℈iiij. *ſolutis adde Julepi roſat. vel Syrupi Viol.* ℥ij. *d. ad Vitr.* pro doſi exhauriendâ mane. Vel ℞. *Reſin. ſive Magiſt. Jalappæ gr. viij. ad decem, tere probè cum Seminibus Melonum, aut Perſicorum, aut cum Nucleis Amygd. dulc. hinc cum Aquâ aliquâ appropriatâ admiſtâ fiat l. art. Emulſio, edulcoranda cum ſ. q. Rotularum manus Chriſti ſimpl.* & detur pro doſi, mane jejuno Stomacho cum regimine diætæ potanda. Aliàs *Reſinæ* optime *Vitelli ovi* pauxillo ſolvi, ac additâ *aquâ appropriatâ* in *Emulſionem* redigi poſſunt.

Purgantia manè ſumenda.

LXXIII. Aſſumenda autem ſunt *Purgantia jejuno Stomacho*, ne cum cibo, aut paulo ante, vel etiam

poſt

post eum propinata, Chylum corrumpant & inficiant, huncque ita scoriarum forma eliminent. Sequatur lenis motus pro faciliori distributione & operatione, sed non nimius, ne sudorem ciendo exclusa purgationum miasmata citra effectum transeant.

LXXIV. *Naturalissima* post eam, quæ per alvum fit *evacuatio*, est per *Urinam*, quâ latex totius corporis aquosus superfluus, qui antea pro vehiculo alimenti inserviebat, nunc ceu vehiculum excrementi rejicitur, & Lixivii salsi volatilis formâ sordet, Salinas præternaturales ex Massa sanguinea, aliaque huic permista recrementa, v. g. *Pus pleuriticorum*, vel etiam *suppuratorum Pulmonum* evacuat: aut ex *Abscessibus* vel *Ulceribus* artuum purulentam materiam; simulque ex primis viis Salia vitiosa sub Urina potûs excernit. *Diuresis.*

LXXV. Utut autem variis succurrat Affectibus *Diuresis*, eaque optima & blandissima sit purificandi Corporis contenta ratio, tamen specialius in chronicis, seu, ut aliàs vocantur, tartareis morbis, conducit, v. g. in *Malo hypochondriaco*, *Scorbuto*, cognatisque Affectibus, item *Ictero nigro* aut *flavo*, *Arthritide*, *Hydrope ascite* & *Anasarca*. *Ejus usus.*

LXXVI. Nam & *Acidulæ chronicorum & contumacium Affectuum debellatores*, præter substantiam mineræ Martis, quâ acidos & vitiosos sapores in primis viis destruunt, specialiter diureticâ virtute, quâ potenter pollent, sunt salutares. Exerunt autem virtutem suam *diuretica* in specie vi salinâ, eaque salsâ, quâ ad Nitri naturam accedunt: *nam & Bufones ac Lumbrici ex Regno animali potissima diuretica*, à salsedine ad nitrosam naturam inclinant, & *diuretica vegetabilia* legitimè calcinata Sal diureticum salsum relinquunt, & *mineralium* aciditates diureticæ *Acidularum vis.*

in primis viis in salsum saporum correctæ, vim di-
reticam exerunt.

Diuretica varia. LXXVII. Equidem non levis est *varietas in*
diuretica, quas inprimis recenset *Helmont. Tr.*
Lithias. cap. 5. §. 17. Primatum tamen obtinent
animali Regno *Lumbrici per putrefactionem præpara*
ex vegetabili verò *Terebinthina & juniperina, in spec*
Malvaticum juniperinum; ex minerali tandem *nitros*
quo pertinet inprimis *Spiritus urinosus*, *Clyssus* dictu
volatilis, ex Tartaro & Nitro per retortam tubulata
destillatus.

Transpiratio LXXVIII. Cùm autem continuò & copios
transpiret corpus, & ex pectore vapor exhalet inser
sibiliter, nil mirum est, si tanta sit *Transpiration*
necessitas, ut ex impeditâ eadem oriantur Morbi,
ex eadem auctâ in formam *Sudoris* manifesti iiden
curentur.

Sudor. LXXIX. Fit *Sudor*, quando Sanguis ex quacunqu
causa, v. g. à calore ambientis intenso resolutus &
quasi liquefactus, crebrius per Cor transit, & rapi
diori circulo per totum corpus pellitur; unde suc
cessivè magis magisque in præcordiis rarescit & ab
aëre attenuatus incalescit, magisque effervescit; &
sic *pulsus magnus, celer & frequens*, aliâs *undosu*
dictus, supervenit. *Attenuatur simul aquosus eju*
latex, sanguinem naturaliter diluens, & ita faciliu
& copiosius dissolvit & imbibit Salia, fermentativo
motu ex sanguine separata, unâ cum aliis præter-
naturalibus recrementosis particulis. Dum itaque
Salinus magis cum Sanguine circulatur per partes
solidas, salso isto lixiviali sapore mundificat, eas
abstergendo ab omnibus sordibus, sub nutritione
privatâ preternaturali interdum coacervatis. Interea,
quidquid sub circulari Sanguinis, ejusque serosi la-
ticis motu defertur simul in vasa capillaria unâ cum

fibris

ibris nerveis & intertextis glandulis, miliaribus à Ejus productio.
Iodernis dictis, Cutim constituentibus, penetrat
ı dictas glandulas, tunc propter fibrarum nervea-
ım relaxationem ex calore ambientis patentiores
spongiosiores redditas, donec ita successivè gut-
ılarum, licèt minutissimarum, formâ tandem planè
xtra corpus ejiciatur. De *Glandulis miliaribus Steno*
Malpighius videantur. Nam propter ambientis
alorem, indeque resolutas fibras nerveas, & ita pa-
entiores redditos meatus ac poros, tam vasorum
ıpillarium, quàm glandularum istarum, succedit
ıprimis *Sudor*, qui alias occlusis poris haud efflue-
et, sed potius loco ejus per Urinam fieret secretio
evacuatio.

LXXX. Adeo ut ex dictis universale sanguinis Commoda.
urificativum & partium solidarum, inprimis mol-
ım, abstersivum, & cutis corporisque peripheriæ
nundificativum sit *Sudor*. Præterea omnes Sangui-
is grumescentiæ aliæque coagulationes, omnes hu-
ıorum stagnationes tolluntur, & quicquid exotici
rmenti Sanguini permistum fuerit, hujus beneficio
vacuatur.

LXXXI. Sed quoad *legitimam sudoris admini-* Administrandi ratio
randi rationem, imitanda provida natura, non nisi
n fine v. g. Paroxysmorum febrilium intermitten-
ium, aut in fine Statûs in continuis, ubi quodam-
modo jam deferbuerit Massa sanguinea, *Sudores* pel-
endi sunt, nisi malignitas aliud suadeat.

LXXXII. *Sudorifera* ergo remedia *interna* erunt, Sudorifera interna.
quæ præter ambientem calorem, sanguinem resol-
ventem, aut præter validum motum, eundem in ra-
pidiorem circulum cogentem, humores resolvere,
attenuare & liquefacere magis poterunt. Cùm verò
consistentia Sanguinis effectivè ab acido ejus occulto
dependeat, ob id *sudorifera* erunt vel *alcalia*, inpri-
mis

mis *volatilia*, hinc & *fixa* positivè sudorem pro-
cientia, vel *terrea* acidum absorbentia, & ita pri-
tivè ad Sudorem disponentia. Si ergo præscriben-
dum sit sudoriferum in formâ liquidâ, sufficien
Sudor movebitur sequenti formula: ℞. *Aqu. Ca*
bened. ℥iß. *Spiritus Sal. ammoniaci* ℈ß. *Ol. destil*
Caryophyl. gt. j. l. ii. Syr. Fumar. l. Cortic. Aurant. ℥
M. d. pro dosi. Vel si *pulveris* forma magis place
℞. *Magist. Antimon. diaph. C. C. s. Igne par. Salis Ca*
bened. aa. gr. xij. M. F. pulvis, hauriatur jejuno St
macho in vehiculo calido.

Salivatio. LXXXIII. Præter dictas evacuandi rationes, etia
per copiosi *Sputi salivalis* rejectionem evacuatur ca
sa morbifica sub variâ *Mercurii* usurpatione, qui v
apparenter mortificatus in *Mercurio dulci*, aut *Me*
curio præcipitato quocunque, intus repetitis vicib
assumpto, post aliquot vomitus aut secessus Saliv
copiosæ viscidæ & fœtidæ effluxum causatur.

Mercurii usus. LXXXIV. Vel idem *vivus* adhuc *Mercurius* e
trinsecus admovetur corpori, nunc in *Unguentis* e
eodem, cum duplo vel triplo *pinguedinis porcinæ* i
mortario lapideo probè permisto, paratis; vel art
culationibus majoribus Manuum & Pedum, vel ip
Spinæ dorsi illitis: nunc in suffitibus ex *Cinnaba*
vulg. cum *Benzoe*, *Styrace* & similibus, quæ *Trochi*
corum formâ carbonibus ignitis injiciuntur, paratis
præmisso semper aliquot dierum *Balneo Aquæ dulc*
tepido, pro meliori succorum evacuandorum reso
lutione & liquefactione.

Et effectus. LXXXV. Casus, ut multa aliàs, ita & hic reme
dium subministravit, dum *Ulceribus cacoëthis & ma*
lignis, in specie *venereis*, applicata cum *Emplastri*
& *Unguentis Mercurialia*, copiosam salivationem, &
hac mediante Affectûs curationem procurârunt

In variis morbis. Unde primitus quidem soli *Lui venereæ* dicatus fui

hic

ic *Ptyalismus.* Cùm verò huic juncti & alii Af-
ctus simul levarentur, etiam ad plures chronicos
contumaciores Morbos, quorum causa morbifica
acido vitioso, inprimis in materia viscidiore,
idebatur abscondita, idem fuit usurpatus, specia-
ter ad *Scabies ferinas*, ad *Arthritides* graviores, ad
vilepsias Adultorum confirmatas, &c.

LXXXVI. Equidem promiscuè sub liquaminis llivalis formâ evacuat *Mercurius*, ut *supra* mo- itum, simul tamen hoc ipso vitium peccans cor- gitur & tollitur. Scil. *Amalgama hoc liquidum*, ut robabile esse asseritur à Becchero in *Phys. subterra- a, habet secum Sulphur volatile & subtile, acerrimum men in suo recessu*, sicut sufficienter demonstrat *ackenius in Hipp. Chymico.* Ratione hujus partibus lidis nerveis in specie infestus est *Mercurius*, resol- tque horum nutrimentum proximum chylosum liquamen aqueum subviscidum, quod frequentis- mè per cribra Glandularum, inprimis maxillarium, m superiorum quàm inferiorum, ac Tonsillarum, arum meatus optimè valent transmittere talem ccum, transcolatur in Os; rariùs verò per Glan- ulas pancreaticas eructatur in Intestina, quo casu r *Diarrhœam torminosam*, interdum nonnihil *uentam*, loco salivationis, evacuat. *Operatio noxia.*

LXXXVII. *Cautus tamen meritò apud Germanos jus mercurialis salivationis est usus*, non tantùm iòd spissiores sint minusque fluxiles & tenues succi, conomiam eorum corporis gubernantes, quàm *allorum* aut *Italorum* existunt. Sed in specie propter *orbutum* in oris septentrionalibus nimis familia- m, qui per usum *Mercurii* magis exasperatur. Et eciatim symptomata Linguæ & Oris exulceratio- s atque vacillationes Dentium, Gingivarum pu- dines, &c. vel solo incauto Mercurii usu super- nientia, sunt crudeliora. *Hinc cautè usurpanda salivatio.*

LXXXVIII.

Masticatoria. LXXXVIII. Et hæ fuere universales corpo Evacuationes. Sunt etiam quæ *particulariter sali lem lympham evacuant* ex Glandulis hujus excreti destinatis, uti & ex Tonsillis & Membranâ pituita posteriore, ac consequenter ex ipsis locis vicinis, t dem & successivè ex ipso Capite, à quo *Apophlegn tizantia* dicta seu *Masticatoria*, quorum hinc de ctum gargarisando feliciter usurpari potest, hor tamen evacuata materia tandem non nisi ex sangu derivanda. Conveniunt autem inprimis in *cat rhalibus* capitis *Affectibus*, à Lymphæ vitio oriun dum *acrimoniâ* suâ *volatili*, velut *radix Pyrethri*, *Zingiber* aut *Zedoaria*, aut *Nicotiana*, aut *Sinapi men*, vellicant, mordent & pungunt membranas O ac orificia vasculorum excretoriorum, simulque terius per ea penetrando resolvunt, quos ibidem i veniunt viscidos succos; unde ex iis uberrima des lat Saliva in Os.

Errhina & Ptarmica. LXXXXIX. Eadem omnino est ratio, quan *Nicotiana*, aut *radix Hellebori nigri*, aut *Pulvis rad & florum Liliorum convallium*, vel *Majoranæ folior.* vellicant Membranam pituitariam anteriorem N rium prope Os Vomeris vicinaque loca. Ex his en etiam spissior paulo Lympha uberius sic elicitur, si sine sternutatione hoc faciant *Errhina*, sive cu sternutatione idem præstent *Ptarmica*. Equide

Eorum effectus. utraque Naso saltem, non verò Oculo emungen & *Coryzæ* succurrendo, atque lympham copios aut vitiosam eliminando, principaliter conducu Sed cùm *Sternutatio* non nisi à Diaphragmatis ac liquorum Thoracis musculorum convulsivâ c tractione exspiratoriâ fiat. ob irritationem sensibi simæ Narium membranæ, ex connexione Nerv rum diaphragmatici & intercostalis cum dictæ me branæ nervo sensorio; ob id & ad excitandos Ap plectic

lecticos, Lethargicos,&c. non inutilis eſt Sternuta-
o. Quin & cum impetuosè admodum tunc eli-
itur Spiritus, hincque Abdominis muſculi violen-
r ſe ſtringant, ob id & ea, quæ firmius aut Nari-
us, aut Faucibus, atque aſperæ Arteriæ impacta
nt, ſimul ejici facit, & ad Fœtus ac Secundina-
m excluſionem promptiorem non parum confert.

XC. Quæ denique particulares corporis cavitates *Clyſmata.*
l naturales, *Inteſtina*, *Uterum*, *Veſicam*, &c. vel præ-
rnaturales *Sinus* & *Fiſtulas*, eluunt & expurgant, ar-
prius injecta, *Clyſmatum* generali nomine ve-
unt, quorum frequentiſſimus eſt ad alvum eluen-
m uſus. *Inteſtinalium Clyſmatum*, utut ſubſtan- *Eorum utilitas.*
eorum materialis ultra Coli valvulam naturali-
r adſcendere nequeat, latè tamen diffuſa eſt uti-
as, adeo ut tantùm non omnibus Abdominis &
teſtinorum pathematis, hinc & vicinis locis, Re-
bus, Utero, &c. tam in Adultis, quàm etiam fre-
enter in Infantibus conducat. Altius tamen in
rpus penetrant ſubtiliora & volatiliora eorum
aſmata, unde non tantùm ex *Vino Aromatibus*
buto ebrioſum Delirium obſervavit *Rhodius Obſ.*
.. c. 1. Sed & *à* ℥j. *Opii cum Clyſmate injecti* Abor-
n excitatum eſſe notavit *Salmuth. Cap.* 3. *Obſ.*97.
r *Clyſma* tamen *è Vino Malvatico* curatus fuit alius.
yſteres autem, quibus *Aqua benedicta* pro fortiore
mulo additur, interdum vomitus movent. In
yſmatibus tandem vim nutritivam eſſe, nondum
rſuaſi ſumus. Euporiſton ergo Clyſma foret, v.g. *Clyſma euporiſton.*
Flor. Chamomill. Samb. aa. m. j. Bacc. Junip. ℥ß.
r. 4. *carmin. an.* ʒij. *coq. in ſ. q. Aquæ ſimpl. Colat.*
. add. Elect. bened. lax. ℥j. *Vitelli ovi num.* j. *Salis*
munis ʒj. *M. pro Clyſmate.* *Utut* pro particula-
m Affectuum ratione delectus ſubinde habendus
ſicut in Dolore Inteſtinorum ſcorbutico *ex*

Lacte

Lacte Clysmata, *in* Dysenteriis *ex Cancrorum ju*
parata,&c. commendari solent.

Opii utilitas XCI. Quòd si *Symptomata graviora* peculiare
sui urgeant medelam, quæ etiam per unicuiq
appropriata remedia optimè perficitur, tamen om
nibus iis in genere commodè succurrit *Opium*; qu
sicuti quoscunque spirituum motus, & humoru
vitiosas effervescentias, atque præternaturales exci
tiones sistit, ita & inde oriundis quandoque Sym
ptomatibus periculosioribus cum successu renititu

Et effectus. XCII. Mirandus hic *Opii* & similium narcotic
rum est *effectus*, qui tamen ex eo, quod spirituu
motum impetumque sufflaminat plus minus, e
rum volatilitatem & subtilitatem, indeque facil
mam expansionem ac mobilitatem figendo qu
aut condensando, explicari potest; unde conseque
ter tam continentium quàm contentorum reliqu
motiones omnes naturales & præternaturales cessan
Hæc figendi potentia *Opiatorum* consistere videt
in *principio eorum sulphureo, Sali volatili acri junct*
adeoque secundùm communia asserta potius in c
lore, quàm frigore; cùm &alia narcoticâ vi prædi
ut *Spir. vini*, *Carbones incensi*, *Gas* liquorum effe
vescentium (quod est de natura quodammodo su
phureo volatili) ex dicto principio sulphureo e
ficaciam suam mutuentur. Unde & *Sulphura min*
ralia fixa vi anodynâ, Archæi sedativâ, insignit
excellere dicuntur.

Opium medicina benedicta. XCIII. Sed cùm benedicta in *Opio* sit medicin
ut rectè adhibeatur, tria sunt consideranda: (1)
ritè correctum, vel per digestionem cum alcalibu
vel per fermentationem, (quæ præfertur à nobis u
pote minori tempore & felicius procedens) cit
castrationem per acida, usurpetur. (2) Ut constant
bus adhuc nonnihil viribus legitimo tempore adh
beatu

ɔeatur, in *Acutorum* nempe ſolùm *incremento*, quò ymptomatum atrocitas mitigetur maturè; non in *atu*, ne critici motus impediantur: in *Chronicorum* erò *paroxyſmis*, ſaltem nimis exacerbatis, pro tolendâ eorum ferociâ. Et denique (3) nunquam olum, ſed debitis ſociatum ſpecificis, Affectuique imul appropriatis remediis, eſt in uſum adhibenum, ne ſolo *Opio* palliando tantùm morbos, houm vel recidiva, vel contumacia nimia, inducatur.

XCIV. Hactenus ea, quæ ex remediorum genere, materiali ſui contactu & miſcelâ operari ſolent, adeoque magis cognita ſunt. Sed parvi hæc facit *Helmontius*, qui ſolùm idealiter, & per radii quaſi diffuſionem, citra materialem contactum, Spiritum inſitum illuminando, ſpecialiter in *Stomacho operantia* remedia, ſeu inſigniora & magis potentia urget, eaque ex Metallis ſub formâ *Sulphurum fixorum*, in ſpecie ex *Vitriolo veneris*, præparanda jubet ac poſtuat. Sed *idealis* hæcce ejus *hypotheſis*, ſolâ imaginaione conſtans humanâ, atque in ſubjectis non raionalibus planè inconceptibilis, atque ideis *Archæi* ſeu *Spiritus inſiti* ſuperſtructa, partim ſubtilitate ſuâ nimiâ, partim ſuprà adductis & probatis, planè evaneſcit. *Quæ Helmontius urgeat.*

XCV. Huc tamen revocari poſſunt quodammodo *Curæ Morborum ſympatheticæ*, ſeu *magneticæ* & *tranſplantatoriæ*: illæ quidem, dum citra remedii cum parte laborante contactum, *in diſtans* fit *Cura*, quaſi per certum conſenſum cum Parte affectâ; hæ verò quando ægritudines transferuntur vel in animale, vel in vegetabile Subjectum, ut exinde ſanetur corpus humanum. *Cura ſympathetica.*

XCVI. Sic ſympatheticè *Naſus corrumpebatur* Bruxellis in Nobili, ob mortem Bajuli Bononienſis. *Exempla.*

Pulvis *Vitrioli Veneris in Sole calcinati* curat Hæmorrhagias, Vulnera & Ulcera cruenta in distans, modo sanguinem ex parte læsa oriundum contingat; vocatur ob id *Pulvis sympatheticus*. Et *Persicaria* per aquam frigidam tracta, Contusionibus gravioribus vel Ulceribus imposita, donec nonnihil intepuit, & inde, ut putrescat citius, in loco commodo sepulta, dictos defectus curat. Gladio, quo Vulnus fuit inflictum, sive cruento sive non cruento, applicatum *Unguentum*, quod vocant *magneticum* seu *armarium* curatur Vulnus. Lac in prunas emulctum, ut Vaccæ Ubera inflammat, ita Mulieris ubera sterilescere facit; vel dum contactu Lardi aut Pomi per medium dissecti curantur *Verrucæ*, mediante dictorum putrefactione. Eadem ratio est cum *Clavis pedum*. Siquando in Phthisi, similibusque Affectibus recipitur *Raphanus recens*, excavatur, inque illum Urina immittitur, adaptato ei operculo suo, hinc sub stillicidio in terram collocatur, disparente Urina cessat Affectus.

Cura transplantatoria. XCVII. *Transplantatoriè* v. gr. curatur *Panaritium* intrusione digiti in Felis aurem, *River. C.* 4. *Obs.* 19. *&* 63. Aut dum placentulæ, ex Urinâ Icterici cum farina factæ, à Cane esitatæ, Icterum tollunt. Vel dum *Podagra* tollitur cum Sanguine & Urina Ægri in Salices tenellas, vel Arboris radicem, transplantatis: vid. *Timæum à Guld.* l. 5. *Epist.* 8.

Operandi ratio. XCVIII. In omnibus his Curis mediatè certa *portio Spiritus vitalis* ex corpore Ægri decisa cum igne, sive cum Urina, seu cum Sudore, seu cum insensibili Transpiratione, separatur à toto, & in aliud subjectum transfertur. Hæc enim omnia aliquid de *Spiritu vitali*, demunt, inestque iis participatio quædam totius extra concretum naturale, ut loquitur *Helmontius*. Unde prout hic alteratur diversimodè,

-versimodè, sequitur similis in corpore toto alteratio, plus minus tamen, prout vel citiùs, vel tardiùs ad omnimodam sui dissolutionem, ac interitum vel evanescentiam disponitur, & ita vel breviùs vel diutiùs cum toto consensum sustinet.

XCIX. *Mumiæ spiritualis* nomine venire solet his in casibus dicta Spiritûs vitalis portio, quæ à toto separata fundamentum dictarum curationum constituit. Utut enim propriè spiritui insito tribui soleat hæc differentia, ratione cujus est etiam differentia inter corpora violenta & naturali morte obeuntia; hoc tamen in casu promiscuè sumi solent. *Mumia* hæc, si sub forma effluvii subtilioris ex habitu corporis extrahi debeat, id mediante corpore tertio, *Magnete* dicto, fieri solet, sive ex *Stercore humano* cum *Tenzelio* hunc magnetem parare, in ejus *Medicina diastatica*; sive cum aliis ex *Stercore & Sanguine Hominis sani*, aut ex *Carne Hominis violenter interempti*, desumere velimus. *Mumia spiritualis.*

C. Pertinent huc *Philtra vera*, ad certam personam determinata, quorum vis in tali mumiali confermentatione consistit, ut ad certum objectum tranatur dilectio, ut rectè loquitur *Helmont. Tr. Magnet. Vuln. Cur.* §. 27. & 28. h. e. in unione certâ & arctâ Spiritûs vitalis mumialis unius subjecti cum altero, ut ita hujus Spiritus transmutetur, & omnino subigatur ab istâ mumiâ; unde sequatur propensio naturalis, & quasi raptus in illam personam. Sed hæc pro excitandâ saltem curiositate in his abstrusioribus sufficiant. *Philtra.*

CI. In omnibus Curationibus non raro plus Arte medicâ valet gravius Malum; unde sæpius necesse est, ut maturè artificiosâ conjecturâ cognoscat Medicus, an & quomodo curabilis sit Affectus? adeo- *Sæpè morbus Arte gravior.*

que & eventum morbi, & tempus atque modur illius artificiosâ Prognosi eruat. Neminem auter *prognostico* relinquat, quia nunquam omnia ade manifesta esse possunt circa Ægros, ob specialem uniuscujusque Individui Idiosyncrasiam; quin in terdum hujus ratione miracula in Medicina fieri vi deantur, & ii, qui conclamati putantur, præter sper convalescant, quemadmodum hoc Practici omne experientiâ non unâ satis superque testari possun

Methodus medendi. CII. Omnia igitur hactenus circa Therapiam di cta non malè sequentibus præceptis compendios includi commodè posse juxta *Waldschmidium*, cre didimus. Ante omnia proin *Methodus medendi* pe certas Indicationes invenire docet media, quibu amissa corporis humani sanitas restitui possit. At que suffulta est *Ratione* sanâ & *Experientiâ*, quarun *illa* fundatur in Judicio, omnia circa ægritudine contingentia phænomena, omnesque circumstan tias probè examinandi, naturamque, virtutes & effectus remediorum exactè ponderandi, ac demun conclusionem de curationis modo instituendi *hæc* vero nititur observationibus rerum in his au illis subjectis ægrotantibus visarum, quibus ratio & judicium confirmari potest.

Indicatio. CIII. *Indicatio* est ostensio Remediorum sive Auxiliorum ad sanitatem restituendam necessario rum. Respicit autem *Morbum* ipsum, *Morbi causam Symptomata urgentia* & *Vires*; quæ totidem sun *Indicantia*, atque præsidium aliquod, quod *Indicatum* eapropter appellatur, instituendum postulantia

Divisio. CIV. Omnia hæc dividuntur in *curatoria*, *præservatoria*, *mitigatoria* & *vitalia*. *Indicatio curatoria* petitur à Morbo, tanquam *Indicante curatorio*, cujus *Indicatum curatorium* est remedium sive auxilium Morbum tollens. Indicatio *præservatoria* petitur à

causâ-

causâ morbi, tanquam indicante *præservatorio*, cujus Indicatum *præservatorium* eſt Remedium cauſam illam deſtruens. Indicatio *mitigatoria* petitur ab Indicante *mitigatorio*, nimirum *Symptomate urgente*, cujus Indicatum *mitigatorium* eſt remedium, quod urgens illud, ſive grave Symptoma mitigare poteſt. Denique Indicatio *vitalis* petitur ab Indicante *vitali*, ſive viribus debilitatis, cujus Indicatum *vitale* eſt remedium confortans, roborans, Spiritus deperditos refocillans.

CV. Itaque *Therapeutica* Medicinæ pars dividi rectè conſuevit in *Methodum medendi* & *Materiam medicam*, quæ poſterior autem, tanquam pars ſuppeditans auxiliorum medendi ſylvam, ſ. farraginem omnis generis præſidiorum, ſubdividitur in *Chirurgiam*, *Pharmaciam* ac *Diætam* Ægrotantium. *Therapeuticæ partes.*

CVI. *Chirurgia* eſt ea Therapeuticæ Medicinæ pars, quæ artificiosâ manuum operâ corporis humani Morbis, præcipuè externis, mederi docet. Ad quam proin actionem tria requiruntur, 1. *Agens*. 2. *Subjectum patiens*. Et 3. *Inſtrumenta*, quorum adminiculo fit Actio. *Chirurgia.*

CVII. *Agens* vel Actor eſt *Chirurgus*, ſive Operator, qui manuales actiones ad comparandam Ægro ſanitatem perficit. In hoc *C. Celſus* & alii requirunt, ut manu præditus ſive inſtructus ſit expeditâ, ſtrenuâ, ſtabili ſeu firmâ ac robuſtâ, nunquam intremiſcente, eaque non minus ſiniſtrâ, quàm dextrâ promtus, acie Oculorum acri claraque, animo intrepidus, judicioſus, Anatomiæ peritus, non temerarius, attamen immiſericors, ſic ut ſanare velit eum, quem ſuſcepit curandum, non ut clamore ejus motus, vel magis, quàm res deſiderat, properet, vel minus quàm neceſſe eſt, ſecet. *Chirurgi requiſita.*

CVIII. *Subjectum patiens* eſt corpus humanum, cujus partium ſingularum ſtructuræ, ſitus, atque *Subjectum.*

connexionis exactissima in Chirurgo perfecto re
quiritur notitia, non tam ex Libris Anatomicorum
utcunque diligentissimè lectis, quàm ex frequen
Cadaverum sectione & inspectione haurienda,

Instrumenta CIX. *Instrumenta* Chirurgica dicuntur, quorum
adminiculo operatio perficitur; quibus addi solen
à prudentibus Jatro-Chirurgis *Locus* ad operandum
aptus, *Lumen*, *Vestitus*, *Ministri*, & *Adstantes*.

Eorum species. CX. *Instrumenta* quamplurima Chirurgis sun
necessaria, inter quæ tamen præcipuè numerantu
v. gr. *Acus pro deponendâ Cataractâ*, *Bracheria pr*
Herniis, *Cannulæ variæ*, *Catheteres*, *Culter rasorius*
& falcatus, *Cauteria*, *Cochleare ad Uvulam relaxa*
tam, *Circuli uterini*, *Dentiscalpia*, *Fasciæ omnis gene*
ris, *Ferulæ*, *Forcipes omnis generis*, *Hamuli*, *Instru*
menta pro Trepanatione, *pro Lithotomia*, *Herniotomiâ*
Paracenthesi, *Lanceolæ diversæ*, *Metrenchyta*, *Oris spe*
culum, *Pelicanus*, *Rostra diversi generis*, *Scalpelli om*
nivarii, *Scalpra*, *Specilla*, *Styli*, *Siphones*, *Novacula*
Volsellæ, *Uncini*, *Habenæ*, *Vectes trifidi*, *Panni*, *Pan*
niculi linei, *Spongia*, & plurima alia.

Locus. CXI. *Locus* ad operationes & deligationes Chi
rurgicas feliciter præstandas is est aptissimus, adeo
que seligendus, in quo Æger à frigore, ventis, æstu
Lumen. & aurâ qualicunque nocivâ immunis existit. *Lumen*
quoque tale in loco Operationis esse debet, cuju
Vestis. ope Chirurgus accuratè videre queat partem, quam
tractare suscepit. Sed & *Vestis* Operatoris ita com
parata sit, ut nullum in operando impedimentum
afferre queat.

Adstantes. CXII. Præterea *Adstantes* & *Ministri* oportet u
sint alacres, expediti, taciti, ad Operatoris monita
& desideria attenti, suique officii executores promti
Operator. sicque Ægrotantibus neque ingrati, neque molesti

CXIII. Denique *Chirurgus* ipsemet susceptam
Ope

Operationem noverit expedire celeriter, tutò, & minimo, quantum fieri poteſt, cum dolore Ægrotantis.

CXIV. *Operationes Chirurgicæ* præcipuæ ſunt quinque, *Syntheſis*, *Diorthoſis*, *Diæreſis*, *Exæreſis*, & *Deficientium reſtitutio*; ad quas dein plures adhuc aliæ minus principales referuntur. *Operationes Chirurgicæ quinque.*

CXV. *Syntheſis*, Σύνθεσις, eſt Operatio chirurgica, quâ partes corporis ſolidæ, molles vel duræ, præternaturaliter ſejunctæ, fractæ, aut luxatæ artificialiter conjunguntur. Huic æquè ac aliis operationibus primariis inſerviunt aliæ plures ſecundariæ, nimirum *Deligatio*, ad quam ſpectant *Faſciatio*, *Extenſio*, *Conformatio*, *Spleniorum injectio*, *Ferularum adaptatio*, *Illaqueatio*, ſ. *Laqueorum injectio*, *Deligatæ partis apta collocatio*, deniqne interdum *Conjunctio per glutinum*, aut *ſuturam*. *Syntheſis.*

CXVI. *Extenſio* eſt Membri alicujus luxati, vel Oſſis fracti debita in longitudinem expanſio, manuum, vel laqueorum, habenarum, aut faſciarum, vel denique organorum & machinarum ope inſtituta, eum in finem, ut Membrum vel Os in formam ſuam, ſitumve & connexionem naturalem denuò reduci poſſit. *Extenſio.*

CXVII. *Conformatio* eſt Oſſis fracti & extenſi in ſuum naturalem locum repoſitio, atque extremitatum ejuſdem recta coaptatio. *Conformatio & coaptatio*

CXVIII. *Faſciatio*, eſt commoda, aptaque faſciarum circa membrum curandum ſive ſanandum circumductio & convolutio. *Faſcia* autem eſt vinculum quoddam longum & latum, illudqne lineum, molle, læve, & mundum. *Faſciatio.* *Faſcia.*

CXIX. *Splenia*, antiquis *Plumaceoli*, hodie verò *Pulvilli* ſeu *Plagulæ*, ſunt panni linei complicati, qui vel Spiritu Vini, Aceto, aliove Liquore madentes *Splenia ſ. Plagulæ.*

& compacti, vel ficci; plures aut pauciores, rec obliquè, aut transversè imponuntur.

Ferulæ. CXX. *Ferulæ* sunt assulæ leves, ab Antiquis è co tice Ferulæ arboris, hodie autem è Ligno abietin Arborum quoque aliarum corticibus, imò & è C rio duriore, vel conglutinatâ Papyro fabricatæ, qu Ossibus fractis & luxatis, postquam reposita fuerur adaptari solent.

Illaqueatio. CXXI. *Illaqueatio*, est laqueorum debita part bus adaptatio & injectio; ad Ossa fracta vel luxa extendenda, reposita suo loco retinenda; ad part constringendas & arctè vinciendas, imò ad vincien da capita vasorum, è quibus sanguis manat. *Laque* autem est vinculum ita nexum, ut attractum v pondere pressum claudatur.

Conjunctio per Glutinum. CXXII. *Conjunctio per Glutinum*, sive per Em plastrum tenax & maximè glutinosum, in Vulner bus partium mollium amplis & longis instituitur.

Per suturam. CXXIII. *Conjunctio per Suturam* instituitur quo que in partibus mollibus ope acûs, triangularis sæ pè, quæ cum filo robusto, cerâ oblito, perficitu ad partes tanto citius & melius sibi invicem ope a fluentis succi nutritii conglutinandas.

Diorthosis. CXXIV. *Diorthosis*, Διόρθωσις, est operatio Ch rurgica, quâ ossa præternaturaliter compressa v distorta in pristinum statum & locum naturalen reducuntur. Huic operationi inserviunt in Crani quidem Puerorum depresso Cucurbita cum magn flammâ post derasos capillos applicata, Emplastrun tenax, Elevatorium instrumentum. In aliis ver partibus, v.gr. in Pedibus Ocreæ, in Pectore Tho rax ferreus, Fasciæ &c. convenienter applicatæ.

Diæresis. CXXV. *Diæresis*, Διαίρεσις, est Operatio chirur gica, quâ partes continuæ corporis dividuntur. Per

Sectio. ficitur ista partim *Sectione*, partim *Ustione*. Section parte

artes quidem molles, Venæ, Arteriæ, Abſceſſus periuntur, Fiſtulæ inciduntur, Cutis ſcarificatur, etacea apponuntur, Frenulum linguæ dividitur, Thorax, Abdomen, aut Scrotum punčturâ aperiuntur; *Duræ* verò, ſive Oſſa Cranii, aliave perforantur, terebranrur, limantur, ſerrantur, raduntur. *Uſtio* adhibetur in partibus tam mollibus quàm duris, & perficitur cauteriis modò actualibus, modò potentialibus. *Uſtio.*

CXXVI. *Exairesis*, Ἐξαίρεσις, eſt Operatio chirurgica, quâ ſuperflua in corpore, res videlicet inutiles aut noxiæ auferuntur, extrahuntur; v. gr. Globuli ſclopetarii, Tela, Fœtus ex Utero, Extranea è faucibus, Oculis, Naribus, Auribus, Calculi & Urina è Veſicâ. Quô pertinent partium corruptarum amputatio, Excreſcentiarum carnearum reſciſſio, Condylomatum, Sarcoceles, Verrucarum, Clavorum extirpatio, Dentium carioſorum evulſio. *Exaireſis.*

CXXVII. *Deficientium reſtitutio* eſt Operatio quoque chirurgica, quâ deficientes corporis partes, quantum fieri poteſt, reſtaurantur. *Curtorum* appellatur *Chirurgia*, de quâ *Caſp. Taliacotius* peculiarem Tractatum in lucem edidit, inque eo docuit, quâ ratione decurtatâ Naſi, Labiorum, vel Aurium extremitates reſtitui poſſint ac debeant. Sed cum reſtitutio hæc Recentioribus Jatro-Chirurgis viſa ſit impoſſibilis, niſi palliativè quis eam exercere cupiat, ideo eam quoque è numero Operationum chirurgicarum expunxerunt. *Deficientium reſtitutio.*

CXXVIII. *Pharmacia* ſ. *Pharmaceutica* eſt pars Medicinæ Theurapeuticæ, docens Medicamenta ſimplicia cognoſcere, ſeligere, præparare & componere in uſum ſanitatis conſervandæ vel reſtituendæ. *Pharmacia.*

CXXIX. *Medicamentum* ſ. *Remedium* eſt id omne, quod corpus hominis alterando à ſtatu præternatu- *Medicamentum.*

rali sive morboso, ad statum naturalem sive sanu
reducere valet. Differt hinc á *Veneno*, quod co
pus hominis alterando destruit; & ab *Alimento*, qu
corpus alendo instaurat, conservat, atque etiam
terdum auget.

Medicamentorum divisio. CXXX. *Medicamenta* sunt vel *simplicia*, quæ à s
naturâ talia sunt, nihilque ex arte permixtum haben
vel *composita*, quæ è pluribus simplicibus invice
arte in unius remedii formam mixtis constant.

Simplicia. CXXXI. *Simplicia* Remedia desumuntur è trib
sic dictis *Regnis*, *Vegetabili*, *Animali* & *Minera*
è Tribus Regnis petita. quorum Vegetabile suppeditat omnis generis *Pla*
tas, è quibus in usum medicum desumuntur part
diversæ, *Radices*, *Ligna*, *Cortices*, *Folia*, *Flores*, *Sem*
na, *Fructus*, *Succi*, *Gummi*, *Resinæ*, *Olea*, *Liquores*,&
Regnum *animale* suggerit talia vel integra, vel e
rum partes, quemadmodum *Crania*, *Dentes*, *Pulm*
nes, *Cornua*, *Adeps*, *Medulla*, *Pinguedo*, *Caro*, *La*
Ova, *Mel*, *Cera*, *Bilis*, *Urina* &c. Tandem è Regn
minerali trahimus in usum Medicum varia quoqu
simplicia, velut sunt *Terra sigillata*, *Bolus Armena*, *A*
timonium, *Metalla*, *Salia*, *Alumen*, *Nitrum*, *Vitriolum*
Cruda. *Sulphur*. *Argentum vivum*,&c. Quæ singula vel *cru*
adhibentur, sine præviâ qnadam sui mutatione: v
Præparata. *præparata*, hoc vel illo modo mutata, atque in usu
medicum accommodata.

Præparationes diversæ. CXXXII. Cùm autem præparationes Remedio
rum existant diversæ tam in Chymicis, quàm i
Pharmaceuticis Officinis, Satis heic arbitramu
esse, earundem tantùm nomina, atque generales d
scriptiones in gratiam Tyronum breviter indigitâss

Alcoholisatio. CXXXIII. Ante omnia igitur *Alcoholisatio* e
præparatio pharmaceutica, quâ vel simplicia *sic*
in pulverem subtilissimum, farinæ instar, lævigan
do, aliove modo rediguntur; prout *Crystalli*, *Coralli*

Mat

ater *perlarum* &c. super porphyritem continuè rendo præparantur: vel *Liquida*, v. gr. *Spiritus Vi-*, aut *Cerasorum nigror.* repetitâ aliquoties destillaone ita dephlegmatur sive rectificatur. *Rectificatio* im nihil aliud est, quàm repetita alicujus rei dellatio vel sublimatio, quò tanto purior evadat. *Rectificatio.*

CXXXIV. *Amalgamatio*, est Operatio pharmautico-chymica, sive Calcinatio, vel Impastatio etallorum facta per Hydrargyrum, quâ nimirum a velut emolliuntur, sive molliora & flexiliora reduntur, & in calcem rediguntur: ita v. gr. *Calces uri* & *Argenti* præparantur, à quibus dein Hydrarrum sive expressivâ trajectione per corium, sive r evaporationem in Crucibulo iterum aufertur. anc Chymistæ primam vocant Calcinationis, solis men Metallis dicatæ, speciem. *Amalgamatio.*

CXXXV. *Calcinatio* est corporis alicujus pulveatio, facta per ignem *actualem* vel *potentialem*, sive rrosionem. Illa quæ fit per ignem *actualem*, perfiur *Incineratione*, quâ simpliciâ, v. gr. Vegetabilia mbustione in cineres rediguntur: & *Reverberatione*, â corpora dura, v. gr. Lapides, Mineralia igne verberii violento in fornacibus in calcem converntur; ita Silices iu Calcem vivam, Antimonium varii generis pulveres, vel per se vel cum Metallis digitur. Huc refertur etiam *Extinctio* rei ignitæ. *Calcinatio. Per ignem. Incineratio Reverberatio.*

CXXXVI. *Calcinatio per corrosionem*, sive ignem *tentialem*, fit per *Amalgamationem* ut suprà: per *æcipitationem* à Spiritu aliquo acido solvente, quoodo Corallia, Margaritæ, Oculi Cancrorum à Spitu vitrioli philosophico s. Phlegmate vitrioli solintur ac per se præcipitantur: hæc Operatio aliis oque *Immersio* seu *Calcinatio immersiva* vocatur, oniam res calcinandæ Spiritui, ceu sali fluido imerguntur. Per *Vaporationem*, quando res ab humido *Calcinatio per corrosionem. Præcipitatione sive Imersione. Vaporatione*

mido quodam vapore emollitur, in pulverem de
ceps redigenda; vocari ſolet à nonnullis *Calcin*
philoſophica, quomodo Ebur vel Cornu Cervi ph
ſophicè parari ſolet. Per *Fumigationem*, quando
Fumigatione aliquæ, v. gr, Metalla per fumum acrem Merc
vivi corroduntur, & fragilia redduntur. Deni
Cœmentatione. per *Cœmentationem*, ſive *Stratificationem*, quar
corpus aliquod metallicum, v. gr. Aurum, Arg
tumque, cum Salibus corrodentibus, *Cœmenti* n
mine venientibus, Stratificatum in igne corrodi
& calcinatur.

CXXXVII. *Clarificatio* eſt Operatio pharmac
Clarificatio. tica, quâ liquida v. gr. Decocta, Succi expreſſi,
per ſe quieſcendo, vel interveniente Solis aut Ig
lenis calore, vel per Albumen Ovorum, interdu
cum Scopis, vel per colaturam aut filtrationem
purantur.

CXXXVIII. *Circulatio*, eſt Operatio chymi
Circulatio. quâ res quædam, præcipuè liquidæ, in vaſe circu
torio, Ovum philoſophicum nuncupato, diutu
plus minus digeſtione exaltantur, & motu quaſi c
culatorio melius comminuuntur, uniuntur, miſc
tur; imò interdum duæ res diverſæ, v. gr. Spiri
ſalini acidi, & Spiritus ſulphurei vinoſi, in unu
tertium convertuntur.

Coagulati. CXXXIX. *Coagulatio*, eſt Operatio chymic
pharmaceutica, quâ res liquidæ mediante humi
tatis per calorem exhalatione ad ſolidam maſſa
reducuntur; vel res à calore diſſolutæ per accede
frigus coagulantur. Sic dum fluidæ partes Eſſent
rum v. gr. in digeſtionis calore exhalant, inde fiu
Extracta, concreſcentibus ſic particulis ramoſis
craſſioribus. Dumque Gummata, Cera, Pingue
nes, &c. calore diſſoluta exiſtunt, per accedens f
gus in Emplaſtrorum ſolidam formam concreſcu

CX

CXL. *Cohobatio*, eſt repetita alicujus rei deſtilla- *Cohobatio.*
), vel liquoris corpori aliquoties affuſi frequens
ſtractio, & reiterata affuſio, ſive exaltationis vi-
m gratiâ, ſive etiam majoris fixationis causâ.

CXLI. *Colatio*, eſt Operatio, quâ liquida diverſa, *Colatio.*
ida, tepida aut frigida, ad puri ab impuro ſepara-
nem, per colum, ſive per linteum, aut per pan-
m, *Manica Hippocratis* dictum, tranſmittuntur.

CXLII. *Cribatio*, eſt Operatio pharmaceutica, quâ *Cribratio.*
rpora ſolida, plus minus dura, in minores particu-
contuſa, ſive pulveriſata; vel etiam pulpoſa
r Cribrum trajiciuntur.

CXLIII. *Cryſtalliſatio*, eſt Operatio pharmaceu- *Cryſtalliſatio.*
o-chymica, quâ ſalia in Liquore aliquo plus mi-
s copiosè ſoluta, motuque perpetuo agitata, poſt
tam ejus quantitatem coctione abſumtam, ſu-
rveniente frigore ſenſim ad quietem rediguntur,
itaque ad fundum ac latera vaſis in Cryſtallos
phanas, figuræ diverſæ, attamen naturæ uniuſ-
jusque ſalis propriæ concreſcunt. Adeoque ſpe-
es veræ eſt Coagulationis.

CXLIV. *Decantatio* ſ. *Defuſio*, eſt Operatio phar- *Decantatio*
aceutica, quâ Liquor per Vaſis, in quo continetur,
clinationem à fœcibus ad fundum præcipitatis de-
ndendo ſeparatur, ſine colatione aut filtratione.

CXLV. *Detonatio*, ſ. *Deflagratio*, eſt Operatio *Detonatio.*
ymica, quâ vel Nitrum cum Sulphure ſimplici,
t cum Sulphure Antimonii, in variis præparatio-
ous igni commiſſum cum impetuosâ ac ſtrepente
minationis remiſſioris flammâ in auras deflagrat;
l Sulphur cum Tartaro & Nitro in Clyſſorum præ-
ratione committitur.

CXLVI. *Deliquatio*, eſt corporum ſolidorum in *Deliquatio.*
ida converſio, quemadmodum *Salia* v. gr. *Tartari*,
r deliquum ſolvuntur.

CXLVII.

Digestio. CXLVII. *Digestio*, est Operatio pharmaceuti quâ res quædam per aliquod tempus in blando lore detinentur, ad particularum suarum attenu tionem, dissolutionem, conjunctionem; *Macera* hinc quoque existit, & plurimis aliis Operationib inservit.

Edulcoratio CXLVIII. *Edulcoratio* est operatio, quâ res qu dam sive per lotionem dilutæ, sive alio modo à s salibus, aliisve particulis acribus separantur liberantur.

Extractio. CXLIX. *Extractio*, est Operatio chymica, quâ co pus quoddam in varias partes resolvitur, & subtili res vel utiliores inde eliciuntur, quæ dein in forma penè solidam rediguntur; quemadmodum fiu *Extracta* diversorum Vegetabilium, *Rhabarbar* *Myrrhæ*, *Betonicæ* &c.

Fixatio. CL. *Fixatio*, est Operatio chymica, quâ corpo à statu plus minus volatili in fixum, & igni resiste tem convertuntur. Ita *Salia* figuntur, v. gr. *Tart* in Sal Tartari, *Nitrum* in Nitrum fixum &c.

Filtratio. CLI. *Filtratio*, est Liquoris alicujus per Charta bibulam trajectio atque depuratio.

Lævigatio. CLII. *Lævigatio*, est Operatio, quâ variæ res sup Porphyritem continuè terendo, adspersâ subin Aquâ aliquâ destillatâ, in pulverem subtilissimum r diguntur, unde hi *Præparati* audiunt: Sic Oculi ca crorum, Corallia &c. præparantur.

Nutritio. CLIII. *Nutritio* ea dicitur Operatio, quâ res qu dam convenienti Succo imprægnantur: sic *Nutritu* vocatur *Unguentum*, quando Pulveris alicujus arb trariæ quantitati Oleum in Mortario marmoreo gu tatim affunditur sensim, atque hinc vehementi ag ratione in Unguenti formam redigitur: ut ad Pulvis ab Oleo quasi nutriri videatur.

Præcipitatio CLIV. *Præcipitatio* est Operatio, quâ Liquor a

qu

iis Solutioni corporis cujuſdam à menſtruo quo-
im factæ, affuſus illud ad fundum ſenſim præci-
:at ac detrudit. Ita v. gr. Mercurius à Spiritu acido
lutus, per affuſam Aquam ſalſam præcipitatur
b formâ Pulveris.

CLV. *Sublimatio*, eſt Operatio chymica, quâ par-
ulæ ſubtiliores alicujus corporis ſuper Ignem me-
ocrem in ſublime elevantur, atque Collo ſubli-
atorii Vitri adhærent, relictis poſt ſe craſſioribus
fundo. Ita *Mercurius* & alia ſublimari ſolent. *Sublimatio.*

CLVI. *Fermentatio*, eſt Operatio, quâ particulæ *Fermentatio*
cujus corporis, v. gr. Muſti vinacei, Succi aliorum
ctuum inteſtino quodam motu per materiam
moſphæræ ſubtilem introducto & excitato ita agi-
itur, ut aliud inde corpus producatur. Gradu ab
differunt *Efferveſcentia*, *Turgeſcentia*, *Ebullitio*.

CLVII. *Deſtillatio*, eſt Operatio artificioſa phar- *Deſtillatio.*
aceutico-chymica, quâ eſſentia, vel particulæ re-
m medicamentoſæ vaporis ſub formâ eliciuntur,
que liquorem aquoſum, ſpirituoſum, vel oleoſum
tatim ſtillando coguntur. Ita producuntur *Aquæ*
tillatæ, *Olea ſtillatitia*, *Spiritus* diverſi *per deſtilla-*
nem. Habentur interea tres *Species* Deſtillatio-
m, videlicet 1. *Per aſcenſum*, 2. *Per deſcenſum*, &
Per inclinationem.

CLVIII. Ad *Labores* autem ſive *Operationes* phar- *Inſtrumenta*
ceutico-chymicas requiruntur varia *Inſtrumenta*, *& Furni.*
rniq; diverſi. Ubi ſtatim inter uſitatiora *Vaſa* &
trumenta recenſetur *Cucurbita* cum ſuo *Operculo*,
mbici nomen gerente: quod ſi Cucurbita fuerit
orea & ampla, dicitur *Veſica*: ſi ſit minor & recta,
catur *Cucurbita ſeparatoria*: ſi fuerit collo incur-
donata, appellatur *Retorta*. Præterea requirit
armacopœus *Vaſa recipientia*, *Crucibula vitreata*,
non vitreata, *Catinos*, *Capellas*, *Spatulas*, *Phiolas*,
Mortaria,

Mortaria, Conum fusorium, Circulos ferreos, lineos, *stramineos, Cribrum, Pyxidem cœmentatoriam, Ampu*las, *Siphones, Infundibula, diversissimi generis Vitr* aliaque plura Instrumenta.

CLIX. *Furnus* constat ex cinerario, foco, & lab ratorio: quo pertinent simul spiracula seu ventil aut Registra, Craticula, Ostiola. Usitatiores Fur sunt Furni pro Balneo Maris, pro Retortis, pro C curbitis, Piger Henricus, Furni pro destillan Spiritibus acidis; Furnus portatilis, cingulis ferr munitus, Furnus Lampadis.

Ignis gradus. CLX. *Caloris* dein *gradus* in Igne Operationu sunt observati, quorum *primus* est mitis, quem nerrimi Hominis manus tolerare valet: *Secund* est in Balneo Maris, seu Vaporis: *Tertius* est in C neribus calidis; *Quartus* in arenâ calente: *Quin* tandem in aperto Igne, v. gr. Fusionis, Reverbe &c. Habent autem hi ipsi gradus suas iterum la tudines, sive ut ita loquar, subgradus.

Medicamenta simplicia & composita. CLXI. Medicamenta *simplicia* plurima, antequa usurpentur, ob cruditatem suam præparationem a quam sustinere solent. Quando autem plura inv cem conjunguntur simplicia remedia, inde emer Medicamentum *compositum*. In compositis ve quibuslibet adest *basis*, cui non rarò adduntur *stim lus* & *corrigens* quoddam.

Signatura. CLXII. Præscriptis demum medicamentis insc bitur *signatura*, quâ indigitatur, quomodo, & q dosi remedium capiendum sit; subinde insinuan simul, cujus operationis esse debeat.

Dispensatio CLXIII. Necessaria porrò est *legitima* Remedi rum *dispensatio* respectu ponderum & mensuraru *Pondera determinantur* quarum quantitas est definienda adcuratè. Ita *Pu*veres exhiberi solent à Pondere unius, vel dimi quandoque *grani*, usque ad drachmam integram pl

minu

inus: *Potiones* ab Unciâ unâ ad uncias quinque
il ſex plus minus: *Mixturæ liquidæ*, & *Ecclegmata*
ir cochlearia. *Elixiria*, *Eſſentiæ*, *Tincturæ*, à gut-
decem ad quadraginta plus minus: *Spiritus al-*
lini à guttis ſex ad gutt. viginti plus minus: *Ex-*
acta à grano uno ad viginti vel triginta: *Salia fixa*
granis decem ad drachmam integram plus minus:
olatilia à granis tribus ad viginti: *Electuaria* ſ. *Opia-*
ad magnitudinem Nucis moſch.

CLXIV. *Pondera* autem & *Caracteres* ſequenti
odo ſe habent: Nimirum

1. Gr. *Granum* pondere ſuo æquat pondus grani Hordei.
2. ℈j. *Scrupulus* ponderat grana viginti4:
3. ʒß. *Drachma ſemis* comprehendit grana trigintaſex.
4. ʒj. *Drachma integra* facit tres ſcrupulos.
5. ℥ß. *Uncia ſemis* ſ. *dimidia* efficit quatuor drachmas.
6. ℥j. *Uncia una* continet Drachmas octo.
7. ℔ß. *Libra ſemis* facit Uncias ſex.
8. ℔j. *Libra una*, ponderis *medicinalis*, comprehendit Uncias duodecim: ponderis autem *civilis* efficit uncias ſedecim:
9. Mj. *Manipulus* eſt quantum manus integra prehendere poteſt; æqualis circiter unciæ dimidiæ ponderis.
10. Pj. *Pugillus unus* eſt quantum quinque digitorum apicibus capi & attolli poteſt. Æquiponderat Drachmæ uni.
11. No. *Numero*, deſignantur Fructus aut Semina.
12. Par. *Paria*, definiuntur itidem ſic Fructus.
13. A. aa. *Ana*, deſignata æqualem quantitatem ingredientium ſpecierum.
14. P. æqu. Dicit *Partes æquales*.

(ricus) Veneris
Arsenicū
Aqua regia
Spirit Vini
Crocus martis
Borax miner.
Cinis.
Calx.
Caput mort.
Cera
Cristalū
Coagulare.
Cucurbita
Calcinare
Cementare.
Digerere
Filtrare
Fixare.
Marchasita

15. Gutt. vel gtt. Significat *Guttas.*
16. Q. ſ. deſignat *Quantum ſatis*, vel *quantum ſufficit.*
17. Q. v. id eſt, *Quantum vis.*
18. Qu. pl. hoc eſt *Quantum placet.*
19. L. a. deſignat *Lege Artis.*
20. S. a. id eſt, *Secundùm Artem.*
21. Sr. Intellige *Signetur.*
22. Nr. *Notetur.*
23. S. S. S. indicat *Stratum ſuper ſtratum.*
24. MB. indicat *Balneum Maris* ſive *Mariæ.*
25. 🜊. Indicat *Acetum.* ·X·. *Acetum deſtillatum.*
26. XX. *Alembicus.* 🝬. *Retorta.*
27. O. *Alumen.*
28. ♁. *Antimonium.*
29. 🜄. *Aqua.* 🜂. *Ignis.* 🜁. *Aër.* 🜃. *Terra.*
30. 🜅. *Aqua fortis.* 🜆. *Aqua regia.*
31. ☉. *Aurum*, ſ. *Sol.* ☽. *Argentum* ſeu *Luna.* ♂. *Mars, Chalybs*, ſ. *Ferrum.* ♃. *Stannum* ſ. *Jupiter.* ☿. *Argentum vivum* ſ. *Mercurius*, *Hydrargyrum.* ♀. *Cuprum* ſ. *Venus.* ♄. *Plumbum* ſ. *Saturnus.*
32. 🜍. *Calx viva.* ♋. *Cancer.* C.C. *Cornu Cervi.*
33. ☌. *Dies.* ☊. *Hora.*
34. ⏄. *Sublimatus.* ⏅. *Præcipitatus.*
35. 🜖. *Vitriolum.* 🜕. *Nitrum.* 🜔. *Sal commune.*
36. Q. E. *Quinta eſſentia.*
37. ⊡. *Urina.* V. S. *Venæſectio.*
38. ⏦. *Spiritus.* ✱. *Sal ammoniacum.*
39. 🝆. *Oleum.* ℞. *Tinctura.* 🜿. *Tartarus.*

Claſſes compendioſæ ſimplicium. CLXV. Aliquando etiam brevitatis gratiâ uno ſub titulo comprehendimus in Formularum præſcriptionibus plura ſimplicia, quæ proin Pharmacopœus ignorare haud debet: Ita v, gr.

Quinque

Quinque *Radices aperientes majores* ſunt *Radix Apii*, *Aſparagi*, *Fœniculi*, *Petroſelini* & *Ruſci*.

Quinque *aperientes minores* ſunt *Radices Graminis*, *Eryngii*, *Capparis*, *Ononidis*, *Rubiæ*.

Quinque Herbæ *emollientes* ſunt *Althæa*, *Malva*, *Violaria*, *Branca urſina*, *Mercurialis*, quibus addunt *Atriplicem*, *Betam*, & *Parietariam*.

Herbæ Vulnerariæ sunt Consolida maior Vinca Vinca Hipericon Plantago

Quinque *Herbæ capillares* ſunt *Capillus Veneris*, ſ. *Adianthum nigrum*, *Phyllitis*, ſ. *Scolopendrium*, *Trichomanes* ſ. *Polytrichon aureum*, *Ruta muraria*, ſ. *Adianthum album*, & *Ceterach* ſ. *Aſplenium*.

Quatuor *Flores cordiales* ſunt *Borraginis*, *Bugloſſi*, *Roſarum*, *Violarum*.

Quatuor *Semina calida majora* ſunt Semen *Aniſi*, *Carvi*, *Cumini*, *Fœniculi*.

Quatuor *calida minora* ſunt Semina *Ammios*, *Apii*, *Amomi*, & *Dauci*.

Quatuor *Semina frigida majora* ſunt Sem. *Citrulli*, *Cucurmeris*, *Cucurbitæ*, *Melonum*.

Quatuor *frigida minora* ſunt Sem. *Cichorii*, *Endidiviæ*, *Lactucæ* & *Portulacæ*.

Quinque *Lapides pretioſi* tandem ſunt *Carneolus*, *Granatus*, *Hyacinthus*, *Sapphyrus* & *Smaragdus*.

Quinque genera *Myrobalanorum* ſunt *Citrini* ſ. *flavi*, *Chebuli*, *Indi* ſ. *nigri*, *Emblici*, & *Bellirici*.

Quatuor *Aquæ pleuriticæ* ſunt Aquæ *Cardui benedicti*, *Cardui Mariæ*, *Taraxaconis* & *Scabioſæ*.

Tria *Olea ſtomachica* ſunt *Abſynthii*, *Cydoniorum*, *Maſtichinum*.

Quatuor *Unguenta calefacientia* ſunt *Althææ*, *Agr. pæ*, *Aregon*, & *Martiatum.*

Quatuor *Unguenta frigefacientia* ſunt *Album cam phoratum*, *Infrigidans Galeni*, *Populeo* & *Roſarum Meſue.*

Formulæ remediorum. CLXVI. Tandem *Formulæ* remediorum Medic cognitæ eſſe debent, ut eas præſcribere ſciat ex tem pore in rem præſentem. Eſt autem *Formula* cer præſcriptio Medicamenti, utplurimum compoſit certam in formam concinandi, ſub quâ Ægrotan vel exhiberi aſſumendum, vel applicari extus quea ad ſanitatis conſervationem ſive recuperationem.

CLXVII. *Formulæ* Remediorum ſunt vel *Offic* *Magiſtrales* *nales*, quæ in Officinis pharmaceuticis jam parat ad diſpenſandum exſtant: vel *Magiſtrales*, quæ i rem præſentem apud Ægrotantes plerunque, ve etiam domi à Magiſtris ſive Doctoribus ordinantu *Officinales.* *Officinales* quandoque *Uſuales*, ſive *Uſualia* medica menta vocantur, quando nimirum adhuc in uſ ſunt, adeoque ad oppoſitionem *Exoletorum.* Diffe rentiæ Formularum ſunt quamplurimæ, pro *uſ.* tam *externo*, quàm *interno*; ſingulas ordine recen ſebimus.

Apozema. CLXVIII. Ante omnia *Apozema* ſive *Decoctum* eſt medicamenti forma liquida, è Liquore, qui plu- rium vel pauciorum ſimplicium remediorum vires per coctionem intra ſe admiſit, conflata, ſubinde clarificata & aromatiſata, & ad uſus purgantes vel al- terantes accommodata.

Julepus. CLXIX. *Julepus* eſt remedii forma liquida, inſtar aquæ, jucunda, è liquore idoneo, & Syrupo quodam vel Saccharo compoſita, ad alterandum vel confor- tandum præſcribi conſueta.

Potio. CLXX. *Potio* eſt Medicamentum liquidum è va- riis rebus, invicem cum aut ſine coctione vel dige- ſtione

ione miſtis, compoſita, atque unâ doſi haurienda
a uſus vel purgandi, vel alterandi, vel roborandi.

CLXXI. *Syrupus*, eſt Remedium fluidum, ex de- *Syrupus.*
octo quodam, vel Infuſo, aut Succo concinnatum,
Saccharo vel Melle addito eam in conſiſtentiam
octum, quâ gutta marmori injecta non diffluit:
l uſum alterandi vel purgandi.

CLXXII. *Vinum medicatum* eſt medicamentum *Vinum medicatum.*
quidum, quod diverſorum ſimplicium vires, per
lam infuſionem elicitas ſive extractas, in ſe con-
net, ad purgandum vel alterandum accom̃odatum.

CLXXIII. *Emulſio* eſt formula remedii liquida ac *Emulſio.*
otulenta, è medullâ ſeminum, nucleorum, ac fru-
uum aliquorum contusâ, affuſione liquoris ido-
ei, Lactis inſtar emulſa, & ad alterandum vel pur-
andum parata. Quando *Emulſio* ex Amygdalis
ulcibus ſolis paratur, *Amygdalatum*, vel *Lac Amyg-
ulinum* vocatur.

CLXXIV. *Hordeatum*, *Ptiſana* veterum eſt nihil *Hordeatum Ptiſana veterum.*
iud quàm Cremor ex Hordeo, ab exteriore cor-
ce inter pinſendum mundato, & in Aquâ probè
octo elicitus, ad alterandum, nutriendumque com-
aratus. Si cum Carnium Juſculo Cremor Hordei
niſceatur, & offeratur ſorbendum, vocabitur *Juſ-
ulum hordeaceum*. *Juſculum hordeaceum*

CLXXV. *Ptiſana* modernorum eſt potus plerun- *Ptiſana modernor.*
ue Ægrotantium, ex Hordeo, Radice Liquiritiæ
Semine Coriandri, aliisve in Aquâ fontanâ invi-
em leniter decoctis paratus, ad alterandum.

CLXXVI. *Hydromel*, eſt potus vel *vulgaris* & *Hydromel.*
rdinarius, cum cibis uſurpatus pro alimento liquido;
el *medicatus*, cum medicamentis alterandi gratiâ *Vulgare.*
aratus. *Prius* è ſolo Melle cum decem vel duode-
im partibus Aquæ per decoctionem, uſque dum
Mel deſpumatum fuerit, paratur, & pro ordinario

potu Abstemiis, imò etiam Ægrotantibus Asthma-
ticis, Tussi & Raucedine laborantibus inservire so-
Midicatum. let. *Posterius* Hydromel ex Melle & quatuor v.
quinque tantùm partibus Aquæ, cum remediis qui-
busdam appropriatis simul mixtis, coquendo, clari-
ficando, & aromatisando quoque, si placuerit, con-
ficitur.

Hydrosac-charum. CLXXVII. *Hydrosaccharum* est potus Hydrome-
lite suavior ac debilicatior, tam sanis Abstemiis
quàm Ægris imbecillibus conveniens, ex Aquæ per
coctionem ferventem depuratæ & colatæ libris octo,
Sacchari librâ dimidiâ, Pomo citreo dimidio in
frusta conciso, maturo & succulento, atque Cinna-
momi optimi, confracti, drachmis tribus plus
minus, per infusionem solam, vel lenissimam
coctionem, paratus.

Diæta. CLXXVIII. *Diæta* propriè sonat regimen sex
Rerum nonnaturalium ad sanitatis conservationem
vel restaurationem. Subinde tamen etiam juxta
Veteres significat Decoctum sudorificum, è Ligni-
Bochetum. merè paratum. *Bochetum* verò nuncupatur Deco-
ctum secundarium Specierum v. gr. Lignorum jam
semel pro potu sudorifico decoctorum; quod se-
cundum decoctum leni tantùm coctione fit, & pro
potu ordinario inservit.

Decoctum Galli. CLXXIX. *Decoctum* Galli, est Medicamentum
liquidum alimentosum, sive Jusculum è Gallo ve-
tere & medicamentis alterantibus, sudoriferis, aut
etiam laxantibus parari solitum.

Destillatum instaurans. CLXXX. *Destillatum instaurans*, est Aqua destil-
lata, s. Liquor per alembicum elicitus, alimentosâ
carnium quarundam, & medicamentosâ simul Con-
servarum, Pulverum, aut Succorum, vel Aquarum
diversarum imbutus, ad Virium, Spiritumque restau-
rationem maximè comparatus.

CLXXXI.

CLXXXI. *Jusculum* est alimentum medicamen- *Jusculum.*
osum liquidum, è carnibus atque diversis simpli-
ibus, Herbis, Radicibus, Fructibus aut Seminibus
oction paratum.

CLXXXII. Gelatina est alimentum medicamen- *Gelatina.*
osum restaurans, è Pedibus vitulinis, aliisve carni-
us, subinde & Rasurâ Eboris vel Cornu Cervi, cum
el sine Saccharo, Cinamomo ac Citrei Mali frusto
er longam plurium horarum coctionem paratum.

CLXXXIII. Bolus est remedii forma penè solida, *Bolus.*
Conservæ consistentiâ, magnitudine Nucis juglan-
is è diversis rebus, ad alterandum, purgandum,
el roborandum parata, ac unâ dosi deglutienda.

CLXXXIV. Opiata sive *Electuarium*, est Reme- *Opiata Electuarium.*
lium consistentiâ Syrupo vel Melle crassius, instar
Theriacæ Adromachi, vel Roob alicujus nondum
deo inspissati, è simplicibus vel etiam diversis
ompositis, Melle aut Syrupo quodam exceptis,
dornatum, & ad purgandum alterandum, vel etiam
onfortandum pro usu longiore comparatum.

CLXXXV. Eclegma, Linctus, est formula remedii *Eclegma Linctus.*
consistentiâ mellis, sive mediâ inter Opiatam & Sy-
upum, è variis thoracicis vel nephriticis composi-
um, atque lingendo vel lambendo usurpari soli-
um, ad demulcendum, lubricandum, attenuandum,
vel etiam excreandum parata.

CLXXXVI. Conditum, est Medicamentum suave, *Conditum.*
formâ inter Opiatas & Pulveres medium, atque è
variis roborantibus, ac restaurantibus parari con-
suetum.

CLXXXVII. Morsuli, Morselli, Pasta regia, Tabulæ *Morsuli.*
Lozenga, Lozengia, sunt Medicamentum solidum,
consistentiâ Pineolato simile, è variis simul invi-
cem subactis instar Pastæ, & Saccharo, in liquore
quodam idoneo soluto tabulatoque, exceptis ad

Conſervæ conſiſtentiam paratum, atque in formar quadratam adornatum, hincque paulatim ſiccatun uſuique aſſervatum.

Pandaleon. CLXXXVIII. *Pandaleon* eſt Medicamentum ſoli dum Tabularum more, ex Pulveribus, Conſerv becchicis,& Saccharo ſoluto tabulatoque confectum inque Pyxidem effuſum, ut inibi indureſcat ; und cum tempore fruſtum aliquod cultro vel cochlear exemtum deglutitur, in Affectibus Pectoris ac Pul monis uſitatum.

Marcipanis. CLXXXIX. *Maſſa panis, Marcipanis*, eſt Confecti gratiſſima, polytropha, ex Amygd. dulc. exc. ℥ii Piſtaciorum mundator. ℥j. invicem in mortari marmoreo probè contuſis, cum Sacchari albiſſ. ℔ß & Aquâ Roſar. in Paſtam coactis parata, ex quâ dei placentæ diverſæ formæ ſiunt, leniter in fornace a colorem flaveſcentem, & ſoliditatem ſ. duritien mediocrem coquendæ.

Pineatum. CXC. *Pineolatum* vel *Pineatum*, eſt Confectic quædam ex æquis partibus Pineorum recentium, & Sacchari ſoluti in paſtam contuſis, hincque in Morſulos vel Tabulas coactis, addito ſi placet Moſche ad gratiam, concinnata.

Rotulæ. CXCI. *Rotulæ, Orbiculi, Teſſellæ, Lozengæ orbiculares* ſunt Medicamentum ſolidum, è Pulveribus maximè, Saccharoque ſoluto, ſupra Syrupi conſiſtentiam cocto & tabulato confectum ad alterandum, roborandum, vel etiam purgandum.

Pilulæ. CXCII. *Pilulæ, Catapotia*, ſunt remedii forma ſolida, globuli effigie ſphæricâ, ex Pulveribus, Extractis, Gummatibus, Succis inſpiſſatis, & ſimilibus, Oleo vel Liquore quodam plus minus glutinoſo exceptis concinnata, ad purgandum vel alterandum.

Trochiſci. CXCIII. *Trochiſci, Paſtilli*, ſunt Medicamenti forma ſolida, duraque Lupini ſeminis figuræ ſimilis, è Pul-

Pulveribus variis, liquore vel mucilagine exceptis, ...que pastam coactis parata, quæ dein in Orbicu...s effigiatur, signo quodam impresso ornatos, usui ...e asservatos. Quando Moschus & Ambra odoris ...avis gratiâ permiscentur, *Muscardini* vocantur *stilli*. *Muscardini*

CXCIV. *Pulvis* est Remedium siccum in minu...ssimas particulas terendo vel contundendo reda...um, ad usus varios destinatum, purgandi, alte...ndi, edulcorandi, absorbendi &c. *Pulvis.*

CXCV. *Epithema* est Medicamentum externum, ...erunque liquidum, quod panno, spongiâ, stupâ, ...el linteo exceptum parti alicui imponitur. *Epithema.*

CXCVI. *Lotio*, *Lavatio*, est remedium aliquod ...quidum externum, quo tanquam Balneo privato ...aput, Nucha, Pedes, vel hoc illudve Membrum ...icando lavatur. Pedum lotio in specie *Pediluvium* ...ppellatur. *Lotio.* *Pediluvium*

CXCVII. *Fotus*, *Fomentatio*, est species Epithe...atis, quod quovis modo foris applicatum corpus ...tu calefacit. Fotus est vel *humidus*, videlicet liquor ...artibus variis lintei, panni, filtri, aut spongiæ be...eficio applicandus: vel *siccus*, v. gr. Sacculus di...ersis simplicibus repletus, & calidè membro ap...licatus ad varias intentiones, resolvendi, miti...andi. *Fotus.*

CXCVIII. *Semicupium*, est dimidium duntaxat ...alneum, cui Æger insidet, Cruribus ac Pedibus ...xtra porrectis. German. Ein Lenden-Bad. *Semicupium*

CXCIX. *Insessus*, *Insessio*, *Vaporarium*, est Balnei ...pecies, quâ Homines Sellæ perforatæ insidendo ...aporem alicujus Decocti maximè calentis, ex Ollâ ...bditâ ad denudatum retro corpus suum admit...unt, ac ita plus minus potenter sudant. *Insessus s. Vaporarium*

CC. *Balneum*, est remedium quoddam externum, *Balneum.*

liquido-aquosum, cui Homines ab extremis pe-bus usque ad Scrobiculum Cordis, vel etiam alti curandæ sanitatis gratiâ plus minus diu aut freque-ter insident.

Stupha s. Laconicum. CCI. *Stupha, Sudatorium,* vel etiam *Laconicu* quòd eo Lacones olim maximè delectarentur, Balneo Romani, est Balnei vaporosi species, q Ægri nulli liquori immerguntur, sed in loco calido-sicco, vel calido-humido detenti incalescu & plus minus potenter sudant.

Embrocatio. CCII. *Embrocatio, Embregma,* est blanda meml alicujus frictio ac lotio cum Oleo, vel Liquore a quo spirituoso instituta, ejusdemque dein fome tatio, applicatione Lanæ, vel Lintei eodem Liqu re vel Oleo imbuti peracta.

Irrigatio. CCIII. *Irrigatio, Perfusio, Stillicidium, Impluviu Instillatio, Embrocha,* est species Fomentationis, q liquor qualiscunque, pluviæ instar calentis, in parte quandam ex alto copiosè, & plus minus diu dest lare, seu depluere permittitur; id quod frequenter Thermis instituitur, Galli hinc appellant *La Douch*

Linimentum. CCIV. *Linimentum, Litus,* est Medicamentu Oleo crassius, & Unguento liquidius, ad illinen membra usurpari consuetum, ac destinatum.

Unguentum CCV. *Unguentum,* est Medicamentum topicum Linimento crassius, ac Cerato mollius, ex Olei Pulveribus, Axungiis, Cerâ, aliisve invicem mist ad varios usus compositus.

Ceratum. CCVI. *Ceratum,* est Medicamentum externum consistentiâ inter Unguenta & Emplastra medium è Cerâ & Oleo, subinde & Axungiis atque Pulveribu conflatum.

Emplastrum CCVII. *Emplastrum* est medicamentum externum Cerato crassius, tenax, quod linteo vel alutæ in ductum cuti applicatur.

CCVIII

CCVIII. *Sparadrapum*, est Linteum vetustate de-tum, in modum fasciæ effictum, vel aliá figurâ, amersum in Emplastrum liquidis, exemtum, ex-nsum, & ubi refrixerit lævigatum. *Sparadrapum.*

CCIX. *Cataplasma*, est Medicamentum exter-um, topicum, molle instar Pultis, atque è pulve-ous, melle, farinâ, oleo, lacte, aliove liquore, in-cem coctione leni commistis paratum, usibusque riis destinatum. *Cataplasma*

CCX. *Phœnigmus*, *Dropax*, *Picatio*, est Medica-entum topicum, externum formâ Emplastri im-oni solitum, ad ruborem cuti inducendum, vitam nciliandam, vitia antiquata & contumaciora edu-nda, fluxiones quoque dissipandas ordinatum. *Dropax.*

CCXI, *Vesicatorium*, est Medicamentum exter-um, quod cuti applicatum Vesicas excitat, atque ymphaticum humorem plus minus copiosè cum iquâ Inflammatione elicit. *Vesicatorium.*

CCXII. *Sacculus*, *Nodulus*, sunt Remedia exter-a ex variis speciebus simplicium, maximè vegeta-lium, linteo inclusis atque ligatis concinnata, & el siccè, vel humectata prius, calideque diversis mem-ris applicata, ad usus emolliendi, attenuandi, re-olvendi, discutiendi, corroborandi, demulcendi, olores sistendi. *Sacculus, Nodulus.*

CCXIII. *Frontale*, est quodvis Remedium exter-um, fronti applicari solitum, præsertim refrige-andi, sopiendi, dolores compescendi, humorum de-uxionem, atque Narium hæmorrhagiam sisten-i scopo. *Frontale.*

CCXIV. *Oxyrrhodinum*, est species Epithematis rontalis, ex Aceto & Oleo rosato; vel ex Aquis ce-halicis ac Rosar. cum Aceto & Spiritu quodam ephalico; aut denique ex Aceto rosaceo, Aquâ Verbenæ, Betonic. Rosٖ albar. ac Heder. terr. cum *Oxyrrhodinum.*

vel

vel ſine Spiritu Anthos compoſita, tepideque cu
Linteis fronti ſæpius alligati.

Cucupha. CCXV. *Cucupha*, eſt Remedii externi formul ſive *Pileolus*, ex Sindone vel Linteo tenuiori, cu Speciebus cephalicis in pulverem groſſum contuſi & Cotone vel Goſſypio exceptis paratus, atqu interpunctus, ſive ut vocant interpaſſatus.

Collyrium. CCXVI. *Collyrium*, eſt Medicamentum topicu ophthalmicum, ſiſtendis vel diſſipandis Oculoru fluxionibus dicatum, illudque nunc *ſiccum* ſub fo mâ Pulveris, ſive ut Arabes loquuntur Sief; nun *liquidum* ſub formâ fluidâ; nunc mediæ conſiſten tiæ, ſub forma Balſami ſive Unguenti.

Gargariſma CCXVII. *Gargariſma*, eſt remedium fluidu Affectibus Oris, Gingivarum, Faucium, Laryngi aliquando & Capitis dicatum, quo quidem Fauce gargariſando, ut loquuntur, ſine deglutitione col luuntur, & à muco glutinoſo infarciente liberantu

Apophleg-matiſmus. CCXVIII. *Apophlegmatiſmus*, eſt Medicamentum caputpurgium, virtute pollens lympham ſive pi tuitam è capite per Fauces & Oris glandulas plu minus copioſam eliciendi, idque ſub formâ nun *ſiccâ*, qualiter *Maſticatorium* propriè audit, quod ma- *Maſticatorium.* ſticando ſuum effectum præſtat; nunc *molli*, inſta *Eclegmatis*; nunc denique *Liquidâ*, qualiter eſt for- ma *Gargariſmi* ſeu *Collutionis oris.*

Dentifricium. CCXIX. *Dentifricium*, eſt Medicamentum ex- ternum, ſive ſiccum, ſive molle aut liquidum, quo utimur ad Dentes confricandos, dealbandos, & à ſordibus purgandos; quin & ad Gingiva- rum abſterſionem, depurationem atque conſoli- dationem.

Errhinum. CCXX. *Errhinum*, eſt Medicamentum ſiccum, vel liquidum, aut balſamicum, Naribus purgandis, vel alterandis dicatum; nunc ſine, nunc cum Sternu-

tatione,

tione, unde *Ptarmicum* s. *Sternutatorium* vocatur; *Ptarmicum.*
unc sine *Sternutatione*, unde Errhinum simpliciter
citur.

CCXXI. *Suffimentum*, *Suffitus*, *Suffumigatio*, est Re-
edium externum, simplex aut compositum, quod *Suffitus.*
unis injectum & incensum odorem suum fundit.

CCXXII. *Odoramenta*, sunt Remedia externa par- *Odoramenta.*
n voluptatis seu jucunditatis, partim etiam sanita-
consevandæ, aut præcavendorum morborum gra-
præscribi à Medicis solita, sicca aut humida, sine
ne tamen adhibita: Spiritibus resuscitandis vel re-
eandis, gravibus vel nocivis odoribus fugandis
stinata.

Scutum.
CCXXIII. *Scutum*, est Remedium topicum exter-
m, Emplastri consistentiá, & formâ, in Scuti figu-
n Sindoni, aut Panno holoserico inductum, atque
gioni Stomachi applicari consuetum. *Pessarium.*

CCXXIV. *Pessarium*, *Pessus*, est Medicamentum
picum, pudoris muliebris sinui indendum, figuram
bens oblongam, teretem, longitudine & crassitie
giti crassioris, paratum vel ex Sacculo lineo oblon-
, Lanâ concerptâ, Gossypio, res medicamentosas
erinas excipientibus: vel incorporatum melle, lada-
, galbano cerâ, succo, ac in figuram dictam redactum.

CCXXV. *Nascale*, est Penicillus in noduli effigiem *Nascale.*
aptatus, mollissimus, ex Cotonis vel Lanæ floccu-
aut Hapso, qui insuccatur, vel Unguento idoneo
buitur, & sinui Pudoris muliebris intruditur, ad
enses movendos, secundinas eliciendas, prolapsum
eri retrudendum &c.

CCXXVI. *Suppositorium*, est Medicamen externum, *Suppositorium.*
longum, 3. vel 4. digitorum latitudine, figurâ te-
i, s. rotundâ candelæ instar, olim Glandis formá,
Alvum præcipuè sollicitandam paratum.

CCXXVII. *Clysma* vel *Clyster*, *Enema*, est Remedi- *Clyster, Enema.*
um

um externum liquidum in Anum ſ. Inteſtinum rec aliquando & Uterum, fiſtulæ cujuſdam beneficic jici conſuetum, purgandi, alterandi, vel etiam co borandi gratiâ.

Injectiones. CCXXVIII. *Injectiones*, ſunt remedia liquid varias corporis cavitates inſpergi ſolita, v. gr. Aures, Nares, Uterum, Veſicam, Penem, Fiſtula Ulcera ſinuoſa, extergendi, ſanandi, conſolid di ſcopo.

Elixirium. CCXXIX. *Elixirium*, eſt Remedium liquidum, co poſitum, beneficio alicujus menſtrui è variis ſimpl bus paratum, cum vel ſine ſaccharo..

Eſſentia. CCXXX. *Eſſentia*, eſt Remedium fluidum, ex aut illis ingredientibus, virtutem ſuam affuſo Liqu exhibentibus, paratum.

Fœcula. CCXXXI. *Fœcula*, eſt Medicamen ſub formâ po nis è Radicibus quibuſdam, v. gr. Bryoniæ, Aron Poeoniæ &c. paratum.

Flores. CCXXXII. *Flores chymici*, ſunt Pulveres quid in altum vaſorum elevati, ibique collecti; uti ſu Flores Antimon. Benzoin. Salis ammon. Sulph ris &c.

Spiritus. CCXXXIII. *Spiritus*, ſunt Salia volatilia phlegmate ſoluta: *Acidi* autem illi & *alcalini*, v *urinoſi*, *ſalini* vel *ſulphurei* & *inflammabiles* ex ſtunt. Ita Spiritus *acidi* ſunt Sulphuris, Nitri, V trioli &c. *alcalini* ſunt Sanguinis humani, Corn Cervi, Eboris &c. *Urinoſi* ſunt Salis ammonia *Salini* ſunt partim acidi, partim alcalini modò dic *Sulphurei* ſunt Spiritus Vini, Ceraſorum nigro Baccar. Juniperi &c.

Tincturæ. CCXXXIV. *Tincturæ* ſunt Remedia liquida var coloris, è ſimplicibus extracta per affuſum Liqu rem plus minus ſpirituoſum, ſine illius evaporati

m

e. Ita habemus Tincturam Myrrhæ, Benzoin, orallorum, Martis &c.

CCXXXV. Magisteria, sunt Pulveres solutione præcipitatione parati, quemadmodum Magisteum Jalappæ, Scammonii, Antimonii, Coralloım &c. *Magisterium.*

CCXXXVI. Roob, est Succus expressus & inspissas; vel Syrupus quoque crassior, è Succis Fructuum, ım Saccharo ad consistentiam crassiorem coctione dactis, paratus. Sic extant in Officinis pharmaceucis Roob Sambuci, Ebuli, Mororum, Juniperi, Diaacum. &c. *Roob.*

DEO

TER OPTIMO MAXIMO

SIT LAUS

HONOR ET GLORIA

IN

SECULA SECULORUM.

EPITOMES

NSTITUTIONUM

MEDICARUM

FINIS.

MICHAELIS ETTMÜLLERI,
Phil. & Med. Doctoris, atque in Univerſ. Lipſienſ. quondam Profeſſoris publici Celeberrimi,

PYROTECHNIA RATIONALIS,

SIVE

COLLEGIUM CHYMICUM

Ann. M DC LXXI. habitum,

Atque in COMPENDII formam redactum.

[illegible]
[illegible]



COLLEGII CHYMICI

Prooemium.

CHYMIAM in Compendio tractaturus ea solum modo tradam, quæ pro fundamentis Chymi sufficiunt Medico; de Principiis autem Chym in genere pauca præfari necessum est.

Principia Chymica.

Theophrastus Paracelsus quinque introduxit Corp rum naturalium *Principia*; *Sal* nempe, *Sulphur* *Mercurium*, quæ *activa*; *Phlegma* itidem & *Ca* *mortuum*, quæ *passiva* nominavit. Posteriora d appellavit & *Rerollæa* i. e. viribus insignibus de tuta. *Caput mortuum* quidem communissimè *re* *nentiam Vitrioli* significat; propriè tamen omne lud indigitat, quod post virium & principior extractionem remanet. De Principiis activis m ta gloriatur *Paracelsus*, licèt eorum primarius A thor non fuerit: mutuo enim accepit à *Basilio* lentino, qui omnia Metalla *Spiritu*, *Anima* & C pore, i. e. *Mercurio*, *Sulphure & Sale* constare stat bat. Multa etiam habet *Paracelsus*, quæ *Hollan* *Villanovano* & *Lullio* jure meritoque debebat, q rum tamen nomina cautè suppressit. Utcunque res habeat, persuasum nobis est, Veteres per *Mer* *rium*, vivum illum & vulgarem nostrum non tellexisse; nec per *Sulphur*, crudum illud *nativ* *Sulphur*. Adeoque nos haud abs re facturos arbitramur, si paulo adcuratius *Principiorum Chy* *corum* naturam prosequi satagamus, inter quæ Sa primarium sibi vendicant locum.

A Bas. Valentino.

CAP.

CAPUT I.

...e Salibus. In specie de Acido, Urinoso, & Salso: De Ammoniaco etiam & Tartaro vitriolato.

§. I.

...Er *Salia* intelligo particulas, quæ facillimæ sunt *Salia quid.* solutionis in Aquâ, & sæpius Linguam gustu af...iunt; adeoque Hippocrati *saporum* nomine ve...ebant. Particulæ hæ magnæ sunt considerationis, ...ia corporum naturalium efficacia illis debetur. ...nplex autem est Sal, *universale* nempe, & *parti*...*lare*. *Universale* *Prius* varia *posterioris* genera procreat in di...rsis matricibus. In prima Creaturarum produ...one universum pervagabatur Mundum, audie...que *Spiritus mundi.* In Vegetabilium productio... Terræ visceribus incarceratur, diciturque *Sal Ter... centrale:* Aërem itidem permeat, *Aviculaq; Her...tis smaragdina* intelligenda venit; Vid. Nollii ...s. *Hermet.* p. 701.

II. Salia *Particularia* sunt vel *acida*, ut *Spiritus* ...*trioli, Nitri*, &c. vel *Alcalia* seu *Urinosa*, ut *Sal* *Particulare* ...*rtari, Spiritus Eboris, Spiritus C. C. Salis ammon.* ...*erar. Sanguinis humani*, & similes: vel denique ...*sa*, ex alcali & acidi conjunctione emergentia, uti ...t *Salia Plantarum essentialia*, item *Sal commune*, ... *gemmæ*, &c. Notandum autem, per *Salia* non ...nper *sicca* & *coagulata* intelligi, quædam enim sunt ...oluta in forma spiritus, uti est *Oleum Tartari per ...iquium, Spiritus Salis ammoniac.*

III. *Salia acida* in omnibus tribus Regnis reperiun... In *Regno minerali* manifestè se produnt, spe- *Salia acida.* ...tim autem in *Sulphure*, utpote ex quo reliqua ...neralia suum mutuantur acorem, *Alumen* nempe,

Sal commune, &c. *Aurum* itidem, *Mars* & *Venus*,
ditatem possident à *Sulphure* adeptam. Baculus e
ferreus *auro* fuso immissus in rubiginem verti
non aliter, ac si cum Sulphure accenso concre
tus fuisset. Similiter *Mars* in aëre humido res
tus, ope acidi proprium corrodit corpus. Et *V*
humectata, vi interni acidi hoc pacto resoluti
Viride æris convertitur.

Plantæ habent acidum

IV. Habent & *Vegetabilia* suum acidum. Om
planè *Fructus* ante maturitatem & sufficientem
mentationem acido replentur: ut nihil monean
iis quæ tota sunt acida, *Ribes* nempe, *Berberes*,
Plerique Vegetabilium *Succi*, beneficio ferme
tionis concitâtioris, acetosum exhibent liquor
quin & *Saccharum*, Sal illud omnium dulcissim
Spiritum dat intensè *acidum*. *Decocta* *Planta*
calori exposita acescunt. *Cerevisia*, omniaque Ve
tabilium infusa *Acetum* reddunt. Ipsa etiam Ve
tabilium *Semina* acido fruuntur. *Panis* enim ex
confectus, moderato igne *Spiritum* fundit *acido v*
tilem, *Veneris* & *Martis* *Tincturas* extrahentem,
rallia & *Hæmatitem* solventem, & in nonnulla
pora mineralia potentius ferè agentem ipsa *A*
forti. Omnia denique *Ligna*, imò ipsa *Fuligo*,
diusculum suggerunt Spiritum. In *Animali R*

In Animali Regno est acidum.

salia acida particulis oleosis occultantur; adeo
Pinguedo Animalium, *acido occulto* referta, cum
libus urinosis in *Saponem* seu *Sal salsum* verti
Formicæ acidissimum dant Spiritum; imò & *flores*
chorei, cumulo Formicarum immersi, colorem su
cœruleum cum rubro mutant. Acidum blandum
occultum secundùm naturam in Stomacho hosp
tur. Rejecta ex illo quæque præternaturalia, pelv
æneam corrodendo, aciditatem produnt. Acidi *U*
rum succi, Ossa quandoque corrodentes, satis super

nc

oti ſunt. Hoc tamen venit tenendum, quòd ubi ntur in rerum naturâ *acida*, ibi ſimul & *urinoſa* iſtant, licèt variè pro dominii ratione.

V. *Salia urinoſa* ita appellantur, quod *Urinæ ſa-rem* referant. Sunt autem duplicia, *volatilia* nem-, quæ facillimè avolant, ut *Spir. Sal. ammon.* & *a*, quæ ignis examen conſtanter ſuſtinent, ut *l Abſinth. Fumar.* aliaque ex *Cineribus* elicita. iora in *Regno animali* potiſſimùm ſedem habent, geſtio enim fermentativa & continua aëris in-ratio, in omnibus Animalium partibus ſalia vo-ilizat. Gaudent & *Vegetabilia* urinoſo ſale vola-i; *Antiſcorbutica* quidem acri & nudo; *Aromatica* rò (*Mentha* nempe, *Salvia*,&c.) oleo temperato. *lneraria*, quantumvis inſipida, volatile occultum iſſident, ut ex *Mercurii reviviſicatione* patet. Quid ulta? *Fuligo, Abſinthium* furno Glauberiano inclu-m, *Panis* ritè deſtillatus, *Tartarus ſublimatus* & eraque Vegetabilia putrefacta (non fermentata) latile dant urinoſum. *Minerale Regnum* vix ullo udet. *Salia fixa* inter Vegetabilia maximè repe-intur, non ſunt tamen nativa, ſed igni accepta ferenda. Dum enim comburitur *Planta*, Sal ejuſ-m volatile partim fugam tentat, & in *Fuliginem* it: partim à Sulphure retentum cum eodem ſe it & figit in *Alkali*. Sic *Nitrum* ſolum crema-m in auras abit: addito autem *Sulphure* in Sal fi-m convertitur. Unde *Plantæ oleoſæ* & *virides* pioſiora dant Salia fixa; *ſiccatæ* nempe, aut igni rti admotæ Sale volatili orbantur. Sit itaque ignis ntus, ſint & Plantæ recentes, aëri itidem non uſ-e adeo expoſitæ, ſi copiam velis Salis fixi. *gna* enim *putrida*, aut in aperto aëre cremata, uca dant ſalia fixa; avolante nimirum Sale vo-tili cum Sulphure, ex quibus fit *Sal fixum*. Di-

Salia urinoſa.

cuntur hæc Salia *Lixiviosa* aliàs etiam *Alkalia*, herba *Kali* (specie *Sedi*) sapore nitroso & Sale h jusmodi fixo gaudente. Hodie autem latius tenditur hujus vocis (*Alkali*) significatio ; om nempe denotat urinosum, sive volatile sive fixu & sub hoc sensu apud nos intelligenda venit.

Sal salsum. VI. *Sal salsum* dicitur & *neutrum*, quia neque acidum neque urinosum, sed de utroque parti pans, ortum nempe habens à mutuo amborum co gressu & effervescentia. Sic *Tart. Vitriolatus* ex m tua *Spir. Vitrioli* cum *Sale Tart.* effervescentiâ ortu ducit. Salsum hoc cum acidis aut urinosis plac maritatur. Si alcali, quod acido jungitur, vola sit, *Salsum* audit *volatile*, quale est *Sal ammoniac.* fixum sit Alcali, *Salsum* etiam *fixum* appellat quale est *Tartarus vitriolatus*.

Sal ammoniacum. VII. Sal ammoniacum Veterum ex *Urina* C *melorum*, cum Lybiæ arenis confermentatâ, ju Ammonis templum nascebatur, & exinde nom sortitur. Nostrum autem *Artificiale* est. Con ex Sale communi in magnâ Urinæ humanæ co dissoluto, additâ centesimâ circiter Fuliginis p tione. Hæc forti igne cocta, & frigori exposi

Ejus vires. Sal reddunt *candescens*. Dum nempe evapo Phlegma, Sal volatile Urinæ & Fuliginis cum a do Salis comm. in Salsum volatile concres Porrò *Sal ammoniacum*, in *Apepsiâ* aromatibus ju ctum, singulare est stomachicum. In *Febribus* (p missis præmittendis) cum *Ocul. Cancr.* comm tum, & horâ circiter unâ ante paroxysmum ex bitum, nobilissimum est *Antifebrile* ratione Salis v latilis. In *Ischuriâ* etiam, *Calculo*, & *Renum* Affec bus potens est diureticum. Ubi peccat acidu multum confert ; Vinum enim Rhenanum sapo

Præparatio. suo privat. Pro usu medico *præparatur* depura

d

lo; i. e. ſolvitur in *Aq. ſimpl.* filtratur, & poſt phlegmatis exhalationem in ſtrias concreſcit. Sublimatur in *Flores* vel ſolum, vel in Aqua ſolutum. Quidam malo conſilio *Limaturam Martis* ſuperaddunt. Tunc enim acidum *Salis ammoniaci Martem* rodit & *Vitriolum* cum eo conſtituit; *Sal* verò *volatile* in auras avolat, dum *Flores martiales* fortiore Igne aſcendunt. Utimur & *Ammoniaco* in Alchymiâ, fixa enim corpora volatiliſat & ſecum in flores ſublimat, *Lapidem* v. gr. *Hæmatites* in rubeos flores antiſebriles; *Aurum*, *Corallia*, etiam in Flores rubeos, unde *Tinctura*; Caput mortuum itidem *Vitrioli Veneris* in Flores coloris Aurantiorum, hypnoticæ virtutis. Ut autem *Spiritus* & *Flores Salis ammoniaci* ab acido Salis communis liberentur, & puro conſtent volatili urinoſo, addantur *Salia alkalia*, hæc enim acidum arripiunt, & ſimul in fundo remanent. Acida nempe fixa libentius fixis ſe maritant. Sunt tamen & alia præter Alcalia, quæ acidum ammoniaci arripiunt, v. g. *Limatura Mart. Minium*, *Lapis calaminaris*, & *Marcaſita*: idque, quia Corpora hæc metallica nondum ſaturata acidum abſorbent & Sal volatile dimittunt. *Spiritus Salis ammoniaci cum Calce vivâ deſtillatus* penetrantiſſimus eſt, & nunquam coagulatur: ille autem cum *Sale Tartari*, & aliis Alcalibus fixis, magis eſt *urinoſus*, in Flores ſiccos ſe coagulat, & ad modum *Spiritus Urinæ* cum *Spiritu Vini* in offam albam condenſatur. Ordinario *albi* eſt coloris, addito tamen *Sulphure* aureum acquirit. Notandum autem, Alcalia volatilia, ſubjectis commixta Sulphureis, rubrum acquirere colorem: unde forſan Sanguinis rubedo. *Spiritus Salis ammoniaci Spiritui Vini* artificiosè commixtus, ita ut non coaguletur, egregium eſt menſtruum pro *Myrrhâ* extrahendâ, aut *Elixire Pro-*

 priet.

priet. conficiendo; ſolvit etiam *Terram foliatam Tart*
in *Eſſentiam auream*, optimam in *Malo hypocho-*
driaco. *Limaturæ Martis* affuſus *Eſſentiam* dat,
Morbis chronicis egregiam. Si miſceatur Spir. S
ammoniaci cum Spiritus Vin. camphorati duplâ pa
te & applicetur, Dolores podagricos lenit, acidu
Articulis inſidens deſtruendo. In Affectibus chr
nicis, *Scorbuto*, *Malo hypochondriaco*, *Suffocatio*
Uterina, *Cardialgia flatulenta*, egregium eſt rem
dium. Naribus admotus, *Caſtoreo* & *Pennis* ince
ſis præſtat. In *Menſium obſtructionibus* adhibet
Fœminis cum ſucceſſu per certum Glauberi inſtr
mentum. Omnia Febrium ſymptomata, ſive
æſtu ſive à frigore provenientia, maturè tollit
compeſcit. Sanguinem coagulatum, in *Pleuritid*
Inflammationibus &c. reſolvit: Cani enim in vena
immiſſus ſanguinem reddit tenuem. Egregium
Nephriticum & *Sudoriferum*, idque, quia penetr
fortiter corporis intima: acida ſuperflua deſtruit,
in ſalſa commutat, per ſudorem vel urinam ev
cuando. Doſis à gutt. 30. ad 50. *Caput mortuu*
Spiritus Sal. ammoniaci cum Ciner. clavell. diſtill
ti, in Aquâ calidâ ſolutum, filtratum, & coag
latum dat *Sal ſalſum*, quod egregium eſt digeſtivu
in *Malo hypochondriaco*, ad ℈j. Si deſtilletur *Spirit*
cum *Calce viva*, ex capite mortuo paratur Sal, quo
optimum eſt lithontripticum ad ℈j. Idem Capu
mortuum in Aquâ ſolutum, & affuſum *Limatur*
Martis eandem rodit in Crocum Martis, meliore
eo, qui fit cum Salibus.

Tartarus vitriolatus. VIII. *Tartarum Vitriolatum* Sal eſſe ſalſum fixum
& ex Sale Tartari ac Spiritu Vitrioli conſtare, dix
ſuperius. Debet autem *Spiritus Vitrioli* probè recti-
ficari & ſeparari à particulis metallicis, alias nauſeo-
ſus evadit Tartarus. Optimum eſt diureticum; pur-
gantium vim ſine Torminibus ventris adeo promo-
vet, ut quarta ſufficiat doſeos pars.

CAP-

CAPUT II.

De Salibus Mineralibus. In specie de Sale communi, Sale Gemmæ, Nitro, Vitriolo, Alumine & Acidulis.

§. I.

SALIA *Mineralia* solubilia sunt in Menstruis aquosis, sed sulphurea respuunt; pro varia tamen confor- *Salia mineralia.*
ꞏatione propriâ, expetunt diversa aquosa menstrua.
ꞏicèt, teste Gassendo, una eademque *Aqua Sal commu*ꞏ, *Nitrum*, *Vitriolum*, & *Alumen*, successivè receꞏerit. *Salia* hæc destillata *Spiritus* reddunt *acidos*, ꞏarios tamen pro cujusque Salis variâ texturâ. Liꞏt sicca sint, reddunt nihilominus *Spiritum humiꞏum*, partim per humoris in Corpore adjecto, & ꞏris ambientis immissionem; partim per salinarum ꞏarticularum inversionem, agitationem nempe sub ꞏnis torturâ, adeo ut motu impetuoso à se mutuo ꞏissipentur & in formâ nebulæ cum impetu prorumꞏant. Separationis hujus gratiâ additur plerumque ꞏorpus aliquod terrestre, *Bolus* aut *Argilla*. Et beꞏeficio ejusdem potest *Sal commune* redigi (per reꞏetitas solutiones) in puram putam *Aquam*.

II. *Sal commune* triplex est, *marinum*, *fontanum*, ꞏ *montanum* : *Marinum* ejusque Spiritus reliquis *Sal commune.*
ꞏræstat; imò pater est & *fontani* & *montani*. Nam ꞏum Aqua marina centrum terræ petit, ibique in ꞏaporem resolvitur, tum *Sal* exinde ad circumfeꞏentiam adducitur sub formâ *Aquæ fontanæ salsæ* : ꞏed hoc in itinere debilior indubiè redditur. Ubi ꞏerò hæc Aqua marina in aliqua terræ cavitate subꞏstit, oritur *Sal fossile*, *fontano* paulo præstantius. ꞏ*ontanum* ex fontibus salinis excoquitur & inspissaꞏur : & ut citius granuletur, addunt Salinarii Fel vel

Sanguinem bubulum, cujus ſal volatile cum aci Salis concurrens granula promovet. Granula aut *Salis marini*, per aquæ exhalationem parata, lor ſunt majora, duriora, & Criſtallos dant multo e gantiores.

Sal ſalſum commune. III. *Sal commune ſalſum* ex *acido* præpollente *urinoſo* conſtat, quod probat reſolutio Salis ſpagy ca. Spiritus enim Salis Sali tartari, vel Cineribus c vellatis affuſus, ſolutus & debitè inſpiſſatus, eva perfectiſſimum Sal commune. Elixiviatur etiam communi ſimillimum è Capite mortuo Salis amm niaci cum ana Calcis vivæ deſtillati. Quod ſpec *Salis communis præparata*, ante deſtillationem cal *Ejus decrepitatio.* nari debet. Immittitur ſcilicet in Catinum, & u à flamma exardeſcit, particulæ aquoſæ in Sale co centratæ, ab ignis torturâ agitatæ cum impetu crepitu proſiliunt. Niſi hæc præcederet decrepit tio, metuendum eſſet, ne in deſtillatione vaſa run *Deſtillatio.* perentur. *Sal* ita *decrepitatum* deſtillatur in *Spiritu acidum*, addito ſemper duplo, triplo aut quadrup *Boli* vel *Argillæ*, imò & *Terræ dulcis Vitrioli*, ad ſ parationem partium ſalinarum promovendam & f ſionem impediendam. Alia etiam corpora, ſali quantumvis, admixta Spiritum Salis non inquinan ſed propter gravitatem in fundo remanent. Sic *S communis* cum *Spiritu Vitrioli* deſtillatus genuinum perfectum *Salis ſpiritum* dat. Modus ille deſtilland qui fit cum folle per Retortam tubulatam, peric loſus eſt, 1. ne vas valdè calefactum affuſâ aquâ fr gidâ rumpatur; 2. ne Sal dum fluit, fundum Reto tæ penetret. *Glauberi* methodus convenientior e Imbibit ille carbones ignitos aquâ, in quâ ſolutu eſt Sal commune. Siccatos dein carbones in furn peculiari deſtillat. Metuendum autem, ne fuligin carbonum Spiritum inquinent, aut Sal fixum calci

nation

ratione istâ paratum illum debilitet. Optimus ergo est modus, qui fit per Retortam igne aperto, calore graduali & continuo. Fieri etiam potest per arenam. Pro *Usu medico* Spiritus hic multum confert; omnia alcalia oleosa, Bilem & effervescentias febriles compescit. Cum alcali fixo concentratus potens est *Diureticum*, ac Putredinem Gingivarum, & progressum Gangrænæ cohibet. Propter nimium ejus acorem edulcoratur vulgo, cohobando bis terve cum ana Spiritus Vini, & sic egregium evadit stomachicum. Quidam dulcificare volunt per diuturnam digestionem; hac autem methodo acidæ particulæ non satis invertuntur. Alii *Sal Tartari* primæ destillationi addunt, dulcificationis ergo, sed & hi falluntur, Sal Tartari enim acidos absorbet Spiritus; unde loco Spiritus Salis dulcis habetur solummodo limpidum acidum phlegma. Quod *Usum* spectat *Alchymisticum*, Spiritus hic *Aurum* solvit, imò probè rectificatus & concentratus illud in Flores elevabit. Concentratur autem hac methodo. *℞. Lapidem calamin. imbibatur Spiritu Salis; destilletur; & prodit Phlegma insipidum (Calaminari acidum absorbente.) deinde Caput mortuum mistum cum Arenâ Igne fortiori urgeatur, sic prodit Spiritus acidissimus concentratus,* qui omnia Corpora metallica solvit, exceptâ *Venere* & *Lunâ*. *Poterius* affundit Capiti mortuo (post Spiritus destillationem residuo) Spiritum Vini ex Uvarum racemis, tempore Vindemiæ collectis, destillatum; mixturam Fimo equino committit; & post digestionem aliquot dierum ponit in loco frigido, ubi elegantes oriuntur *Crystalli* dulces, valdè stomachicæ.

Optimus.

Usus medicus.

Alchymisticus.

IV. *Sal Fossile* alio nomine vocatur *Sal Gemmæ*, quia sub gemmarum forma eruitur è fodinis. Aëri expositum insigne acquirit gravitatis incrementum. Efficacius est Sale communi, & egregium diureticum.

Sal gemmæ.

Clysteribus

Spiritus salis compos. Clysteribus additum ad ℈j. scybala emollit. *Spiritus Salis compositus* fit ex aa. *Nitri & Salis Gemmæ* aut *Salis communis*; & Aurum solvit intactâ Lunâ. *Spiritum* autem *Nitri* simplex probè rectificatus omnia metalla solvit, Auro excepto.

Nitrum. V. *Nitrum* originem capit in terrâ pingui, al urina & stercoribus Animalium humectatâ: quorum Sal volatile sulphure impregnatum ab acido terræ subigitur, & mutatur, donec simul omni concrescant in unum tertium salsum, quod *Nitrum* audit; atque è terrâ tali excoquitur & elixiviatur. *Ejus Spiritus.* Terra hæc nitrosa destillationi subjecta *Spiritum* fundit *acido salsum*, Spiritui Tartari similem; qu super Alkali fixum cohobatus, *urinosus* evadit & in Capite mortuo remanet *Sal* quoddam *fixum* beneficio Aquæ extrahendum. Spiritus hic volatilis urinosus non semper ab excrementis Animalium dependet; Terræ enim argillaceæ, hujusmod excrementis nunquam imprægnatæ, similem reddunt Spiritum, beneficio scilicet Aëris. In Muris etiam antiquis, *Sal Calcis vivæ*, quocum incrustantur *Nitrum calcarium.* cum Spiritu acido terræ unit se in *Sal Nitri.* Nitrum constat ex acido Sulphuris & Sale Alkali; nam Sal Tartari cum Spiritu Nitri conjunctum, Nitrum evadit. Omne Nitrum ex terrâ, excrementis Animalium imprægnatâ elixiviatum, participat de Sale communi, quod in corporibus Animalium invincibile est, & uti assumptum fuit, ita rursus excernitur.

VI. Antequam Nitrum in usum vocetur, Sal hoc, si adsit, removendum est. Ejus præsentia in deflagratione dignoscitur. Nitrum enim, si purum sit, deflagrat sine remanentiâ: sin secus, remanebit aliquid salis albi & caustici, quod removendum. In usu medico *Nitrum* egregium est medicamentum;

Sitim

Sitim reprimit, *Febribus* tam *continuis* quàm *malignis* subvenit: *Hæmorrhagias* & externè & internè sistit, & crebrius usurpatum *Satyriasin* compescit. Depuratur vulgo cum *Sulphure*; pessimo tamen consilio: idque, quia Sulphure injecto Spiritus Nitri acidus sulphureus totus exhalat, remanente solùm Sale fixo, quod cum acido sulphuris conjunctum, tertium Sal evadit. Optima ejus depuratio fit per Alcalia fixa: paratur scilicet Lixivium fortissimum ex Sale Tartari vel Cineribus clavellatis, coquitur in hoc Nitrum: sic Alcali fixum arripit omne corrosivum & excrementitium, quod est in Nitro. Unde post levem humiditatis absumptionem excrescit Nitrum in Crystallos depuratissimas.

VII. Inter *Nitri* præparata eminet *Spiritus*, qui eo copiosior observatur, quo plus additur Boli vel Argillæ. Conducit in *Febribus malignis*, *Tympanitide*, *Nephritide* & *Calculo*. Verùm quia crudus nimis est & corrosivus, propterea *dulcificatur*, destillando per Retortam cum duplo *Spiritus Vini* vel alterius, post aliquot dierum digestionem. Sensim autem permisceri debet, ne nimia effervescentia vasa rumpat. Per hanc encheiresin eliciunt quidam Sal volatile ex Spiritu Vini. Scilicet Spiritum Vini cum ana Spiritûs Nitri pedetentim mixtum lenissimo Igni committunt, donec abstrahatur Liquor, & remanebit Sal volatile Spiritus Vini fixatum à Spiritu acido Nitri: quod Sal additione Alcali fixi facilè potest destillari in Spiritum urinosum. Spiritus utique Nitri hoc pacto dulcificatus *Colicis doloribus*, *Flatibus*, *Pleuritidi*, & *Renum inflammationi* mirè subvenit. Dosis ℈ß ad ʒj. Nitrum basis est *Aquæ fortis*; imò ipsa *Aqua fortis* solùm est Nitri Spiritus, & eadem solummodo præstat; utnt enim additum sit Vitriolum, tamen de Vitriolo nihil prodit. Unde

Spiritus Nitri.

Dulcis.

Sal volatile Spiritûs Vini.

Aqua fortis

de & Aqua fortis affusa Sali Tartari, ad instar Spiritus Nitri verum prodit Nitrum. *Aqua regia* fit ex Nitri partibus duabus, & Salis com. vel ammoniaci parte unâ, cum Silicibus contus. destillatis. Hæc solutioni *Auri* seu *Solis*; sicut Aqua fortis *Lunæ*, dicata est. Dixi in Aqua forti nil de Vitriolo adesse hoc certum est, Nitrum partes Veneris metallicas secum rapere. Culter enim Aquæ forti bullienti immissus rubedinem contrahit, & pannorum Tinctores (quibus Spiritus Nitri nil prodest) Aquam fortem in usu habent. Si puriorem vis Spiritum sine metallicis his particulis, loco *Vitrioli* addatur *Alumen*. Caput mortuum Aquæ fortis calcinatum, & Aqua communi elixiviatum, dat Sal album, quod *Nitrum vitriolatum*, vel *Arcanum duplicatum Mynsichti* audit: constans scilicet ex Alcali Nitri cum Sulphure fixo Vitrioli; ratione cujus anodynum est, egregii etiam usus in *Melancholiâ*, *Mensium suppressione*, *Stomachi affectibus*, *Febribus intermittentibus*, & omnibus morbis chronicis: Dosis ℈j.

Regia.

Arcanum duplicatum.

VIII. Vitriolum generatur per corrosionem *Martis* vel *Veneris* à liquore Sulphuris acido: si *Veneris minera* corrosa fuerit, *cæruleum*; si *Martis*, *viridem* nanciscitur colorem. Paratur & Vitriolum *artificale* naturali simillimum; recipitur scilicet Spiritus Sulphuris (qui salina est substantia, bituminosa enim Sulphuris pars in Igne deflagrat) diluitur cum Aqua, additurque Ferrum vel Cuprum, Spiritus corrodit materiam injectam, factâ corrosione filtratur, evaporatur, & in loco frigido concrescunt Crystalli Vitrioli Martis vel Veneris. Alii (elegentiori modo) laminam Martis vel Veneris pulveri Sulphuris permiscent, ut fiat stratum super stratum, deinde Igni mixturam exponunt; factâ Calcinatione committitur mixtura Aquæ simplici in

Vitriolum.

Artificiale.

næ filtrata & evaporata, Cryſtallos deponit in fun-
o. Artificiale hoc eundem habet uſum, & eoſ-
m dat effectus, quos nativum. Reperitur autem
tivum vel ſub formâ *Vitrioli*, vel ſub forma la-
dis *Pyrites* dicti; ex quo calcinato & aëri expoſito
el ſponte efflorefcit Vitriolum, vel cum Aqua
xiviatur. Participat ſcilicet hic *Lapis* de *Marte*
el *Venere* & *Sulphure*: adeoque Sulphur, vehemen-
â ignis imflammatum, acidum dat Spiritum, qui
etalla corrodit, & humori aëris conjunctus ea in
itriolum convertit. Vitriolum plerumque mix-
m eſt: ut purum evadat, ſolemus ſolutum in
uá Igni committere, & bullienti baculum ferreum
nmergere; ſic enim acidum aggreditur Martem,
Venerem in fundo relinquit.

IX. *Vitrioli* deſtillationi præmittitur Calcinatio, *Ejus calcinatio, ac deſtillatio.*
colliqueſcat & vas rumpat; nullum tamen requi-
ur corpus terreum, ut in deſtillatione *Salis*, *Nitri*
c. quia particulæ ejus metallicæ ſufficiunt, & præ-
rea calcinatum liqueſcere nequit. Deſtillando pro-
t. 1. Phlegma inſipidum. 2. Phlegma acidulum
piofius. 3. Aucto Igne nebulas dat, quæ coagu-
tæ Spiritum conſtituunt. 4. Sub ultima Ignis vi
leum particulis metallicis magis imprægnatum
odit, unde craſſities & coloris obſcuritas. Spiritus
nim Phlegmate dilutus debilior eſt: ſed ſi avoce-
r phlegma leniſſimo igne, eandem acquirit cum
leo conſiſtentiam. Et Oleum contrà cum Igne de-
llatum ſub formâ Spiritus prodit. Quo minus ha-
et Vitriolum de ſubſtantiâ metallicâ, eo major co-
a Spiritus acquiritur; adeoque ſi Spiritus copio-
or deſideretur à Terra ochreâ priùs liberetur. Si
piritus omnis abſtrahatur, Caput mortuum nigrum
pparet, ſin aliquid remaneat, fuſcum eſt. Fu-
um hoc (non nigrum) Caput mortuum, aëri *Caput mortuum.*
à par-

à pluvia & radiis Solis libero expoſirum, menſib
ſcilicet autumnalibus & vernalibus, novo eode
que penetrantiore impraegnatur Spiritu. Conſ
hic Spiritus regeneratus partim ex acido, quod int
in Capite mortuo latuit, partim ex acido nitro
ab Aëre attracto. Intermediam itaque nanciſcit
naturam inter Spiritum Vitrioli & Spiritum Nitri.

Phlegma vitrioli.

X. *Phlegma Vitrioli* elegans eſt Remedium; tu
get enim *Sulphure Vitrioli Martis. Internè* exhibitu
Maſſam ſanguineam refrigerat, & rorulentâ ſuâ ſu
phureitate egregiè refocillat. *Externè* in Dolorib
& Ardoribus Capitis fronti admotum confert. Co
roboratum aliquoties à Vitriolo, & per digeſtione
exaltatum, in *Phthiſi*, *Tabe*, *Vomica Pulmonum*,
omni Viſcerum *Inflammatione* vel *Abſceſſu*, optimu
praedicatur remedium. Spiritus & Oleum Vitric
gradu tantùm differunt. Spiritus Elixyri Propriet
tis additus egregium eſt ſtomachicum, vi ſuâ adſtr
ctoriâ Viſcera roborans: ſed Pulmonibus noc
propter metallicam aciditatem. Dentes nigredi
afficit, & Teſtes debilitat. Pro uſu Diuretico pra
ſtat coagulatus, acido ſcilicet ab alcali quodam
Salſum tertium converſo. Quod autem *Spir. Vitric*
particulas metallicas ſecum rapiat, exinde patet, quò
ſi ad tempus ſteterit, flaveſcat, & Terram Ochı
inſtar ad fundum dimittat; *Spiritus* etiam *Urinae* v
Sanguinis humani, huic Spiritui inſtillatus, particul
metallicas antimoniatas praecipitat ſub colore vir
di. Prout Vitriolum de Marte vel Venere part
cipat, differunt & Spiritus exinde eliciti. Quida
deſtillant Vitriolum Martis & Veneris artificale, adeo
que Spiritus acquirunt duplicis naturae, qui in A
fectibus Mulierum commendantur. Credo tame
Spiritum Vitrioli vulgarem, ſicut & ipſum plerun
que Vitriolum de duplici hac natura participar

Zwelfer

...elſero judice ſeparatio & rectificatio Spiritus ab ...leo & Phlegmate, quæ communiter inſtituitur, ...eri non debet: quia cum Phlegmate, dum ſepa...tur, aſcendit ſimul Spiritus volatilis ſulphureus, ...itrioli nobilior pars. Laborant multi in Spiritus ...itrioli dulcificatione, ſed res eſt difficilis. Dige...io & Cohobatio cum Spiritu Vini palliativè ſolùm ...ulcificat. Deſtillatio à proprio capite mortuo ...hlegma elicit, non Spiritum, cum hic fortiter in ...apite mortuo concentretur. Deſtillatio Spiritus ...itrioli ſuper Martem & Urinam Hum. deceptoria ...t operatio, nam Mars abſorbet Spiritum acidum ...umpentem, & Urina eum mutat in ſalſedinem. ...oc tamen certum eſt, quòd Spiritus à Vitriolo ...artis artificiali paratus dulcedinem habeat adſtricto...am: nauſeoſus enim ſapor à Venere dependet. *Spiritûs dulcificatio difficilis.*

XI. *Spiritus Vitrioli* vulgaris fixus eſt, datur ta...en volatilis *Paracelſo* notus, qui facili Igne in...tum ſtriatim elevatur, & naribus admotus non ſi...e gravi moleſtia penetrat. Qui hunc præparare ...upit, ſequentes obſervet regulas. 1. Omittatur ...alcinatio Vitrioli, ne nobilior pars avolet. 2. Ignis ...t facilis, ne vulgaris ille Spiritus prodeat, & vo...tilem figat. 3. Dum calent vaſa, removeatur ...eceptaculum, alias Spiritus volatilis remeat in Caput ...ort. & ibidem figitur. 4. Expulſus Spiritus cum ...hlegmate proprio digeratur, & à Cap. mort. coho...etur. Acquirunt quidam Spiritum Vitrioli cepha...cum, nobiliſſimum in Capitis affectibus, miſcendo ...cilicet Spiritum à Capite mortuo aëri expoſito & re...enerato deſtillatum, cum p. ii. Spiritûs Vini cum ...peciebus epilepticis digeſti; deinde poſt aliquot ...ierum digeſtionem deſtillando. Alii Urinâ me...iante volatilem eliciunt Spiritum; deſtillant nem...e Caput mort. Vitrioli digeſtum cum octuplo Uri- *Spiritus fixus eſt.*

 næ;

næ; ſic prodit certè 1. Phlegma anodynum(ratior Sulphuris) quod doloribus podagricis egregiè ſu venit. 2. Phlegma ſubtilius ſale conſtans volati urinoſo in tertium converſo, qui in omnibus Oc lorum Affectibus mirè deprædicatur. Succedit ta dem Vitrioli Spiritus ab Urina mutatus in Sal te tium volatile, qui in Epilepſia Infantum miru præſtat effectum.

Caput mortuum ſ. Colcothar. XII. *Caput mortuum* poſt Spiritûs & Olei deſtilla tionem remanens *Colcothar* dicitur. Si fuſcum ſi & non rigorosè omni orbatum Spiritu, affusâ aqu communi elixiviatur *Sal Vitrioli,* quod purum e Vitriolum, nam lixivium exinde confectum, & igni expoſitum, fit ferum Vitriolum. Sal hoc vo mitum & nauſeam inducit à ℈j. ad ℥ß. Sed Ventri culi tonum deſtruit, & ſi ejus plicis ſe inſinuat nauſeam & inanes vomendi conatus per aliquo ſeptimanas infert. Emetica ejus vis à Venere de- pendet, Sal enim Vitrioli Martis vomitum non ciet Sublato hoc Sale reſiduum Caput mortuum dicitu *Terra Vitrioli balſamica*, & nihil eſt aliud, quàm Mars vel Venus ad ultimum calcinata. Dicitu *balſamica*, quòd acida Ulcerum & Vulnerum egregiè abſorbeat; omni enim acido evacuato per deſtil- lationem multum ſitit. Ubi adſtrictione opus eſt, adhibetur tam internè quàm externè. Ex hac ter- râ paratur *Tinctura Sulphuris Vitrioli*; affundendo ſcilicet *Spiritum Salis*, ſolvendo dein, filtrando & abſtrahendo ad Mellis conſiſtentiam, deinde cum Spiritu Vini rectificatiſſimo extrahitur Tinctura egregiè rubens, filtranda, à quâ abſtrahatur Spiritus Vini ad oleoſitatem. Potius dicatur *Tinctura Martis adſtringens*, nam in *Diarrhœa*, *Dyſenteria*, *Hæmorrha- gia*, & *Sputo Sanguinis*, optimi eſt ſucceſſus. Doſis à Gutt. xx. ad xxx.

XIII.

XIII. Commendatur à Paracelso & Helmontio *Sulphur Vitrioli anodynum*, quod ex *Vitriolo Veneris* aratur; habet quidem Vitriolum Sulphur quodam, sed non tam efficax quàm Sulphur Vitrioli Veeris. Helmontiùs destillat hoc Sulphur in *Oleum iride*, quod per liquorem Alkahest fixatum, constiuit *Aurum* ejus *Horizontale*. Pauci sunt qui nôrunt ulphuris hujus præparationem; parant quidam ex na Ammoniaci & Colcotharis Vitrioli seu Terræ proè edulcoratæ, sublimando scilicet, donec *Flores* acuirantur aurei coloris: ex his cum Spiritu Vini elii potest Tinctura. *Tackius* Sal Tartari cum Capite ıort. ebullit, putans fore, ut alcali fixum propter onvenientiam Sulphuris in radice attrahat ad se Sulhur Veneris, quod postmodum volatilisat. Sed aucis datum est Salia fixa volatilizare. Virtus symathetica Vitrioli (si quæ sit) ab ejusdem Sulphure ependet. *Sulphur vitrioli anodynum.*

XIV. *Alumen Vitriolo* cognatum est; constat nim corpore terreo petroso, à Spiritu Sulphuris acio soluto, & in pellucidam substantiam unito. Funit itaque Alumen Spiritum acidum, illi Vitrioli non osimilem, sed paucissimum & non adeo acidum. 'extura enim particularum Spiritus acidi à corpore etroso ita immutata est, ut pristinam aciditatem non mplius obtineant. Sic Terra sigillata in Spirit. Sulhuris per Camp. soluta Spiritum reddit non adeo crem, ac Mars in eodem Spiritu solutus. Sunt & ui se expertos esse dicant, quod Spiritus Sulphuris er Camp. Cretæ affusus post solutionem in Alumen oncrescat. Pyrites calcinatus quandoque Vitrioım, quandoque Alumen generat; acidus scilicet us Spiritus corrosione metalli dat Vitriolum; corsione adjecti Corporis terrestris dat Alumen. Caıt mortuum Aluminis aëri expositum, Spiritu novo inde imprægnatur. *Alumen.*

Rupeum. XV. *Alumen rupeum* Veteribus fuit incognitum & Illorum Alumina liquida nobis sunt incognit *Alumen plumoſum* vulgo confunditur cum *Amianth*

Plumoſum. malo tamen conſilio; nam prius adſtrictorii eſt ſap ris, & in Igne rigido ſubſtantiæ jacturam facit: po ſterius autem inſipidum eſt, & ab Igne invincibil Imò parantur inde maſurpia texendo in fila, in qu bus Sol liquefit ſalvo marſupio. *Alumen rupeum F brium paroxyſmos* compeſcit, *Vomitum* & *Diarrhœa* reprimit, quotidie ad ʒß uſurpatum in *Menſium flux* nimio comprobatum eſt: habet autem pinguedine quandam excrementitiam, quæ ſeparanda eſt ſolver do Alumen in Aqua, & affundendo Urinam huma nam, ut pinguedo fundum petat. In *Febribus* Al mini *crudo* præferendum eſt *Magiſterium*; quod p ratur affundendo *Acetum deſtillatum calcinato Alum ni, & ſolutionem filtratam evaporando in Cryſtallo quarum Doſis* ℈j. Laudatur & *Saccharum Alumini* i. e. ipſum Alumen crebris proprii phlegmatis a ſtractionibus ab omni acrimoniâ liberatum, quod i *Dyſenteriâ* & *Hecticâ* expertum eſt. Externè curat Al men *Ulcera ſinuoſa*, *Uvulam relaxatam*, *Gingivas Sco buticorum*, *Iſchiadicum dolorem*, & *Ariduras membr rum* ex Vulneribus ortas; calcinatum nempe in Aq ſolutum præcipitat pulverem, qui *Spiritu Vini* edu coratus cum Unguentis miſcendus. Utimur etia Alumine in Suppoſitoriis.

Acidulæ. XVI. *Vitriolo* & *Alumini* ſubnectimus *Acidularu* hiſtoriam. Sunt autem nihil, quàm *Minera Martis Spiritu ſulphuris embryonati reſoluta*. Aqua, quæ me tus Terræ tranſit, Spiritu ſalino impraegnata, quand fluit per Venas martias, redditur acida ſeu parum a maricans: ſi Mineram Veneris corrodat, nauſeoſu acquirit ſaporem. Ratione Venæ Martis ſalia Co poris noſtri vitioſa abſorbet, cum illis unitur, & ſu

form

orma excrementorum nigrorum per alvum dejicit: enetrant etiam Acidulæ Mesenterii Venas, & in omnibus Morbis chronicis sacra sunt Anchora: gradatim autem progrediendum est à parcâ ad majorem osin. Stomachum interea requirunt validum, & nthisicis nocent. Non debent transmitti ex loco aturali in alienum; Minera enim Martis, quæ acium absorpsit, ad fundum præcipitatur, si diu in Va- continueatur. *Artificialium* Acidularum fundamenum est *Mars.* Quidam extinguunt *Ferrum ignitum* *Vino Rhenano* pro Virginum *Cachexia.* Alii *Limaturam Martis* miscent cum *Aceto destillato Hydroelitis*, & addito tantillo *Vitrioli* diluunt cum s. q. *quæ.* Elegantiores verò parantur ex *Phlegmate Viioli acidulo* Limaturæ Martis affuso; vel *Crystallis itrioli Martis* in proprio Phlegmate cum Vino lutis.

CAPUT III.

De Operationibus Chymicis. Solutione scilicet & Extractione, & ad hanc facientibus Menruis: Effervescentia, Fermentatione, Præcipitatione, Calcinatione, Coagulatione & Crystallisatione.

§. I.

DOctrinæ *Salium Operationes chymicas* postponimus, quia maximè diversi in operationibus ventus, salibus accepti referendi sunt. Inter illas utem *Solutiones* primum sibi vendicant locum, ifferuntque ab *Extractionibus* sicut magis & minus. *Solutiones.* n *Solutione* scilicet totum Concretum in sua miima resolvitur, in *Extractione* non totum, sed noilior ejus pars, nunc sulphurea nunc salina pro

Menstrua. menstrui ratione. *Menstrua* autem sunt claves qu bus mediantibus recluduntur Corpora, adeo u utrique operationi inserviant; suntque vel *univer salia*, quæ omnia Corpora indiscriminatim; v *particularia*, quæ non nisi sibi proportionata so vere possunt. Promovetur Menstruorum operati ab igne, illorum particulas agitante & in corpus so vendum impellente; unde apparet *Digestionum* i facilitandis Solutionibus utilitas. Menstrua *part cularia* varia sunt, pro proportione varia inter pa ticulas Menstrui & poros subjecti solvendi. Sic *Sac charum* & *Salina* facilè in *Aquâ*, difficulter in *Spiri tu Vini* aut Tartareis menstruis solvuntur; contr *Jalappa*, quæ resinosa est, non Aquæ, in quâ solv nequit, sed *Spiritui Vini*, in quo à magis solvitur, vir tutem purgantem communicat. In Regno etian minerali Mercurius cum Sole, non autem cun Marte, facilè jungitur. Menstrua itaque particu laria sunt in triplici differentia, *aquea* nempe, *sul phurea* & *salina*.

Aquea. II. *Aquea Menstrua* sunt insipidi Liquores, substantiæ omnis salinæ atque sulphureæ expertes Corpora Salium, *Tartarum* v.g. *Vitriolum*, &c. promptè ingrediuntur, *Sulphurea* autem & *Resinosa* respuunt. Inter hæc eminet *Aqua simplex*, quæ terreas particulas non complectitur nisi ratione Salis cum illis conjuncti. Sic in *Tartari* solutione per præcipitationem particulæ terreæ fundum petunt. Inservit autem Aqua solvendis & extrahendis *Vegetabilibus non resinosis*, *purgantibus mucilaginosis*, & *Animalium partibus*, inprimis accedente cocturâ. Ad aquosa pertinet *Ros majalis*, qui turget Sale nitroso, solvit Aurum, *Phlegma* dat *salinum* egregium pro extrahendis Essentiis Vegetabilium, & sulphureo illi Vini Spiritui longè præferendum.

Non

on M. B. nec Radii Solaris calore, ſed in loco umoſo per ſe ipſe Ros putrefit: putrefactus autem & aporatus Terram relinquit cineream Sale repletam. quitur *Aqua martia*, quæ acuata eſt copioſo Sale latili, exhalante è Vegetabilibus germinantibus; deſtillata elegans dat Menſtruum pro extrahendis tutibus Vegetabilium. De *Nive*, an Sal nitroſum ntineat, adeoque pro Menſtruo inſervire queat, ltum dubito.

III. *Menſtrua ſulphurea* extrahunt *Tincturas oleo*. Talia ſunt *Spiritus Vini, Spiritus vegetabilium lentes, Oleoſa deſtillata* (quæ Salia ſunt volatilia ingui acido concentrata) *Terebinthina* item, quæ mmata, & *Vitellum ovi*, quod ipſam *Terebinthin* & *reſinoſa* ſolvit. Subjecta horum Menſtruom *Reſinæ* ſunt & *Oleoſa*; etiam Aromata, quom Sal volatile oleoſum ſeſe cum Menſtruo ſulphu promptiſſimè unit; & interdum Metallorum phura, modò prius per aliud Menſtruum fortius rint optimè corroſa. *Sulphurea.*

IV. *Menſtrua ſalina* ſunt *vel acida, vel urinoſa, vel ſa* ex his mixta. *Acida* è Regno *vegetabili* ſunt g. *Succus Citri, Cydoniorum,* &c. item *Aceta* ex per fermentationem parata, & *Spiritus acidi* Liorum. Temperatiora ſunt Acidis mineralibus, eoque adhibentur utplurimum ad Corpora porora v. g. *Oc. Cancr. Corall. Martem*,&c. tumque in s ratione Alcali occulti efferveſcentiam excitant. ter Vegetabilia autem primatum obtinet *Acetum tillatum*, quod & ipſa metalla (calcinatione parùm eratâ) ſolvat. Sic *Vitrum Antimonii* in *Tincturam*, *Minium* in *Sal ſaccharinum*, *Martem in Crocum*, *Venerem* in *Æruginem* convertit. Ex Regno *mirali* deſumuntur *Menſtrua acida* maximè corroſiva, alia ſunt *Aqua fortis, regia, Spiritus Salis, Sulphu-* *Salina.*

ris, quæ compactiſſima corpora ſolvunt; non tame omnia promiſcuè. Sic *Aqua fortis* ſolvit *Lunan* non autem *Aurum*, niſi addito ſale. Regnum *An male* Spiritum dat Formicarum, qui in hoc conve nit cum *Spiritu Viridis Æris*, quòd in ſolvendo ac ditatem, ſicut alia Menſtrua, non amittat. Dantu & Menſtrua *inſipida*; qualia ſunt Mercurius, qu *Aurum*, & *Oleum* quod *Martem* & *Lunam*, mod diutius in eo contineatur, ſolvit.

Salina urinoſa. V. Sequuntur menſtrua *Salina urinoſa*, quædan *fixa*, quædam *volatilia*, priora *Lixivia* ſunt Saliu fixorum verbi gratia *Salis Tartari* & *Cinerum clav.* qu omnia ſulphurea ſolvunt; ſalia enim *fixa* fiunt i calcinatione corporum, ex Sale volatili & ſulphu conſtantium. Poſteriora ſunt *Spiritus urinoſi*, qu ſulphureas tam Vegetabilium quàm Animaliu partes eliciunt: v. g. *Spiritus Urinæ*, *Spiritus Sal am̃oniaci*. Quærunt multi *Menſtruum univerſale*, quo omnia diſſolvat corpora ſine ſui debilitatione quodque à Mercurio abſtractum eum adeo figa ut malleum ſuſtineat, aſt rara hæc avis. *Starkius* dic eſſe corpus ſalinum unum apparenter, ſed radica liter ex duabus naturis, volatili nempe & fixo *Becherus* dicit eſſe ſalinum Mercuriali terrâ conſtans quam terram in Sale communi reperiri ait. Tal *Alcaheſt.* menſtruum *Alcaheſt* appellatur. Cujus ſuccedaneur eſt *Sal tartari fixum volatiliſatum*, ſed volatiliſatio nis dantur modi varii. Hæc de Menſtruis pro diſ ſolutione aut extractione, quorum proportio vari eſt pro ratione Subjecti.

Efferveſcentia. VI. Pergimus ad *Efferveſcentiam*, quæ ex mutu acidi cum urinoſo concurſu, oritur; efficitque, u acidum & urinoſum non amplius ſe exerant, ſe in neutrum quid jungantur. Ille autem inſigni motus & agitatio, quæ *Efferveſcentia* dicitur, inte

ſali

a pura locum obtinet. Si enim ſalia ſint im-
ra, i. e. aliis particulis materialibus permiſta & ab
s temperata, impeditur exinde proximior concur-
, & ſuccedit non *efferveſcentia*, ſed *fermentatio.*
in muſto ſalia particulis materialibus intertexta
mentationem ſubeunt. *Sal* tamen *Tartari* cum
iritu Vitrioli volatili *efferveſcentiam* init, ut &
odvis Sal volatile cum acido. In Vini genera-
ne res patet: dum enim Vinum degenerat in
etum, acidum & alcali, aliis intertexta particulis,
n *liberam efferveſcentiam*, ſed *fermentationem* ſub-
nt. Purum tamen Sal tartari, quod *Acali* eſt, &
etum, quod purum eſt Vini *acidum*; hæc inquam
mbinata *efferveſcentiam* excitant. Pari ratione
iritus Vitrioli cum *Oleo Terebinthinæ*, *Oleum Tar-*
i per del. cum *Alumine*, acido ſcilicet fortiter
ncentrato; & *Aqua* cum *Calc. vivâ*, hæc, inquam,
utuo efferveſcunt. Corpora etiam terreſtria, quæ
cali aut occultum aut nullum habent, Acidum ab-
rbendo blandè cum illo efferveſcunt; talia ſunt
ars, *Saturnus*, *Corallia*, *Creta*, *Marmor* affuſo *Spiri-*
Vitrioli, & *Limatura Martis* affusâ *Aquâ forti*, in-
imis ſi addatur *Oleum Tartari per del.* Partes ani-
alium duræ, *Alcali* gaudent *volatili*, quod cum
ido efferveſcit. Notandum interea, *efferveſcentiam*
terdum *calidam* interdum *frigidam* contingere.
alida fit cum *Salibus fixis* à Subjectis *ſulphureis* eli-
tis; *frigida* verò locum obtinet quando *Sal vola-*
le purum cum *acidis puris* concurrit; v. g. *Spiritus*
alis ammon. vel *Spiritus Urinæ* cum *Spiritu Salis.*
auſa autem Efferveſcentiæ in genere ex mechanicâ *Cauſa.*
onformatione petenda eſt; *Salium* ſcilicet *acidorum*
artes conicæ ſunt & acuminatæ, *alcalium* verò
iſſæ, unde inter hæc tamdiu pugna continuatur,
onec *acidum* ſubeat *alkali* fiſſuras, & uniant ſe duo

 iſta

ista in *Sal salsum tertium*, sive neutrum ex his, quo tamen de utroque participat.

Fermentatio motus est.

VII. Ex dictis patet, *Fermentationem* motum esse, quo *acidum* & *urinosum* concurrendo simul alias particulas, Mustum componentes, in motum cient: nam à Sale dependet Misti vinculum, adeoque salia mota reliquas resolvunt particulas. Fermentationem sequitur insignis Misti *Alteratio*, quia Salia sub isto motu de novo se unire gestiunt, particulasque unibiles in sui consortium rapiunt, alias verò non benè unibiles separant; quæ, si leves fuerint, supernatant; si graves, ad fundum secedunt, unde nova Misti textura. Sic *Mustum* fit *Vinum* ope fermentationis; hoc denique per ulteriorem fermentationem, urinosa deprimentem, in *Acetum* convertitur. Sic *Fructus austeri* sub fermentatione moderatâ suavem dulcedinem acquirunt, illâ autem protractâ acescunt. *Succi* etiam *Vegetabilium* moderatè fermentati *sulphureum Spiritum*, eumque inflammabilem fundunt: protractâ autem fermentatione in *Acetum* acerrimum degenerant. *Fermentationi* symbolam confert *Aër*, cujus vis elastica Salia magis magisque commovet. Unde *Mustum* dolio inclusum vix fermentat propter aëris defectum. Ex dictis illud se suggerit principium practicum, *Ubi in corpore nostro peccat Acidum, prosunt Alcalia, & contrà*, teste experientiâ in omnibus penè Morbis. Magna enim est convenientia inter Fermentationem artificialem, & eam, quæ fit in corpore humano. Nam pari ratione *acidum Stomachi* concurrit cum *Sale volatili Alimentorum*, quibuscum se maritat, & tandem ambo in *salsum* degenerant *volatile*. Si Chylus nimium sit acidus, adest Bilis, quæ illum in Sal volatile transmutat, hac autem deficiente innumera sequuntur mala.

Misti alteratio.

VIII.

VIII. *Fermentatione* ſuperatâ ad *Præcipitationem* gimus, quæ eſt ſeparatio Corporis in Menſtruo uti, ac poſtea ad fundum ſecedentis. Fit *Præcitio* vel propter porulorum Menſtrui repletionem anguſtiam, vel propter gravitatem particularum utarum. *Prioris modi* exemplum eſt *Extractio Jalapæ*, vel *Tinctura Benzoes*, cum *Spiritu Vini* facta, æ affusâ *Aquâ communi*, poros *Spiritus Vini* replente, ecipitantur. *Poſterioris* exemplum eſt *ſolutio Auri Aq. regiâ*, quæ addito *Mercurio*, cum *Auro* ſeſe ngente, ejusque pondus augente, particulas *Auri* nittit. Præterea Præcipitatio eſt vel *ſpontanea*, ut ſolutione *Corallorum* in *ſucco Citri*; vel *violenta*, ando nempe additur tertium quid, ut in *Magiriis officinalibus*, & illo *Nephritico* dicto, quod à *ritu Vitrioli* præcipitatur. Eſt porrò vel *totalis*, ando partes ſolutæ totaliter ad fundum ſecedunt, l *partialis*, quando aliquantiſper ex poris tantum cluduntur, ut in *Urinâ* inſperſo *Sale*, vel *Solutione lappæ*, quæ palleſcit & albeſcit additâ parvâ *Aquæ* antitate. *Præcipitatio* *Diviſio.*

IX. Ut clarior fiat *Præcipitationis* doctrina, nondum eſt, quòd *acida* & auſtera *Acetum* v. gr. vel *umen* craſſum *Lactis* corpus coagulent, adeoque ros *Seri* anguſtent, ut ſeparetur *Caſeus*, *Alcalia* rò *Caſeum* attenuantia, adeoque poros dilatantia paratìonem impediant. *Tincturæ* etiam *Vegetabilium* ſubito frigori, poros Menſtrui adſtringenti, exſitæ turbidæ evadunt, i. e. particulæ ſolutæ aliantiſper extruduntur; in calore autem detentæ rſpicuæ remanent & coloratæ. Solutiones factæ *acidis* per *alcalia* præcipitantur, & contrà. Sic *urum* in *Aq. regiâ*, ſolutum per *Oleum Tartari* in *urum fulminans* præcipitatur; contrà *Sulphur* ſolum cum *Lixivio Salis Tartari*, præcipitatur ab *aci-* *Præcipitationum exempla.*

dis. *Decoctum* etiam *Absinthii* (aut alterius vege[...] bilis) in *Lixivio Salis Tartari*, addito *Alumine*, M[...] gisterium, Vegetabilis colorem præ se ferens, præ[...] pitat. Solutio itidem *Granorum Chermes* addi[...] *Alumime Laccam Florentinam* præcipitat. Ratio e[...] quia acida alcalium, & contrà, exoptant unionem[...] unde partes solutæ dilabuntur. Notandum autem[...] Magisteria ab Alumine præcipitata composita es[...] quia terra ejus petrosa simul præcipitatur. Cæt[...] rum non solùm Alcalia præcipitant Acida, sed[...] *fortioribus* etiam acidis *debiliora* præcipitantur, qu[...] poros phlegmatis replent & particulas terreas co[...] rosas adoriuntur, cumque iis sese jungentes pon[...] dus augent. E. gr. *Corallia in Aceto* soluta per *Oleu*[...] *sulphuris*, & *Oc. Canc.* in *Spiritu Nitri* soluti per *Sp*[...] *ritum Vitrioli* præcipitantur. Hæc de *Artificia*[...] *Præcipitatione*, quâ fiunt *Magisteria Vegetabilium*, *An*[...] *malium*, &c. sed parum valentia; quia ab *acido* co[...] rosa & ab *alcali* concentrata, à nullo amplius Men[...] struo solvuntur, nullo igne calcinantur, in Stoma[...] cho non digeruntur, sed post triduum per Vom[...] tum excernuntur, *Acida* in corpore non imbibun[...] cùm sint ab *acido* hactenus saturata; & ut verb[...] dicam, semper retinent aliquid *Menstrui corrosivi* teste vel ipso ponderis incremento, non obstant[...] omni edulcoratione. Horum itaque loco para[...] *Zwelferus Magisteria solubilia sine præcipitatione*, pe[...] solius *Spiritus Viridis Æris* affusionem, ejusque ab[...] stractionem & edulcorationem, quæ sanè vulgari[...] bus præstant.

Præcipitationes naturales. X. Accedimus nunc ad *naturales Præcipitationes* quæ *Fermentationes* sequuntur, v. gr. in *Musto*, *Cerevisia*, &c. salia concurrentia particulas terreas, ut feces, extrudunt beneficio fermentationis. Quod si impediatur *Fermentatio* vel propter prædominans acidum,

n, aut Corporis heterogenei admiſtionem, mox
oritur *Præcipitatio.* Unde *Cerevisia acida* facta per
tam præcipitatur; *Vinum* itidem *aceſcens* à puta-
nibus *Ovorum.* Hæc enim alcalia recipiunt aci-
m in ſui amplexum, & ſecedunt unà fundum ver-
. Similem planè reperimus in Corpore humano
ecipitationem; in *Febribus ardentibus* enim ipſa
ſſa ſanguinea ſcorias heterogeneas eliminat. Sub-
e & auxilio ſunt *præcipitantia,* Alcalia ſcilicet, in
ribus intermittentibus, ubi acidum præternaturale
mentationem ciet; Acida verò in *Ardentibus,* ubi
ullitio ab acido volatili procedit. Sunt & *impro-*
dicta *Præcipitantia,* quæ non præcipitant ſed abſor-
nt & figunt, qualia ſunt *Mars* in *Hypochondria-*
& *Scorbuticis*, *Creta* in *Sodâ*, & *Dens Apri* in
uritide.

XI. Accedimus nunc ad *Calcinationem*, quæ eſt *Calcinatio.*
rporis compacti in minutiſſimas ſui partes corro-
& ſolutio, quâ *Metalla* quidem in *Calces* & *Ve-*
abilia in *Cineres* rediguntur. Fit autem *Calcina-*
vel *igne actuali,* qui in principio non ſit nimius, ne
ateria calcinanda colliqueſcat, vel partes volatiles
olent; huc ſpectat Calcinatio per radios ſolares me-
ante Speculo uſtorio concentratos facta: Vel fit
ne potentiali, Liquoribus nempe *acidis,* idque du-
ici modo. 1. Per *Suffumigium* vel *Vaporem*,
ercurii videlicet aut *Sulphuris* pro *Venere* aut
arte calcinandis, nec non *Aquæ bullientis* pro *Ani-*
ilium oſſibus. 2. Immergendo nunc in *via hu-*
ida res calcinandas in Menſtruum ſolvens, aut
inendo v. g. *Oleum Vitrioli* bacillo ferreo; nunc
viâ ſiccâ per *Amalgamationem Mercurii* calentis in
ucibulo cum Metalli laminis, expreſſo poſtea *Mer-*
rio per corium, injectâ priùs Aquâ frigidâ; nunc
enique per *ſtratificationem* ſalinorum pulverum
cum

cum lamellis Metallorum, quo in casu Salia re-
Detonatio. luta emittunt *Spiritus acidos corrosivos.* Huc spect
Detonatio, *Granulatio* & *Extinctio*. *Detonatio*
quando *Minerale* cum *Nitro*, *Tartaro*,&c. crucib.
per vices committitur, ut *Sulphur* superfluum p
Granulatio. tim avolet, partim figatur. *Granulatio* fit, quan
Metallum e. g. *Mars* ignitus *Sulphuri* admovetur
à flammâ liquescat, & in Aquam frigidam suppo
Extinctio. tam sub *Granulorum* formâ decidat. *Extinctio*
quando e. g. *Corallia*, *Silices* & *Lapides* calcinan
aliquoties igniuntur, & in liquore quodam ext
guuntur, donec friabiles reddantur.

Coagulatio. XII. Altera Operationi Chymicæ pars
Coagulatio, quando nempe res liquidæ ad solida
substantiam per humidi privationem rediguntu
estque duplex. 1. Res in calido solutæ in frigi
coagulantur, *Nitrum*, v. gr. & *Salia essential.*
2. Quædam in frigido solutæ concrescunt in c
lido, *Salia* v. gr. *cineracea*. Priora nempe in c
lido Spiritus de se promunt, posteriora contrariu
præstant.

Crystallizatio. XIII. Pertinent quoque huc *Congelatio* & *Crysta*
lizatio: prior in *Gelatinis* patet: posterior fit, quan
do ope evaporationis liquoris solventis ad pellicula
usque, *Salia* ante dispersa & discontinuata congregan
tur, & poris Menstrui per frigus constrictis in certa
figuram concrescunt. *Salsa* sint, oportet, nec *alca*
lia enim nec *acida* sola Crystallos dant.

CAPUT IV.
De Sulphure & Antimonio.

§. I.

Sulphur. PEr *Sulphur*, sulphureaque Concreta nihil aliud
intelligitur, quàm *Pinguedo* facilè inflammabilis
qua

æ cum in *Sulphure crudo* inprimis inveniatur, ab c tanquam à potiori facta eſt denominatio. Cùm ò *Olea* tam *naturalia* quàm *artificialia* ſint inpri- s pinguia & facilè inflam̄abilia, factum eſt, ut *Oleum* *ulphur* hoc in paſſu coincidant, & promiſcuè ſu- ntur. *Pinguedo* hæc *ſulphurea* non ſolitaria, ſed n aliis particulis variis concreta, reperitur; unde n tam primum erit Principium, quam principia- n. Conſtat *Sulphur* ex acido à pinguedine tem- ato; ſic in *Sulphure communi* & *Antimonio* acidum eritur. *Succinum*, *Bitumina*, *Reſinæ pingues*, *Pix* npe, *Terebinthina*, &c. in deſtillatione *Spiritum* t *acidum*. *Fuligo* itidem, quæ *Sulphur* eſt *ſubli-* *um*, fortiori Igne *Spiritum acidum* reddit. *Ligna* pinguiora, eo copioſiorem *Spiritum acidum* ſup- itant. *Carbonum Sulphur* per alcalia fixa aci- m deſtruentia extrahitur. *Myrrha*, utut amara, illata tamen acidum exhibet ſaporem. *Oleum* *mune*, acidi virtute *Martem*, *Lunam*, & *Venerem* odit in *Rubiginem*, & in oculum incidens, vehe- ntiſſimos excitat dolores. *Olea deſtillata*, utut radice *Salia* ſint *volatilia*, tamen non deſtituun- pinguedine ſulphureâ ab acido concentratâ. *nnamomum*, ſi blando Igne deſtilletur, *phlegma* *um* reddit. *Animalium Pinguedines* ſuum quo- habent acidum, & ſi alcali fixo jungantur, pro- etur *Sapo*: alcalia enim acidum imbibunt, in pin- dine latitans. Credo etiam, in *Spiritu Vini* aci- n eſſe: *Spiritus* enim *ardentes* nil aliud ſunt, quàm r fermentando in *Spiritum* volatiliſata. Sic ſub- a à fermentatione libera, dant copioſa ſatis *Olea*; nentata verò *Spiritum ardentem* exhibent, pau- a verò vel nullum *Oleum*. Licet multa ſint cor- a metallica, quæ *Sulphur* non produnt, niſi aliis liantibus, habent tamen perfectum *Sulphur* intra

Eſt Pinguedo, cum acido.

ſe

ſe latitans. *Tincturas* autem *Metallorum* non t *Sulphuris* extractiones, quàm partium quarund metallicarum ſolutiones eſſe affirmarem.

Sulphur commune. II. In ſpecie *Sulphur commune* ex duabus pa tibus, *inflammabili* ſeu *oleoſâ*, & *acidâ* compo tur. Confirmatur hoc ex *analyſi*, quâ acidus por in *Spiritum* concentratur, ardente pinguedi & *Syntheſi*, quâ *Oleum Terebinthinæ* cum dimi parte *Spiritus Vitrioli* cautè deſtillatum, perfect dat *Sulphur* in Retortæ collo. *Sulphur* aliud *Nativum.* *nativum*, hic inde, etiam in ditione *Helvetiæ B nenſi* elicitum, quod utut rarum, optimum tam *Artificiale.* eſt; aliud *artificiale* quod ex *Pyrite* excoquitur, ex *Aquis ſulphureis* inſpiſſando elicitur. Pro medico eligendum puriſſimum: depuratur aut *Depuratio ejus.* vel ebulliendo cum *Lixivio Calcis vivæ*; vel coqu do cum *Urinâ humanâ*, & levi dein *Aceti* inſperſ ne; vel fundendo cum *Cerâ*, ita ut flammam n concipiant, & in Aquam, dum adhuc fervent, fundendo.

Thermarum ſulphur. III. A *Sulphure* pendet *Thermarum* virtus; Ac nempe ſaporis ſalini per Mineram ſulphuream tra ſiens, cum *Sulphure* effervеſcit, unde calor & medi virtutes. Parantur etiam *Thermæ artificiales Sulphure* & tripla quantitate *Calcis vivæ*, in Aq coctis, donec *Sulphur* rubeſcat: id enim ſolutionis ſignum.

Sulphuris præparata Flores. IV. Inter *Sulphuris* præparata primò ſe offert ſu limatio in *Flores*. Omnium optima eſt, quæ fit p ſe. Addunt quidam ſal decrepitatum; vel *Alum uſtum*, vel *Colcothar Vitrioli*, ne ſcilicet in Igne flu *Sulphur*; inanis tamen eſt metus, niſi enim *Sulph* liqueſcat *Flores* non ſublimantur. Exactiſſimè a tem calcinandum eſt *Colcothar Vitrioli*; alias *Flor* tinguntur acido corroſivo *Vitrioli*. Addunt qu

da

m *Aloen*, *Myrrham*, *Benzoen*, & quandoque *Saccha*-
m, ſed peſſimo conſilio, comburuntur hæc enim in
ndo & empyreuma acquirunt. *Gum̃i Benzoe* quidem
egium eſt balſamicum, ſed addatur potius per
ſublimatum. Alii miſcent *Corallia* cum *Sulphure*
o, fieri putantes, ut *Acidum Sulphuris Corallia*
grediatur, & eorum partes volatiles in ſublime
um rapiat; quod tamen non fit. Pars *Florum* *Ejus vires.*
ſamica & pinguis, ab acido ſeparata, egregium
pectorale; omnibus etiam Ulceribus, tam in-
nis quam externis, omnique Affectui à Lymphæ
ore oriundo, optimè ſubvenit. *Peſtis* quoque
eno inſigniter adverſatur; *Colicam* ab acido or-
n tollit, in *Scabie*, cum alcali quodam acuata
icum eſt remedium. Ut autem ab acidâ parte
aretur oleoſa, fiunt variæ *Sulphuris* infuſiones
n Oleis variis, ut inde Balſama evadant. *Pole*-
nnus digerit *Flores Sulphuris* in phiala leni Igne
menſes aliquot; & perfectè digeſtos ſuaveolen-
m aromaticam acquirere affirmat.

V. Sublimationem *Sulphuris* ſequitur *Solutio*. *Sulphuris ſolutio.*
ſvitur autem vel per Alcalia fixa, quoniam hæc
Sulphure in concrematione oriuntur; vel per
eoſa deſtillata, quia ſunt naturæ ſulphureæ. Per
alia fixa ſolvitur *Sulphur*, coquendo in *Lixivio*
lcis vivæ vel *Cinerum clavellatorum*: & ſolutio
or ope *Urinæ*, poſterior ope *Aceti*, præcipitatur
Lac vel *Magiſterium*, quod nullius eſt pretii; *Lac ſulphuris.*
lphur enim, partim cum acido partim cum alca-
unitum, fit ens novum fixum nullius uſus. E-
gium fit *Lac* ſeu *Magiſterium Sulphuris*, quando
lſamum Sulphuris ad *Extracti* liquidioris conſiſten-
m inſpiſſatum, cum *Spiritu Vini rectificato* extra-
ur, & cum *Aquâ* ſimplici præcipitatur. Per oleo-
Sulphur ſolvitur in *Balſamum*; melius tamen *Ejus Balſamus.*

 pro-

procedit, si prius liquescat cum *Sale Tartari.* Or-
dinariè fit *Balsamus* cum *Oleo Terebinthinæ*; alii cu-
Oleo Anisi pro pectorali, vel *Succini* pro cephalic-
usu, parant. Addendo *Sulphuri Myrrham* & *Benzo-*
cum *Oleis destillatis*, egregii fiunt *Balsami* composi-
Camphora etiam addita penetrantiores, & Affectib-
malignis magis appropriatos Balsamos reddit. Qu-
dam loco *Sulphuris* communis solvunt *Sulphur a-*
ratum Antimonii, & majorem, quod credo, spera-
effectum. *Balsamus Sulphuris* destillatus coagulu-
relinquit in fundo, quod pulverisatum *Resina* dic-
tur, in *Scabie* egregia, ex quâ cum *Spiritu Vini* pr-
bè *rectificato Tinctura* extrahitur non inelegans, ut-
tantùm solutio totius corporis videatur. Parat-
etiam *Tinctura* cum *Spiritu Vini* ex *Sulphure* cum *ar-*
Salis Tartari, vel *p. iv. Nitri* liquefacto, & in rub-
dinem calcinato. *Tinctura* autem ex *Balsamo* par-
ta, medietate abstractâ, in cellâ *Crystallos* dat; qu-
aliquoties cum *Spir. Vini rectificato* solvendæ, & a-
tertiam partem abstractæ, de novo Crystallizand-
sunt, donec fœtorem deponant.

Tinctura.

Spiritus sulphuris acidus.

VI. Altera pars dicitur *Spiritus acidus*, qui vi-
separari potest sine parte pingui, nisi per flamman-
Inflamato itaque *Sulphuri* Campanam vitream, just-
interjecto spatio, applicamus; excipientem vapor-
ascendentes, qui deinceps sensim concrescunt in gu-
tas, decidentes in subjectum vas vitreum. Parum
tamen acquiritur, nisi dies sit nebulosus, aut i-
cellâ destillatio fiat, & Campana cum Aqua aliquan-
tum humectetur. Si *Spiritus* inde evadat phlegma-
ticus, rectificari potest. *Spiritus* hic *Sulphuris* e-
acidum universale, adeoque cognatus *Sali terr-*
centrali; à *Spiritu Vitrioli* vix differt, nisi quod par-
ticulas metallicas admixtas non habeat. *Fumu-*
Sulphuris Vinum & omnes succos crudos à corruptio-
ne

: præservat. Imò Fila sulphurea accensa, & la-
næ potûs semiplenæ indita, protinus claudendæ &
rtiter agitandæ, potum reddunt sulphuratum, in
ussi aliisque Pectoris Affectibus, præsertim verò in
ste egregium.

VII. Post *Sulphur commune* in toto Regno mine-
li non datur subjectum magis sulphureum, quam
ntimonium; quod Minerale est, naturæ metallicæ
itimum, & constituitur ex copioso admodum
lphure minerali, *Mercurio metallico* copioso, & sub-
ntiâ *salinâ*, *terrestri*, *alkalinâ*. *Sulphur Antimonio*
esse, idque nobilius Sulphure communi, & ad
lphur solare accedens, probant multæ ejusdem
æparationes & operationes. Imò ex *Antimonio*
ci potest *Sulphur*, *communi* non dissimile, nisi quod
eo non flavescat, & nonnihil viridescat. Sic *Anti-
nium* pulverís. cum *Spiritu* vel *Oleo Vitrioli* dige-
m, & postmodum forti Igne destillatum, in fine
lphur sublimat in collo Retortæ. *Antimonium* etiam
llutum in *Aqua regiâ* affusâ Aquâ communi, præci-
tat *Sulphur viridescens*; ut taceam, non secus quàm
m Sulphure communi per Olea destillata aut ex-
essa, extrahi *Sulphur Antimonii*, & cum eo fieri *Bal-
num Sulphuris*, quod melius est *vulgari*. *Sulphur
ntimonii minerale* in fusionis Igne omnia Metalla
sumit, seque cum iis saturat, cum in corpore pro-
io non saturetur, ideoque *Lupus* dicitur. *Aurum*
nen intactum relinquit propter amicam forsan
lphuris Antimonii & *Solaris* conjunctionem. *Mercu-
us*, quem obtinet, *saturninus* est, & in *Regulum* se
nglobat, qui cum *Sale Saturni* in perfectum *Satur-
m* mutari potest. Pro usu medico optimum est *An-
monium*, quod ex aurifodinis eruitur, quale *Hungari-
m*; quodque strias habet albicantes *Mercurii* & in-
rspersa puncta rubra, *Sulphuris* copiam indicantia.

Antimonium.

Ejus sulphur.

Mercurius.

Sele Aus.

Crudum nec vomitum ciet nec purgat. Sanguinem tamen purificat in Brutis, & Decoctis antivenereis in Nodulo ligatum additur.

Calcinatio. VIII. Inter *Antimonii* Præparationes primum locum obtinet *Calcinatio*, quando scilicet Antimonium grossè pulverisatum in scutellâ argillaceâ amplâ calcinatur super carbones ignitos, ita ut successivè *Sulphur* exhalet & pulvis remaneat gryseus. In hâc operatione autem *fumus* cautè vitandus, quia corrosivus est & noxius. *Antimonium* interim in Crucibulo continuè agitetur, ne coalescat & fundatur; ubi verò jam calcinatum est, superaddatur novum successivè, præsentia enim crudi fusionem calcinati impedit. Calcinatio perfecta est, quando fumum non amplius emittit. Quod remanet, est *Sulphur internum Antimonii.* Fit etiam *Calcinatio* per *radios Solares*, quâ gravius evadit *Antimonium*, & blandum vomitorium ac diaphoreticum. Si *Antimonium* priùs *calcinatum* in Igne fundatur, donec intruso baculo ferreo non amplius fumet, & quod adhærescit perspicuum sit, ac postmodum in Patellam effundatur, in

Ejus Vitrum loco frigido in *Vitrum* concrescit. Ut clarum fiat Vitrum, sit dies serenus, & injiciatur aliquid *Sulphuris citrini* frustulatim vel *Boracis*; sit *Calx* etiam recens, alioquin ab aëre mutatur. *Vitrum* hoc non tuto in substantiâ, sed in Infuso in usum vocandum; modò per acida, *Acetum* nempe *destillatum*, vel *Spiritum Vitrioli*, *Nitri*, aut *Salis* cicuretur. Optimè corrigitur, quando pulverisatum *Aceto Vini* extrahitur in menstruum rubeum, quo decantato remanet Antimonium, cui affundatur Spiritus Vini, digerantur aliquandiu, & deflagretur *Spiritus* super materiam, quæ in *Regulum* beneficio Ignis cogenda. Sic fit *Vitrum*;

Infusa emetita. quod optima dat *Infusa Vomitoria* cum *Vino*, ubi solventis, non solvendi dosis attendenda. Non facilè

: eſt *emeticam* hanc *Antimonii* vim in *catharticam* tare, virtus enim purgandi conſiſtit in *Sulphure timonii non nimis volatili*, quod dum figimus, *diareticum* evadit. His ſubjungitur calcinatio *Anonii* cum aliis, inprimis cum aa. *Nitri* & *Tartari.* detonatur *Sulphur*, & Alkalia *Sulphur*, cum quo radice conveniunt, arripiunt & in rubram materin, *Hepar* dictam, mutant, quæ in Aqua communi Hepar. ıta dilabi ſinit Pulverem obſcurè flaveſcentem, *ci Metallorum* nomine venientem, qui eſt mitior *ro Antimonii*, atque Infuſa dat emetica ſicut *Vim*; Crocus metallor. prius tamen corrigitur digerendo cum *Spiritu i*, qui verò dein deflagratur, ut avolent partes voes, remanentibus fixioribus. Paratur exinde), infundendo ſcilicet in *Succo Cydoniorum*, vel Sapo. *lto*, poſt filtrationem ad *Mellis* conſiſtentiam inando.

X. *Regulus Antimonii* eſt *Mercurius* concentratus, Regulus. metallica *Mercurii* pars, quæ ſeparatis ſcoriis in ce fuſorio fundum petit. Præparationis modus eſt, partes æquales *Antimonii*, *Nitri* & *Tartari*, Simplex. Crucibulo detonantur, donec fluat maſſa, quæ in cem fuſorium calefactum & ſevo inunctum efdatur, ſic in fundo ſe ſiſtet Regulus; qui ſi imus videatur, pulveriſetur, atque cum dimidiâ *ri* & *Tartari* parte denuo fundatur. Procedit *natio* à *Sulphure Antimonii*, *Nitro* & *Sale Alcali*, t in *Pulvere pyrio.* Sunt itaque *Scoriæ* Alcalia hure Antimonii ſaturata; & *Regulus* purus *Mercurius metallicus*, à *Sulphure* ſeparatus. Quia m Salia hæc alcalia avidè Sulphur rodunt, ideo m quandoque Regulum ſuo ſpoliant ſulphure. le, ne hoc fiat, nonnulli addunt pulverem bonum, ut Salia ſimul ſulphure Carbonum ſantur: quo pacto acquiritur *Regulus* fæculentior

quidem, sed ponderosior tamen & copiosior. Sunt etiam, qui parent *Regulum* ex *Antimonio* cum solo *Carbonum* pulvere: sed impurus hic est, quia Alcali Carbonum proprio Sulphure quodammodo saturatum, non adeo promptè nec copiosè absorbet *Sulphur Antimonii.* Acquiritur autem nitidus & copiosus *Regulus*, fundendo *Antimonium* cum *Colophonio*; sic enim pinguedo Colophonii imbibit cognatum sibi Sulphur Antimonii; unde fit, ut tota pars metallica in Regulum secedat. In aliis autem præparationibus, Salia alcalia Antimonii Sulphur rodunt, & volatilior ejus pars partem Mercurii simul absumit. Alias etiam solum *Antimonium probè calcinatum*, & à *Sulphure* separatum, sine additione aliorum, vi Ignis abit in *Regulum.* Et hi sunt *simplices Reguli Antimonii.*

Reguli compositi. X. Sequuntur *Reguli compositi*, quando scilicet metallum unum vel alterum additur. Tales sunt *Martiales*, *Joviales*, *Solares*, &c. Mars non facilè funditur; ideoque injicitur prius in Crucibulum *Limatura ferr. ad* ℥viij. & candefieri permittitur ad summum gradum. Tandem adduntur *Antimonii* ℥xvi. Igne aucto funduntur, & abeunt in massam unam, quia *Sulphur Martis* cum *Sulphure Antimonii* cognatum est. Massæ fluenti injiciuntur per vices Nitri pulverisati calefacti (quod notandum) ℥iv. vel *Nitri & Tartari* aa. ℥ij. Erumpente flammâ funditur massa, quæ forti Igne ultra horæ quadrantem in fluore detineatur & citò postmodum in Conum

Martialis. fusorium fundatur. Unde acquiritur *Regulus Martialis*, qui si impurus, denuo cum *Nitro* fundendus

Jovialis. est Pro *Regulo Antimonii Joviali.* ℞. *Antimonii crud. Stanni aa. p. æq fundantur, & addatur Nitrum.* Pro *solari* fundatur *Aurum* cum *p. iv. vel vi. Antimonii*, sic *Regulus* subsidebit. Si aliquid *Auri* in *Scoriis*

Scoriis relinquatur, addatur his pars dimidia *Antimonii crudi*, & iterum fundatur: addendo, cùm fluxerint, parum *Limaturæ Martis*.

XI. *Scoriæ* primò solutæ in Aquâ calidâ, hinc affuso Aceto præcipitatæ, dant *Sulphur Auratum Antimonii*, obscuri coloris, quod dosi granorum duorum valdè purgat per vomitum & secessum Adultos. Sequentes Præcipitationes exhibent *Sulphur* magis *fixum*: & si ab ultimæ præcipitationis *Sulphure Spiritus Vini* deflagretur, optimum est *diaphoreticum*, diciturque *Pulvis epilepticus antimonialis*. *Spiritus Vitrioli* huic solutioni affusus corrodit vim *Antimonii catharticam*, sicut omnia acida, & *Sulphur* reddit magis *diaphoreticum*. *Solutio* vel *Lixivium Scoriarum* prodest in *Mensium obstructione* formâ suffitus, *Ulcera* abstergit, *Gangrænam* tollit, & *Scabiem* aufert. Cavendum autem, ne addantur acida, alias Cuti maculas imprimunt. *Scoriæ sulphuris Antimonii.*

XII. *Antimonium diaphoreticum* differt à *Croco metallorum* in eo, quòd ad illud præparandum sumatur tripla *Nitri* portio & una *Antimonii*, sic enim figitur *Antimonium* ut amittat vim catharticam. Curandum interea, ut *Sulphur Antimonii* perfectè imbibatur ab *acido Nitri*, alioquin textura sulphurea emerget, & cum steterit aliquandiu, emeticum reddetur. Hoc ne fiat, sunt qui *diaphoreticum* istud ex *Regulo* parant, cujus *Sulphur* hactenus sub forma *Scoriarum* sequestratum fuit; & hoc modo paratum salivationem quandoque ciet. Massa itaque fusa (processum suppono vulgarem) solvitur in Aquâ, in qua *Antimonium* in formâ pulveris fundum petit, *Nitrum* verò *Aquæ* permiscetur, quæ in *Crystallos* abit, partim *salsas*, partim *nitriformes*, *Nitrum Antimoniatum* dictas. Sic ergo paratum *Antimonium diaphoreticum* probè eluendum est *Aquâ calidâ*, deinde *Antimonium diaph.* *Nitrum antimoniatum.*

digeratur cum *Spiritu Vini*, qui postmodum deflagretur. Si *Lixivio*, in quo Massa *Antimonii diaphoretici* soluta est, *Acetum* inspergatur, præcipitabitur Pulvis, *Magisterium* dictus, cujus dimidia dosis plus valet, quàm integra *Antimonii Diaphoretici*. Parant quidam *Antimonium diaphoreticum* in Retortâ tubulatâ, ut *Spiritum Clyssiformem* ex *Nitro*, de *Sulphure Antimonii* participante, in receptaculo apposito capiant. Dosis *Antimonii diaph.* à ℈ß. ad ʒß. Dosis *Nitri antimoniati* verò est ℈j.

Magisterium.

XIII. Ex *Regulo Antimonii* cum aliis Metallis fiunt variæ compositiones. Sic *Antihecticum Poterii* ritè paratur ex *Jovis* p. v. & *Reguli* p. iv. simul fusis, & cum *triplo Nitri* detonatis, donec album fiat; malè autem cærulescit propter Sulphur *Jovis* nondum fixatum, quod levi encheiresi in igne separandum. Præcipitatur etiam *Pulvis Antihecticus* ex *Marte & Regulo antimon.* cum triplo Nitri fusis, calcinatis, & in aqua solutis, sub nomine *Diaphoretici martialis*, in *Ictero* & *Cachexiâ* laudatus. Cujus Caput mortuum in aqua solutum, constans ex *Antimonio* & *Sulphure* per *Spiritum Salis* corrosis, dat Acidulas artificiales virides.

Antihecticum Poterii

Diaphoreticum martiale.

XIV. Sequitur *Sublimatio Antimonii*, ad quam producendam sumitur Cucurbita tubulata, atque sub eâ sublimatur *Antimonium* in *flores*, addito triplo Arenæ, ne liquefiat. Sed heic ignis regimen debet esse legitimum, si enim debilior fuerit, Flores non sublimabuntur; si Ignis fuerit intensior & absit arena, funditur massa & nihil dat *Florum*. Sunt hi *Flores* pars *Antimonii sulphurea* cum *Mercuriali* unita, *alcalicâ* parte in fundo relictâ; adeoque cum Alcali fixo in pristinum *Antimonii* corpus reduci possunt. *Flores* qui in summo adhærent, sunt *albi*, valdè maligni, & propterea corrigendi per *acida*: In medio siti sunt *flavi*; & in infima parte *rubri*, qui

Flores.

Albi. *Flavi.* *Rubri.*

qui salubriores, quia fixiores. Si cum *Sale ammoniaco* ex *Minera Antim.* fiat sublimatio, simul cum albis & *flavis* etiam *rubri* acquiruntur *Flores*, optimi in *Cachexia*, aliisque Affectibus; quorum dosis gr. viii. ad xii. & ex quibus fit *Tinctura* illa, *Lilium Antimonii* dicta. Sunt & *Flores* ex *Antimonii Regulo* sæpius sublimati & fixati, qui à colore *Cheiri* audiunt. Parant quidam *Flores* ex *Sulphuris aurati Antimonii* p. i. & *Salis ammoniaci* p. iii. Aquâ calidâ edulcoratis & cum *Spiritu Vini* cohobatis; qui *Moschum* redolent.

XV. Ordine nunc proponam destillata Antimonialia. *Minera Antimonii*, nondum *Ignem* experta, destillatur ex *Retorta* in *Spiritum acidum*, *Acetum* dictum, facilè in Calcinatione, & quidem pereuntem paucum, quique nil aliud est quàm *Spiritus Sulphuris acidus mineralis*. In hac destillatione requiruntur *Carbones fossiles*; & *Spiritus destillatus*, cum nova *Minerâ* digerendus ac denuo destillandus est. Paratur etiam hic *Spiritus* extinguendo *Mineram candefactam in Aqua communi*, vel affundendo ℔.xiv. *Aquæ pluvialis destill.* super *Mineræ Antimonii lævigatæ* ℔vi. & digerendo donec effervescant & spumam edant: sic *Aqua* fit *acidula*, quæ destillatur in *Spiritum acidum*, sæpius cohobandum, ceu optimum menstruum pro *Tincturâ Antimonii*, in specie ex *Vitro Hyacinthino*, extrahendâ. Hæc de *Antimonii* destillatione per se. Destillatur vulgò etiam *Antimonium* cum *Saccharo*, quod *Spiritum* dat *acidum*, qui rodit & secum vehit *Antimonium*, unde *Spiritus Antimonii saccharatus*. Eodem modo destillatur cum *Melle*, lento tamen Igne, (quod notandum, ne alias cum impetu proruant) unde *Oleum Antimonii mellitum*, quod externè *Ulceribus* confert. Optimè destillatur cum *Pane*, qui dat *Spiritum acidum volatilem*,

Destillatio.

Spiritus acidus.

lem, corpus *Antimonii* resolventem, Notandum quod *Spiritus panis Tincturam Antimonii*, quibusdam secretis habitam, promptè extrahat. Destillatur quoque cum *Sale communi*: item cum *Mercurio sublimato*, unde *Butyrum Antimonii* prodit, & aucto postmodum Igne in collum Retortæ sublimatur *Cinnabaris Antimonii*. Circa hanc præparationem notandum, quòd anatica *Antimonii* & *Mercurii sublimati* portio plus *Butyri* quàm *Cinnabaris* proferat, dupla autem *Mercurii sublimati* portio ad unam *Antimonii* plus det *Cinnabaris*; quòd *Antimonium sulphureum* plus det *Cinnabaris* quam *striatum*; quòd si massa ex *Antimonio* & *Mercurio* composita in cellam per aliquot dies reponatur, *liquidius Butyrum* exhibebit; quòd Ignis fortissimus in principio majorem eliciat *Cinnabaris* quantitatem; quòd si in Igne suppressionis destilletur, recipienda est Retorta ampli Colli, alias rumpetur: & collum non sit nimis breve, alias pauca seu nulla acquiritur *Cinnabaris*; quòd denique *Mercurius* sit *purus*, ita ut affusâ guttâ *Olei Tartari* flavescat; si enim nigrescat, *Arsenico* adulteratus est. Fundamentum præparationis hoc est: constat *Mercurius sublimatus* è corpore *Mercurii* & *Spiritu Salis* concentrato in *Mercurio*. Hic itaque *Spiritus Salis* qui *Mercurio* inest, Ignis beneficio resolutus, rodit partem *mercurialem* seu *metallicam Antimonii*, corrosam secum rapit, & cum eâ abit in liquorem crassiusculum, odoris summè sulphurei propter *Sulphur Antimonii* resolutum. *Mercurius* autem *vivus* à *Spiritu Salis* derelictus, partim in forma viva cum *Butyro*, partim cum *Sulphure Antimonii* in forma tertii compositi, *Cinnabaris* nempe, prodit. *Butyrum Antimonii* non est *Mercurialis* sed *Antimonialis* naturæ; elicitur enim *Butyrum* ex *Antimonio* cum *Spiritu Salis* destillato, licet pro-

Butyrum Antimonii.

Cinnabaris Antimonii.

pter

ter defectum *Mercurii* nulla adſit *Cinnabaris.* Eteim *Antimonii p.* 1. cum *Salis decrepitati p.* ii. & *Vitrioli d. alb. calcin. p.* iii. hæc inquam deſtillata dant *Butyrum Antimonii* ſine *Cinnabari.* Et *Mercurius Vitæ*, ui eſt productum *Butyri Antimonii*, in crucibulo uſus abit in antiquum corpus antimoniale. Eſt taque *Butyrum Antimonii, Regulus Antimonii* à *Spiritu ſalino* in liquorem craſſiuſculum corroſus, *Spiritus* autem *Salis* relicto *Mercurio* cum *Antimonio* e jungit, quia Mineralia cum Metallis libentius ſe ungunt, & *Antimonium* corpus eſt ſemi metallicum. Paratur benignius *Butyrum Antimonii*, & dein mediante præcipitatione *Mercurius Vitæ*, ex *Regulo* ſeu *Antimonio diaphoretico* : nulla autem tum elicitur *Cinnabaris*, quia in his præparationibus omne *Sulphur* deflagravit, quod alias cum *Mercurio* in *Cinnabarim* coiret. *Caput mortuum* in hoc caſu remanens eſt verus *Antimonii Regulus*, id verò per repetitam *Mercurii ſublimati* additionem totum in *Butyrum* deſtillari poteſt. *Butyrum Antimonii* corroſivum eſt, & eapropter *internè* vix adhibetur ; exhibitum autem vomitus non ciet, forſan quia acida in *Butyro* coërcent vim volatilem, quæ in *Mercurio Vitæ* obſervatur. *Externè* Fonticulos commodè excitat : in *Gangrænâ* partem mortuam ſeparat : *Bubonibus* & *Carbunculis* applicatum eſcharam facit. In delicatis verò ſubjectis applicatur *Magnes arſenicalis, ex ana Antimonii, Sulphuris, & Arſenici* igne arenæ in Crucibulo fuſis, paratus. Quando deſtillatur *Butyrum Antimonii*, vel etiam quando præcipitatur *Mercurius Vitæ*, ſimul ſolet progredi *Mercurius vivus*, qui ſi leviter evaporet in Igne, poſt ſe relinquit aliquot grana *Auri*, quæ ex *Antimonio* extraxit.

Quid ejus Butyrum?

Quid Caput mortuum?

Magnes arſenicalis.

XVI. Quòd ſi autem *Butyrum Antimonii* rectificatum infundatur *Aquæ communi* frigidæ, tum demum

Mercurius vitæ.

ſecedit

ſecedit *Pulvis albus*, per filtrum ſeparandus & edulcorandus, qui *Mercurius Vitæ* dicitur: imbibit nempe Aqua partes ſalinas acidas, quibus ſeparatis *Regulus* ad fundum ſecedit, ſub formâ *pulveris*; & Aqua hæc deſtillata dat *Spiritum Salis acidum*; qui vulgo, ſed malè, *Spiritus Vitrioli philoſophicus* audit. *Mercurius Vitæ* Vomitorium eſt nobiliſſimum, & omnibus Antimonialibus facilè palmam præripit. Datur *in ſubſtantia ad gr.* ii. tutius autem *in Infuſo ad* ℥j. aut ℥ij. *Vini*. Millies etiam infundi poteſt ſine mutatione, forſan quia particulæ Vini poris *Antimonii* ſe inſinuantes jacturam, ſi quæ ſit, compenſant. Si *Butyrum* ex *Regulo Antimonii*, cujus *Sulphur volatile* avolavit, paretur, mitior erit *Mercurius Vitæ*: imò, ſi in hoc caſu præcipitetur per *Lixivium Tartari*, & leniter edulcoretur, (modò *Butyrum* probè rectificatum fuerit) per inferiora tantum purgabit. Salia enim alcalia Sulphur ejus figunt. Sic ſi *Nitri* ℥iij. blando Igne fuſis addantur ℥ij. *Mercurii Vitæ*, evadet *Catharticus*. Porrò ſi gr. ii. *Mercurii Vitæ* cum *Sale communi*, vel cum *gr. xv. Mercurii dulcis* probè terantur, purgabit tantùm per inferiora, quia fixatus eſt ab acido *Salis*, vel *Spiritu acido* in *Mercurio dulci* latitante.

Ejus vis emetica.

Bezoardicum minerale.

XVII. Paratur *Bezoardicum minerale* ex *Butyro Antimonii*, cui affunditur *Spiritus Nitri rectificatus* guttatim, donec nulla amplius efferveſcentia percipiatur; ſic *pulvis flavus* ad fundum ſecedit, à quo ter per Arenam abſtrahendus *Spiritus Nitri* novus ad ſiccitatem uſque, qui *Spiritus Nitri* hinc *bezoardicus* dicitur: ſicque remanet *Pulvis fixus*, ſuper quem leniter calcinatum *Spiritus Vini* continuè agitando, deflagrandus. Brevius paratur per ternam *Croci metallorum* cum *Nitro* calcinationem in Furno anemio Igne forti; vel ſexies *Spiritum Nitri* forti

Igne

gne à *Croco Metallorum* abstrahendo. Hæc de *Bezoardico simplici*, cujus dosis *gr. vi. ad viij.* quodque egregium est sudoriferum & alexipharmacum. Sunt & *Composita Bezoardica mineralia*. In specie fit *Solare* hoc modo. ℞. *Butyr. Antimonii* ℥*iv. affund. guttatim. Spiritus Nitri rectif.* ℥*iv. additur Aurum à Venere probè depuratum & in Spiritu Nitri Bez. solutum* (alias vomitum ciebit) *destillentur per Retortam ex arena ad siccitatem. Residuo Spiritus Nitri recentis dimidia pars præter propter affundatur & abstrahatur, quæ cohobatio cum novo Spiritu Nitri repetatur, Ignem ultimo intensius urgendo.* Eâdem Ratione fit *Lunare*, solutâ scilicet *Lunâ* in *Aquâ regiâ*. Fit & *Martiale* ex *Butyro Antimonii Martiali* more solito. Paratur autem brevius extrahendo à *Croco Martis* cum *Butyro Antimonii Tincturam*, quæ cum *Spiritu Nitri* præcipitatur, abstrahatur, &c. Fit etiam *Joviale* ex *Butyro Antimonii Joviali*; brevius autem ex *Jovis* ℥*iv. Mercurii sublimati* ℔. ß. in *Butyrum* destillatis, quod cum *Spiritu Nitri* præcipitandum. *Solare.* *Lunare.* *Martiale.* *Joviale.*

XVIII. Diximus, *Cinnabarim Antimonii* ex *Mercurio* & *Sulphure* in collo Retortæ concretis constare; quæ pro usu medico aliquoties sublimanda est, ut perfectè rubescat & superfluum deponat Mercurium. Est *Cinnabaris Antimonii* Remedium polychrestum. In *Morbis convulsivis* & malignis Affectibus par non habet. Dosis ℈j. *Boyle* suspendit *Cinnabarim Antimonii* in amphora *Vini Rhenani*, quo mirabiles vires medicamentosas in Casibus chirurgicis contumacioribus expertus est. *Cinnabaris correcta.*

XIX. Destillatis succedunt *Extracta antimonialia*; quorum vis in *Sulphure* consistit. Extrahitur autem Sulphur communiter per *Alcalia*; licet sint, qui *Tincturas* per *acida*, *Aquam regiam* scilicet & *Oleum Vitrioli*, instituunt; quo in casu acida substantiam *Mercurialem* corrodunt, & *Sulphur* non tam solvunt *Extracta Antimon.*

seu

seu extrahunt, quàm secum supernatans arripiunt quodque denuo per repetitas destillationes seorsim partim recipienti, partim retortæ collo adhærebit. Paratur autem *Sulphur Antimonii* per *Alcalia* in *via humidâ*, coquendo *Antimonium crudum*, vel ipsius Mineram, quæ plus habet *Sulphuris* externi, in *Lixivio Salis Tartari* per aliquot dies, novum semper affundendo loco illius quod exhalavit. Sic *Alcalia* Extractum reddunt *sulphureum*, quod filtrandum & evaporandum, ut sponte subsideat *Sulphur*, aut mediante *Aceto destillato* præcipitetur. Paratur etiam per *Alcalia in viâ siccâ*; quando nempe calcinatum *Antimonium* cum *Tartaro* aut *Nitro*, *Scorias* dat, quæ in aquâ calidâ solutæ per *Acetum destillatum* in *Sulphur* abeunt, partim quia cum eo in radice conveniunt, partim quia in *Sulphure* latet *acidum*, quo cum se jungunt; & instillatum denique *Acetum* cum *Alcalibus* combinatur, ut *Sulphur* secedat. Sed *Sulphura* hæc per *Alcalia* extracta non sola sunt, verùm mista cum particulis *Reguli Antimonii* solutis per *Salia Lixivii*, & *Sal acidum Menstrui præcipitantis*. Hoc probatur. 1. Quia ex *Sulphure* hoc mediante fusione cum *Borace*, acquiritur *Regulus Antimonii*. 2. Quia Vomitum ciet, partibus regulinis ascribendum. 3. Quia non est inflammabile, propter Salia adjuncta volatilitatem figentia. Dum paratur *Regulus Antimonii*, solvantur *Scoriæ* in Aqua calida, filtrentur, & cum *Cremore Tartari* præcipitetur *Sulphur Antimonii*: sic acquiritur *Sulphur* usus egregii. Paratur etiam *Sulphur* purius ex *Cinnabari Antimonii*, ebulliendo in *Lixivio acri* & præcipitando cum *Aceto destillato*; vel destillando *Cinnabaris Antimonii p.* ii. cum *Limaturæ Martis p.* 1. sic enim prodit *Mercurius*, & remanet *Sulphur* cum *Marte* conjunctum: quod subigendum cum Sale ammoniaco

Sulphur ejus

& in

x in Flores destillandum; qui in *Aquâ* soluti & rum *Aceto* præcipitati *Sulphur* ad fundum dimittunt, quod sanè optimum est medicamentum. unt qui *Sulphur Antimonii volatile* acquirunt, volatilisando *Scorias Antimonii* cum *Alcalibus volatilibus*. Alii *Sulphur* præcipitatum cum Spiritu Vini ectificatissimo digerunt & destillant, primoque *Spiritum*, postmodum autem *Oleum rubicundum* saporis dulcis & maximarum virium obtinent.

XX, *Sulphura* sequuntur *Tincturæ antimoniales*, quibus *Sulphur* ejus fixius, quod Solaris est naturæ, extrahitur, adeo ut *Lunam* in *Aurum* mutent. Extrahuntur hæ *Tincturæ* per acida v. gr. *Acetum destillatum*, *Spiritum Viridis Æris*, *Panis*, &c. quæ *Sulphur* figunt, & vim emeticam tollunt. Deinde cum *Spiritu Vini* digeruntur & artificiosè destillantur. Videntur autem *Tincturæ* hæ per menstrua corrosiva institutæ, non veræ *extractiones*, sed *superficiales* solùm totius corporis in partes minutissimas corrosiones. Sunt qui cum *Oleo Terebinthinæ Tincturas* extrahunt; sed in *Sulphur Antimonii fixum Oleosa* non agunt. Pro *Tincturis* extrahendis commodissimè inservit *Vitrum Antimonii*, cujus *Sulphur volatile* avolavit, relicto *Solari*. *Tinctura* quæ ex *Scoriis Antimonii* paratur, est potius *Salium* quàm *Antimonii extractio*. Non quidem contemnenda est, quæ fit ex *Antimonio* cum *ana Tartari calcinato*, donec flavescat massa, quæ in *Aquâ calidâ* soluta, pulverem dimittit cum *Spiritu Vini* extrahendum, unde *Tinctura* in debitam consistentiam inspissanda. Omnium autem optima est *Antimonii Tinctura*, quæ cum *Spiritu Vini* & *Aceto* destillato præparatur. Sed dubito interea, an dentur *Metallorum*, *Gemmarum*, *Corallorum*, &c. *Tincturæ genuinæ*, quia in pristinum corpus per contraria reducuntur. *Tinctura.*

CAP.

CAPUT V.

De Mercurio & Cinnabari.

§. I.

Mercurius vulgi. MErcurius ultimum illud Paracelsistarum Principium, triplex est, 1. *Vulgi*, qui satis notus. 2. *Corporum*, ex Semimetallis & Metallis, præsertim *Lunâ*, extractus; quique potius novum est productum, artis beneficio generatum, quàm partem constituens concretum. 3. *Philosophorum*, materia scilicet *Lapidis Philosophorum*, huc usque ignoti. Mercurius *Vulgi* videtur esse amalgama seu compositum corpus metallicum, à fumo subterraneo resolutum. Hoc probant maculæ quas relinquit in cochleari dum effumare sinitur. Dicitur *Servus fugitivus*, quia ignem expertus semper avolat, &, licet centies figatur, aut ad tempus fixus maneat, facilè nihilominus iterum per Alcalia resuscitari potest. Non potest itaque fixari, ut instar metalli fundi queat & tractari; coagulatur autem facilè cum particulis metallicis in corpus duriusculum, quodammodo malleabile, immittendo nempe in foramen in medio *Saturni* fusi & parum frigefacti factum; vel in ovum effuso albumine, cui, obturato foramine, affunditur *Saturnus* liquefactus. Eruitur nunc in forma liquidâ; nunc ex Terrâ minerali, *Cinnabaris* dictâ destillando cum Alcalibus evocatur. *Cinnabaris* enim ex *Sulphure communi* & *Mercurio vivo* componitur; unde addita Alcalia *Sulphuris* acidum absorbent, & sic *Mercurius* vivit. Magna *Mercurio* cum Metallis intercedit amicitia, maxima cum *Sole*, minima cum *Marte*. *Mercurius* enim mollissimus *Aurum* compactissimum subitò penetrat & albefacit, & in amalgama convertit. *Aurum* etiam *Salivationi*, *Paralysi*,

Corporum.

Philosophorum.

Servus fugitivus

Figi nequit.

Origo.

ralysi, *Tremori*, aliisque noxis à *Mercurio* illatis optimè subvenit, *Mercurium* cognatum extrahendo. Vis Salivationem ciendi fundata est in maligno *Sulphure arsenicali*, quod resolvit tam utiles quàm inutiles humores, eosque subtilisatos per glandulas maxillares exterminat. Ratione hujus *Sulphuris* abit in Igne per se in Pulverem rubicundum. Virtus hæc in *Mercurio vulgi* solùm residet; *Mercurius* enim extractus ex corporibus Metallorum non inducit Salivationem. *Mercurius* cum *Saccharo* in *pulverem* redigitur, qui *Vermibus* maximè adversatur. *Vis salivatoria.*

II. Iner *Mercurii* præparata occurrit primùm *depuratio* à sordibus adhærentibus, quem in finem exprimitur vulgo per corium: hoc tamen non semper sufficit, quia metalla intimius conjuncta simul transeunt. Alias infunditur in *Spiritu Vini* & agitatur, repetendo operationem donec depuretur. Melior modus est, si *Mercurius sublimatus* aut *Cinnabaris* cum ana *Tartari* vel *Calcis vivæ* destilletur, sic enim purissimus *Mercurius* manifestat se in receptaculo, affusâ Aquâ frigidâ. Nobis sufficit repetita aliquoties ejus per alembicum transmissio, ac destillatio, quâ sordes & partes metallicæ retro manent in cucurbitâ, modò ignis non fuerit nimis fortis redditus. Nota puritatis est, quod carbonibus impositus totus effumet sine strepitu. *Depuratio.*

III. Depurationem sequitur *Præcipitatio* vel potius *Calcinatio*, quæ fit ordinariè cum *Spiritibus acidis*, hi enim affusi Mercurium solvunt; & solutione demum abstractâ remanebit Pulvis, qui impropriè dicitur *Mercurius præcipitatus*. Si fiat cum *Spiritu Sulph.* fit *albus*; si cum *Spiritu* vel *Oleo Vitrioli* fit *flavus*, & dicitur *Turpethum minerale*; si cum *Spiritu Nitri* vel *Aquâ forti*, fit *ruber*. Color non à Spiritibus sed à proprio Mercurii Sulphure dependet; sic *Spiritus* *Præcipitatio unde.* *Albus, Flavus, Ruber.*

Nitri admodum extravertit ejus Sulphur, unde fi *ruber.* Datur & *Præcipitatum Mercurii* per se, quan do nempe *Mercurius vivus* immittitur Cucurbitæ pla ni fundi & strictissimi orificii, quæ imponatur Are næ, & lento Igne longo temporis intervallo fit *Præ cipitatum rubrum.* Hoc tamen fit beneficio extern Sulphuris heterogenei separabilis, quo ipso Mercu rius tingitur *colore rubro.* Unde Mercurius Corpo rum externo hoc Sulphure carens, calcinari ho modo nequit. Paratur autem eâdem planè metho do ex *Auri Mercuriò Præcipitatum* illud *solare*, quo postmodum cum *Spir. Vin.* digerendum & deflagran dum est, sic enim redditur egregium *Diaphoreticum* Reliqua *Præcipitata* vomitus movent & secessus, ni si figantur; quæ fixatio optimè fit, quando *Mercuriu* cum *Aq. forti* præcipitatur, & ab eo dictum illu menstruum aliquoties cohobatur, postmodum sep ties cum *Spiritu Vini* digeratur, atque toties deflagre tur, & tandem cum *Aquâ Salis Tartari* probè edul coretur, sic acquiritur *Mercurius diaphoreticus.* Cum Mercurius præcipitatur vel per se, vel cum acidis Spiritibus, periculosus fit pro interno usu. Parant quidam *Præcipitatum* cum aliis Metallis, v. g. *Sole.* Solvitur nempe *Aurum* in *Aquâ regiâ* & *Mercurius* in *Aquâ forti*, junguntur, destillantur & cohobantu solutiones; sic exsurgit *Pulvis*, qui edulcoratus cum *Sp. Vini* dicitur *Aurum Vitæ*, quod quandoque *vomitorium* est in *Lue venereâ*, quandoque *catharticum* in *Hydrope. Keslerus* cum *Mercurio* depurato & *Auro* amalgama facit, de hoc *Aquam fortem* abstrahit, & Pulverem relictum sub tegulâ calcinat. Si addatur *Regulus Antimonii* vocatur *Panacæa.* Imò sine corrosivis paratur ex *Auri* per *Antimonium* depurati ℥ß & *Mercurii pur.* ℥iv. Amalgama per lotionem cum *Sale* & *Aceto* ab omni nigredine depurandum,

Præcipitatum rubrum

Solare.

Diaphoreticum.

Aurum vitæ.

per

per linteum exprimendum, & modo ſupra allegato per aliquot dies leniter digerendum. Huc referunt quidam *Riverii Antiquartanarium*, ſed malè, quia non eſt *præcipitatum*, ſed blandum remedium, (ut credo) ex *Mercurio dulci, Sole fulminante, Sulphure Antimonii*, & *Scammonio* præparatum. Præcipitatur quoque cum *Venere*, unde *Præcipitatum viride*, certum in *Gonorrhœa virulentâ* Remedium. Pertinet huc *Arcanum Corallinum Paracelſi*: ſolvitur ſcilicet *Mercurius* in *Liquore alcaheſtino*, quo abſtracto fit Pulvis, à quo abſtrahatur *Aqua Albuminis Ovor.* Pertinet huc quoque *Chaos magnum Poterii*, quando Mercurius in *Aquâ Forti* ſolutus cum *Aqua ſalſa* præcipitatur. Optimum eſt *Turbith Minerale*, quod fit ex Mercurio ſublim. in Aquâ ſoluto, filtrato, & cum *Oleo Tartari* præcipitato; Pulvis in fundo ſubſidens edulcorandus eſt, & cum Spiritu Vini deflagrandus. Hæc de Præcipitatis.

Riverii antiquartium.

Præcipitatum viride.

Arcanum corallinum.

Turbith minerale.

IV. Sequuntur *Sublimata.* ℞. *Mercurii in Aqua Fortis p. ii. ſoluti, Vitrioli exſicc. Salis decrep. an. p. æq. ſublimentur in Cucurbita humili; cujus orificium in principio non adeo arctè claudendum, ut exhalet phlegma Salium adjunctorum. Sed quando nebulæ albicantes elevantur, firmiſſimè claudatur, Igne gradatim aucto, ſic aſcendet Mercurius ſublim. in forma Salis cryſtallini.* Si ſublimatur *Mercurius* cum duplo *Nitri* & *Vitriol. calcinati*, elevatur *Mercurius ruber non corroſivus*, ejuſdem ponderis atque fuit ante miſtionem cum Salibus; illa enim ſecum non evehit, ſed *Sulphur Nitri* agit in *Sulphur Mercurii*, unde *ruber* fit; ſi cum *Sale* ſublimetur, illud ſecum evehit, & ab hoc habet vim corrodendi. Minori labore & temporis jacturâ *Mercurius ſublimari* poteſt, quando in *Aquâ forti* ſolvitur, & hâc abſtractâ Ignis ultimo augetur, ſic aſcendit ſine *Salibus*. Si *Mercurii ſub-*

Sublimatio.

Corroſivus Mercur.

limati partibus tribus addantur novi *Mercurii p.* ii. & sublimentur igne circa finem non adeo intensè aucto, fit *Mercurius dulcis*, qui purgat ad ℈j. satis benignè, *vivus* enim *Mercurius* Salia corrosiva disjungit. Hæc præparatio, uti omnia purgantia *Mercurialia*, *Phlegmaticis* & *Hydropicis* convenit, *Biliosis* nocet; sed Antimonialia contrà. Pro externo usu fit *Aqua Phagedænica* ex *Mercurio dulci*, in *Igne Calcis vivæ* soluto, addito *Spiritu Vini*, quæ *Gangrænis* optimè subvenit. Reviviscit *Mercurius sublimatus* bulliendo in *Aquâ communi*, in vase ferreo, quia *Mars* absorbet *Salia corrosiva*. Idem quoque fit per additionem alcalium, quæ acida illa Salia rodunt. Impostores sunt, qui ex *Mercurio* per se, *Aquam*, *Spiritum*, *Oleum* & *Sal* elicere volunt.

Dulcis Merc.

Revificatur.

V. Pro *Cinnabari* ℞. *Mercurii vivi* ℔. ii. *Sulphuris com.* ℥iij. *sublimentur*, sic acquiritur *Cinnabaris artificialis rubri coloris*. Parant alii *Cinnabarim cæruleam* hoc modo. *R. Sulphur. p.* ii. *Mercurii vivi p.* iii. *Sal. ammon. p.* I. *sublimentur*. In his præparationibus *acidum Sulphuris Mercurium* corrodit, & in altum evehit sub formâ corporis *cinnabarini*, nam *Cinnabaris* cum *Alcalibus* (acidum denuo absorbentibus) destillata *Vivum* reddit *Mercurium*. Fit etiam *Cinnabaris solaris* ex amalgamate *Mercurii* cum *Sole sublim.* cum *Sulphure*. *Cinnabaris nativa* est corpus rubicundum, concretum ex *Sulphure* cum *Mercurio* & *Terrâ lapidosâ*; & varia est pro varietate *Mineræ sulphureæ*.

Cinnabaris.

Cærulea.

Solaris.

VI. *Hungarica Cinnabaris* est optima, quia ejus *Sulphur* participat de natura Auri. Nulla autem nativa, propter *Sulphur arsenicale*, intus assumatur; nisi prius corrigatur partim repetita sublimatione, quâ *Sulphur arsenicale* avolat, & fæces nocivæ segregantur; partim coquendo in *Aquâ* aliquoties, & partem puriorem supernatantem cum *Spiritu Vini* deflagrando.

Cinnabaris.

CA-

CAPUT VI.

De *Metallis in Genere; & in specie de Marte, Venere, Saturno, Jove, Sole & Luna.*

§. I.

Principia Chymica.

M*Etallum* eſt compoſitum ex Principiis diſtinctis, in unum homogeneum & eſſentialiter ndiviſibile concretis. Sunt autem hæc Principia ecundum Chymicos *Sulphur*, *Mercurius* & *Sal*, non uaſi vulgaria illa corpora actu ineſſent Metallis, am ſi quæ ex illis eliciantur, nova ſunt Artis & hymici Laboris producta; ſed per *Sulphur* intelliuntur particulæ inflammabiles ſeu acido pingues; er *Mercurium* particulæ mobiles in Igne & fuſiles; er *Sal* particulæ de naturâ *Alcalium*, *Sulphur* figenes, & cum *Mercurio* in corpus malleabile ligantes. rimum dicitur metallorum *Anima*, ſecundum piritus, & tertium *Corpus*. Generantur itaque *Metalla* ex fumo ſubterraneo pingui volatili, in corore lapideſcente (ſed tractabili) coërcito. Patet inc, *Metalla* omnia de *Sulphure acido* plus minus articipare, unde oritur acetoſitas illa vitriolica, uam guſtui communicant. Si hoc *Sulphur* fixum it & maturum, Metalla ſunt eo *nobiliora*; talia ſunt *Aurum* & *Argentum*, quæ ſine facili jactura Ignem ſuinent. Si *Sulphur* non adeo fixetur, Metalla evadunt *gnobiliora*; eaque vel *mollia*, quæ multo conſtant *Mercurio*, & facilè funduntur, ut *Stannum* & *Plumum*; vel *dura*, quæ copioſiſſimo *Sulphure* gaudent, deoque facilè igniuntur, ſed difficulter funduntur, t *Ferrum* & *Cuprum*. Multa autem, quæ *denſa* ſunt, on ſunt *dura*, ſic *Aurum* denſiſſimum eſt, *Vitro* molius. *Saturnus* omnia metalla abſorbet exceptis *Soe* & *Lunâ*; copioſo enim gaudet Alcali volatili, quod *Metalla* minùs compacta, ſeu magis terreſtria avidè abſorbet.

Metalla habent ſulphur acidum.

Metalla conveniunt.

II. Conveniunt *Metalla* omnia in radice, & non nisi gradu & perfectione differunt, quod inde patet, quia plerumque mixta reperiuntur, & ignobile de nobiliori participat, *Luna* v. g. de *Sole*, *Saturnus* de *Luna*, &c. Non repugnat itaque, imperfectiora ad majorem fixationis & maturationis gradum perduci posse, nam *Luna fixa* fit *Aurum album*, & si superaddatur *tinctura Auri*, *Aurum* erit perfectum.

Usus eorum

Tinctura.

III. Usum Metallorum quod concernit, certum est, cruda solummodo passivè operari, quatenus *Salia acida* in corpora *Metallorum* corrodendo agunt, & acrimoniam suam perdunt. *Tincturæ*, quæ prostant, sunt tantùm superficiales corporis metallici in minutissimas particulas corrosiones; à quibus resuscitatur *Metallum* ope *Alcalium*, præsertim *Salis Tartari*, quæ cum acido concurrunt, & *Metallum* ab ejus vinculis liberant. Si *genuinæ* habeantur *Tincturæ*, de essentiali Sulphure separatim participantes, miros edunt effectus & omnino reduci nequeunt.

Martis principia.

Chalybs.

IV. *Mars* constat pauco *Mercurio*, unde difficulter funditur; *Sulphure potenti*, sed pauco & *fixo*, unde proximè ad *Aurum* accedit, promptèque incenditur; & *copiosâ Terrâ* seu *principio salino*, unde firmam texturam, & vim adstringendi, acidos etiam quoscunque humores in Corpore nostro absorbendi nanciscitur. *Chalybs* à *Ferro* non differt nisi duritie; *Mars* scilicet *in lamellas redactus* cum carbonibus aut cornubus stratificatus, fortissimo Igni committitur; unde acidum Martis cum Alcali carbonum fixo, vel Cornuum volatili concurrens, partem terrestrem magis constringit, & *Chalybem* facit. Sic *Aqua Lumbric.* vel *Raphani* Ferrum ignitum, ope Salium volatilium cum ejus acido concur-

urrentium indurat, quod pinguibus illitum denuo mollescit.

V. Martis vis *adstrictoria* ex sapore constat; *aperitiva* autem accidentalis est, quatenus vitiosos acidosque humores (ceu obstructionum causam) absorbet, & sub formâ Fæcum nigricantium eliminat. *Cruda Martis limatura* iis, qui Ventriculum habent debilem, non conceditur, quia in ejus fundo subsistit, illumque magis pessundat. Notandum autem, post assumpta *martialia* corpus movendum, & acida omnia (quæ *Martem* saturant) vitanda esse. *Martis vires*

VI. Inter *Martis præparata* occurrit primò *Crocus adstringens*, qui à colore subflavo nomen sortitur; estque nil aliud, quàm *Mars* in Igne forti calcinatus, qui ponderis augmentum notabile recipit ab acido Carbonum, quod suos intra poros admittit. Sunt, qui pulverem rubicundum baculis ferreis, in furnis chymicis adhibitis, adhærentem, pede leporino abstergunt, *Crocumq;* non incommodum hinc acquirunt. Convenit hic Crocus in omnibus Affectibus, qui opus habent adstrictione, vel acidorum absorbitione; idque tum *internè* tum *externè*. Similis est huic *Croco Terra Vitrioli dulcis*, quæ nil aliud est, quàm *Crocus* sive *Martis* sive *Veneris*, & forsan nobiliores præstat effectus. Alii sunt *Martis Croci aperitivi* dicti, qui commodius forsan *alterativi* dicerentur, quia aperiunt tantùm per accidens. Magni æstimatur sequens. *℞. Limat. Martis, affunde parum Aquæ, & expone radiis Solis in diebus canicularibus; sic mirè incalescit & vertitur in Crocum cum ingenti effervescentia; nam Acidum copiosum in Marte existens ab Aqua dissolvitur, & recedente Solis calore proprium corrodit corpus.* Sic quoque Mars aëri expositus ab acido æthereo in *Crocum* seu rubi-

Præparata Crocus adstringens. *Ejus vires.* *Crocus aperitivus.*

rubiginem corroditur; unde præcavetur hæc rubigo ope alcalium, in specie *Olei Tartari per deliquium*. Malo autem consilio inunguntur *Gladii*, & alia instrumenta ferrea *Oleo communi*, notum quippe est, quòd *Oleum* scateat copioso acido, potius corrodente quàm præservante. Paratur etiam *Crocus Martis* cum *Vino*, non inelegans. Fit quoque *Tartarus martialis* ex *Tartaro* in *Aqua ferrariorum* soluto, additâ postmodum *Limaturâ Martis*; unde acidum *Tartari* corrodit *Martem*; deinde per filtrationem & evaporationem acquiruntur *Crystalli* egregiæ in *Morbis* chronicis. Habet etiam *Willisius Tr. de Fermentatione*, præparationem secretissimam, quam tamen certum est fieri cum *ana Cremoris Tartari* & *Spiritûs Vini*.

Tartarus martialis.

Præparationes cum acidis malæ.

VII. Damnantur meritò omnes præparationes Martis cum nimiis acidis, v. g. *Aquâ Forti*, *Spiritu Nitri*, *Salis*, *Vitrioli*, *Sulphuris*, *Aceto*, &c. vel cum *Magdaleonibus Sulphuris* ad modum Calcinationis lusoriæ; sic enim saturatur Mars ab acido extra corpus, & nullas in corpore exerit virtutes, imò Ventriculum onerat, cum sit *Calx fixissima* nullo liquore solubilis. Sunt qui parant *Crocum* cum *Salibus alcalicis Aquæ* commixtis, vel *Lixivio Herbarum aperientium*; sed parum valet, quia *Salia* in *Lixivio* contenta cum *Marte* concurrunt in corpus calciforme pro hoc scopo inutile.

Tinctura Martis.

VIII. Neque tamen sola dantur è *Marte* præparata *sicca* Remedia, etenim & *liquida* exinde parantur. *Tincturæ* nempe, quæ semper adstringunt, licèt interdum per accidens aperiant. Damnantur meritò *Menstrua* nimis *acida*; debent enim parari cum *Alcalibus* vel *blandis acidulis*, cum *Vino* v. gr. vel *Succo Cichorii*, vel *Spiritu Panis acido volatili*; horum enim acidum

Martem

Martem blandè rodit & imbibit. Pertinet huc egregia illa *Tinctura Vitrioli Martis* aut per calcinationem cum *Sulphure* donec deflagrârit, aut per solutionem *Martis* in *Spiritu Sulphuris*, vel *Vitrioli*, cum *Aquæ* iii. diluto, quæ postmodum filtratur & crystallisatur. Parat etiam *Riverius Vitriolum Martis* ex *Spiritus Vitriol. rect. p. 1. & Spir. Vin. p. ii. in vase ferreo digestis & crystallisatis.* Fit dein & *Essentia Martis tartarisata*, solvendo & inspissando ad mellaginem *Vitriolum Martis* cum ana *Crystallorum Tartari*, & deinde affundendo *Spiritum Vini*, quæ optimum est remedium. Sub præparatione *Tincturæ Vitrioli Martis* & *Terræ foliat. Tartari*, sæpè evenit ut *Mars è Vitriolo* cadat, unde *Tinctura* magis est *tartarea* quàm *martialis*. Hujus loco *Tincturam* parant quidam ex ana *Vitrioli Martis*, & *Terræ foliat. Tartari* exsiccatis. Huc pertinet *Tinctura Martis solaris*, quando nempe *Minera Martis solaris*, in Aëre efflorescit in *Vitriolum*, quod cum s. q. *Roris majal.* destillati solvitur & filtratur; ex hac cum ana *Liquoris Terræ fol. Tartari* fit *Tinctura Martis* extemporanea. Pertinent quoque huc noduli *Limaturæ Martis* in *Vino* infusi, qui valdè conveniunt. Ut verbo dicam, multæ sunt *Martis Tincturæ*, cum blandis menstruis, *Succo Acetosæ*, v.g. *Musto*, &c. paratæ: Omnium tamen optima est, quæ cum *Succo pomorum Borsdorfianorum* aut *Curtipendulorum* instituitur, solutioni inspissatæ affundendo *Spiritum Vini*. Paratur quoque *Tinctura flava* cum *Spiritu Vini* ex *floribus Martis*, qui fiunt ex ana *Martis* & *Sal. ammoniaci sublimatis*, denuo massæ in fundo relictæ commixtis, aëri humido expositis, & tandem cum dimidiâ parte *Salis ammoniaci* de novo sublimatis. In hoc casu *acidum Salis ammoniaci* seu *Sal commune Martem* rodit & secum evehit. Parant curiosi Chymici *Martem fulminantem*, solvendo

Vitrioli Martis.

Essentia tartarisata.

Tinctura solaris.

Flava.

Mars fulminans.

vendo Martem in *Aqua regia*, & præcipitando cu *Oleo Tartari per deliquium.* Notandum autem exact Saturationis punctum, & cavendum ab effervescentiâ nimiâ, aut præcipitatione nimis subitaneâ, alioquin vix fulminabit propter subitaneam Gas volatilis & fulminantis evaporationem. Deducunt Autores hanc fulminandi vim ex *Sulphure solari*, quo *Chalybs* gaudeat, à *Sale ammoniaco* extraverso & *Nitro* accenso; & allegant *Sulphur*, in Pulvere pyrio cum Nitro fragorem dans. Quicquid sit hac in re, videbimus sub titulo de *Sole fulminante.*

Cuprum constat sulphure & Mercurio.

IX. *Cuprum* gaudet *Sulphure* fixiore & *Mercurio* copiosiore quàm *Mars*, unde citius funditur, promptiusque inflammatur, & ratione Mercurii facilè cum *Sole* & *Luna* miscetur, ita ut eorum fusibilitatem non impediat; cujus contrarium fit in *Marte* & reliquis metallis. Ratione *Sulphuris* in *Venere*, *Caput mortuum Vitrioli Veneris Dysenteriam* curat, *Dysentericorum* excrementis suppositum. *Sulphur* & *Mercurius* in *Venere* æqualiter mixta, illam volatilem reddunt, adeo ut super forti igne terram & totam ferè *Venerem* secum in auras rapiant.

Luna veneri amica.

X. *Luna Veneri* affinis est, adeo ut raro unum sine altero effodiatur, & utrumque possideat vim tam *catharticam* quàm *emeticam*. *Lapis calaminaris* cum *Veneris* triplo forti igne agitatus *Orichalcum* constituit. Alcalia volatilia *Venerem* solvunt, non verò *Martem*; quia prius plus habet *Sulphuris*, & alcalia promptius sulphurea aggrediuntur. Unde quidam *Veneris Sulphur* cum Alcalibus fixis Volatilisatis extrahunt. Acida fortiora *Venerem* in *Vitriolum* solvunt; sin volatiliora & blandiora illa fuerint, tum eandem solvent in *Viride æris*. Sic in SSS. *Veneris* cum *Vinaceis*, affusâ *Aceti p.* I. & *Urin. p.* iii. vel iv. in loco calido, blando volatilis aciditas

Orichalcum

-tas vinaceorum (quam eructant propter blandam -ervescentiam Aceti & Urinæ) *Venerem* in *Viride* -ris corrodit; quod destillatum cum arena dat *Spi*-*um ex vinaceis*, *Urinâ*, & *Aceto destillato* ortum, -regii usus tam in *Medicinâ* quàm *Alchymiâ*, præ-ctim in *Affectibus soporosis*. Destillatur etiam ex -rid. *æris p.* ii. & *Gum. Armoniac. p.* 1. *Spiritus aci*-*lus* optimus; qui si fiat ex *Viridis æris p.* iv. *Gum.* -*rmon. p.* ii. & *Sulphur. p.* 1. est melior & *Asthmaticis* -ultum conducit. Alias *Viride æris* nullum usum -abet medicum, nisi externè in *Ulceribus* deter-endis. Quin & de *Venere* ipsa vix aliquid tuto -surpari potest internè, nisi ejus *Sulphur anodynum* -rius fuerit extractum. *Viride æris.*

XI. *Saturnus* ratione principiorum contrarius est -*arti*, multum enim possidet *Mercurii*, unde fa-lè fluit & ponderosus est; parum *Sulphuris*, & -inimum *Salis*; unde *Terram salinam* reliquorum -etallorum avidè absorbet, exceptis *Sole* & *Lunâ*, -uæ pro saturatione inepta sunt. *Saturnus* rever-eratoriâ calcinatione abit in *Minium* cum augmen-o ponderis à *Sulphure Carbonum*, quod illi con-ungitur, sed denuo demi potest additione Alcalium. -*aturnus* cum acido conjunctus augetur pondere; -*alcinatus* verò in *Aceto destillato* (melius fit si cum -*piritu Nitri* acuatur) solvitur, & abstractâ humi-itate (non tamen prorsus omni, aliàs fulminabit) -at *Crystallos* seu *Saccharum Saturni* saporis dulcis; -quod in *Malo hypochondriaco*, *Quartana contumaci*, -*hlogosibus* à salium effervescentiâ ortis, & *Dysen*-*eriâ*, *ad gr.* xv. multi est usus. Ex hoc *Saccharo* -*aturni* cum *Vitriolo Martis* paratur *Tinctura an*-*tiphthisica* mediante *Spiritu Vini*, quæ validè adstrin-git & *Ulcera* interna sanat. Ex eodem per Retort. -ublimato cum *Vitriolo Martis* fit *Hæmatites artifi*-cialis. *Plumbum.* *Minium.* *Saccharum Saturni.* *Tinctura antiphthisica.*

Ceruſſa. *cialis.* *Saturnus* vapore *Aceti* calcinatus *Ceru[ſſa]* dicitur; quæ (ſicut omnia *ſaturnina*) acidum *Vu[l]nerum Ulcerumq́;* egregiè abſorbet: Unde in *Canc[ro]* *occulto*, *Ambuſtionibus*, *Eryſipelate*, *Scabie*, *Ulcerib[us]* *ſcorbuticis*, omnibuſque Affectibus cutaneis, ma[-]gnam præſtat opem. *Saccharum Saturni* deſtillatu[m] dat *Spiritum*, qui nil aliud eſt, quàm *Spiritus Vini rege[-]neratus*, *Aceti* nempe partibus acidis fixioribus *Sa[-]turno* adhærentibus: adeoque nil de *Saturno* par[-]ticipat. Aucto quidem Igne, cum *Acetó* concen[-]trato, partes *Saturni* ſimul rapiuntur in forma *Ole[i]* primo *rubri*, poſtea *nigri*. Certum eſt itaque, quò[d] uti ex omnibus Metallis, ita maximè ex *Saturn[o]* nil liquidi eliciatur, niſi quod aliis additis debea[-]tur. *Minera Saturni volatilis Hungarica*, cum *Mer[-]*

Butyrum. *curio ſublimato* deſtillata, dat *Butyrum Saturni*, con[-]ſtans ex *Spiritu acido Salis comm.* in *Mercurio ſubli[-]mato* contento, & particulis *Saturni* unâ evectis & in collo Retortæ *Cinnabarim* ex Mercurio & Satur[-]no conſtantem. Ex *Butyro* mediante Aquâ præci[-]pitatur *Pulvis albus* blandè laxans, ejuſdem uſus cum *Saccharo Saturni*. *Butyrum* hoc cum *Spiritu Nitri* ſublimatum, illoque ter abſtracto, ter edulcoratum & calcinatum, fit *Bezoardicum ſaturninum* in *Peſte*,

Bezoardicum ſaturninum. *Febribus malignis*, *Scorbuto*, *Arthritide vagâ* & *Malo hypochondriaco* egregii uſus. *Butyrum* denique ſuper *Saccharum Saturni* deſtillatum dat *Oleum rubicundum* *dulce*, egregiarum virium in *Morbis chronicis*, & *Ul[-]ceribus corroſivis*. *Saturnus* per ſe nullos præbet *Flores*, quia ratione *Mercurii* copioſi facilè in Igne liqueſcit. Vulgo faciunt S. S. S. ex *Saturno* & *Sul[-]phure*, cujus acidum rodit *Saturni* ſive *Plumbi* cor[-]pus: Poſtea addunt *aa. Salis decrep.* & *p. ii. Boli comm.* Mixturam committunt Retortæ duobus tubis con[-]ſtanti; uni apponitur Receptaculum, alteri verò Fol[-]

lis

, ſic deſtillatur *Spiritus*, & fortiori igne *Flores*, qui
hil aliud ſunt, quàm pars *Saturni* à *Spiritu Nitri*
rroſa, & benè edulcorati in Medicina multi uſus
nt. Si *Saccharum Saturni* debitè cum *Oleo Tere-*
nth. vel *Junip.* uniri poſſet, eſſet *Balſamum* non
efficax in Morbis chronicis; ſed credo *Oleum* non
m à *Plumbo*, quàm beneficio digeſtionis ſuper cor-
us ſaturnium colorari. *Oleum deſtill. Saturni* nil
iud eſt quàm acidum concentratum *Saccharo Sa-* *Tinctura ſaturni nullæ.*
rni affuſum. *Tincturæ Saturni* falſæ ſunt, parum
im participant de *Sulphure*, à quo omnis aliàs
inctura oritur.

XII. *Stannum* conſtat *Mercurio* non perfectè fi- *Stannum.*
ito (unde mollius eſt) ſed magis maturato, & mi-
us copioſo quàm *Saturnus*, unde minus pondero-
m & malleabile eſt; inſuperque Sulphure copioſo
ol. minuſque cum Terrâ ſalinâ ſubacto, eſt do-
tum, hincque poroſiſſimum, & cum aliis Metal-
miſtum difficulter ab illis ſeparatur. *Stannum*
im *Venere* miſtum in Igne flammam concipit, quia *Ejus proprietates.*
raque ſunt ſulphurea. A *Sulphure* eſt, quòd *Stan-*
um cæruleum ſit; quòd vomitus moveat, niſi de-
actum ſit Sulphur; quòd in *Aquâ forti* accendatur,
cum *Nitro* accedente quodam Alcali inſtar pul-
eris pyrii inflammetur. *Stannum crudum* non uſur-
andum eſt. Calcinatur non ſine difficultate. Agi-
tum cum *ana Salis decrepit.* in pyxide cretâ pro-
è fricatâ abit in Granula, quæ ab acido quocunque
cilè corroduntur. Ex his Granis fit *Saccharum*
anni, ad eundem modum, quo *Saccharum Saturni* *Stanni ſaccharum.*
Minio; eſtque in *hyſtericis Affectionibus* internè
udatum. Ridiculè autem Umbilico admovetur.
unt ex *Mineræ Stanni* ℔i. cum *Spiritus Vitrioli*
ii. & duplo *Aquæ font.* per evaporationem debitam
ryſtalli egregii ad Aquas hydropicas per ſeceſſum *Cryſtalli.*
edu-

educendas; dos. gr. iii. Ex *Stanno* cum *Merc*
Bezoardicum Joviale *sublimato* fit *Bezoardicum Joviale*, in *Febribus ma*
nis & *Puerperarum Purpurâ* egregium. Huic sim
est *Sudoriferum maximum Johannis Fabri*, ex *Stann*
Mercurio sublimato beneficio destillationis paratu
Ex *Regulo Antimonii Joviali* cum triplo *Nitri*
detonationem, indeque sequentem edulcoratione
Antihecticum Poterii. paratur etiam *Antihecticum Poterii*, quod laudatu
Tincturæ Joviales nil habent.

Aurum. XIII. *Aurum* constat *Sulphure* defœcatissimo
pioso, *Mercurio purissimo* arctè connexo, & *Terræ*
linæ fixæ mediocri quantitate. Unde adeo indest
ctibile est, ut, centies licèt calcinetur, tamen
duci facilè possit. Adeoque ejus præparata sunt
aliud, quàm atomi aurei ob compactissimam un
nem nihil operantes & facilè in Solem reducibil
Ejus Tinctura. *Tincturæ Solis* vel *Auri* sunt tantùm superficia
corrosiones. Si radicaliter dissolvatur, requiri
Menstruum non corrosivum, sed *insipidum*, ex *r*
nive, aut aliâ re; sed cuivis non contingit adire C
rinthum. In præparatione Remediorum ex *A*
curandum, ut adhibeatur defæcatissimum & à *Ve*
re sive *Cupro* benè purgatum, ne vomitus cre
Purificatio. Liberatur autem à *Venere* 1. per *Saturnum*, qui cu
Sole fusus adjunctis metallis se saturat, & *Aurum* i
tactum licèt pallidius dimittit. 2. per calcinatione
Auri ad modum S.S.S. cum *Sale ammon. Mercu*
& *farinâ Laterum*, hæc enim Metalla ignobilia r
dunt, *Sole* intacto. 3. per *Antimonii p.* iv. fusas cu
Solis p. 1. deinde adjectis *Nitri p.* 1. *Lim. Mart. p.* i
& fusis, donec *Regulus* secedat: Igne fortissimo d
nuò fundatur, sic *Antimonium* avolabit, remane
te *Auro* purissimo coloris exaltati.

Auri solutiones. XIV. *Sol* per *Corrosiva* non solvitur nisi addi
Sale comm. Cum *Lunâ* fusus intimissimè ei jung

tu

ur: ſeparatur verò in *Aqua forti*, vel *Aqua regia*, uarum prior *Argentum*, poſterior duntaxat *Aurum* lvit. Sed obſervari meretur, quòd niſi *Lunæ p.* i. & *Auri p.* i. ſumantur, *Aqua fortis*, maſſam non robè corrodat. *Sol* ſolutus reducitur per *Mercu-um*, qui illum ſecum in amalgamate ad fundum pit; igni verò admotus avolat, & *Solem* in fundo linquit; vel per præcipitationem cum *Spiritu rinæ*, aut *Oleo Tartari* eo truditur. Cæterùm *Spi-tus Salis concentratus*, & *Spiritus Nitri bezoardicus* iam *Solem* ſolvunt. Quin & *Salia ſicca* & *coagulata* lem præſtant. Sic *Sal vol. C. C.* ad modum S. S. S. pe ſui *Sulphuris vol. Aurum* in Crucibulo rodit in *ulverem purpureum* in *Febribus malignis*, & *Mulierum urpura* commendatum.

XV. *Aurum fulminans* paratur ſolvendo illud *Aqua Regia*, & præcipitando cum *Oleo Tartari per liqu.* Notandum autem, quòd *Aqua regia* paretur um *Sale ammon.* & in præcipitatione ſaturationis unctum attendatur. Conſiſtit fundamentum vir-tis fulminantis in *Sulphure ſolari*, ejuſque cum *alibus alcalibus* concurſu, eademque eſt ratio quæ cum *ulvere pyrio.* Sed Aurum fulminat deorſum, quia onderoſius eſt, & non eſt inflammabile, ſed ſal-m incandeſcit, proinde fumum ſurſum, fulmen erò deorſum emittit; *Pulvis* autem *pyrius* habet lphur nimis volat. & inflammabile. Hoc *Aurum lmin.* non edulcoratum laxat; probè verò edul-oratum ſudorem pellit, & egregium eſt carminati-um. Vis fulminandi adimitur per acida, *Sulphuris* g. *Spiritum*, *Sal. vol. Sulphuris*, &c. Unde *Poterii urum diaphoreticum* fit ex *Auro fulminante Sulphu-* cicurato, & cum *Spiritu Vini* digeſto. Quin & ex *uro fulm.* affuſo *Spiritu Vini rectif.* & accenſo, aſcendit um *fulmen*, & *Sulphur* ſimul *aureum* elevatur in *Flores*,

Aurum fulminans.

Aurum diaphoreticum.

Flores, qui optimum sunt sudoriferum. Colligutur etiam *flores* ex *Auro fulm.* per se in Retortâ tublatâ. *Sol* per se non sublimatur, sed cum *Buty Antimonii* elevatur supra alembicum. Cum *Sale amoniaco* item & *Spiritu Nitri bezoardico* in *Flores* sulimatur, qui denuo *Auro* miscendi, ut efficacion acquirantur. Pro solvendo & extrahendo *Sole*, *Sprit. Vin. Sale vol. urinoso* acuatus optimum est mestruum, unde forsan *Aurum potabile* confici posse. *Aurum potabile.* Cæterum si quis adeò fortunatus sit, ut veram posideat *Tincturam solarem*, operabitur certè sic ut *anlepticum* & *anodynum* egregium.

XVI. *Argentum* constat *Terrâ salinâ* copios *Argentum.* cum *Mercurio* minus copioso, & pauco *Sulphur*. Unde minus fixum & indestructibile, minusqu ponderosum est. Crudum nil facit in Corpor. In præparatione separari debet à *Venere*, cui sæp combinatur, ne vomitus creet. Separatur partim solvendo in *Aqua forti*, partim fundendo cu *Saturno*. *Luna* cum *Spiritu Nitri rectif.* optim solvitur, & sic soluta præcipitatur affuso *Spirit Salis*, diciturque *Cornea*, quòd instar cornu deflagret; contrà soluta in *Spiritu Salis*, præcipitatur cu *Spiritu Nitri* in præparatione *Bezoard.mineral.* Ex *Lunæ* in *Spiritu Nitri* solutæ residuo, post menstru abstractionem, moderato Igne (ut caveatur effervescentia) fuso fiunt *Crystalli*, seu *Lapis Infernalis* *Lapis infernalis.* elegans pro excitandis *Fonticulis*, & *Ulceribus putridis* in carne gangrænosâ coërcendis. Hujus vis sita est in *Spiritu Nitri* in *Lunâ* concentrato. Ex *Lunâ* in *Spiritu Nitri* solutâ, post menstrui blando arenæ igne abstractionem, agitando interea instrumento quodam, ut æqualiter evaporet, fiunt *Crystallici purgantes*, qui ad gr. iv. *Hydropicos* & *Catarrhosos* egregiè purgant; sed quia tonum Ventriculi la *Crystalli purgantes.*

xant

xant, *Martialibus* jungantur. Si parentur Cryſtalli beneficio *Nitri artificialis* ex *Calce vivâ* & *Sale com.* viridis ſunt coloris, cùm tamen omnia alia Medicamenta lunaria ſint cœrulea. Si *Luna* cum duplo *flor. Sulphuris* (ſi minus ſumatur, *Luna* non calcinabitur, ſin plus, comburetur) ſepties ſublimetur, ſublimatum materiæ reſtitanti ſemper addendo, ſed ultima vice abjiciendo; fit ut acidum Sulphuris *Lunam* rodat in *corpus vitriolaceum*, cui *Aqua Hyperic.* affuſa, & ad *cochl.* i. bis de die propinatâ, *Maniam* & *Capitis Affectus* curat. *Tincturæ Lunæ* fiunt cœruleæ à *Venere*, vel ab *Ammoniaco*, quocum fieri ſolent. Sed hæ omnes ſunt tantùm ſuperficiales ſolutiones, beneficio Alkalium reducibiles. *Tinctura Lunæ.*

CAPUT VII.

De Gemmis.

§. I.

GEmmæ ſunt lapides pretioſi, à communibus aliis Lapidibus & raritate, & pretio diſtincti; tales verò ſunt v. gr. *Chryſolithus* ſ. *Topazius*, *Granatus*, *Hyacinthus*, *Rubinus*, *Saphirus*, *Smaragdus*, *Cryſtallus*, *Iaſpis*, *Lapis nephriticus*, &c. *Gemmarum* virtus pendet à principio ſulphureo metallico. *Gemmæ non coloratæ* conſtant *Aquâ* ſimpliciſſimâ à Sale coagulatâ. *Coloratæ* colorem habent à principio metallico; ſcil. dum *Aqua ſalina* tranſit per *loca metallica* ex ente primo metallorum liquido ramenta colorata ſecum coagulat. Unde *Gemmæ rutilantes à Sulphure Solis*, *cœruleæ* à *Lunâ*, *virides* à *Venere*, & *fuſcæ* à *Marte*, colorem habent. *Gemmæ* crudæ intra *Lapides pretioſi.* *Eorum vire & Colores unde?*

 corpus

corpus nihil operantur, excepto *Cryſtallo*, qu ob mollitiem ſuam omne acidum abſorbet educit.

II. Ridicula eſt *Gemmarum lævigatio* ſuper mar more, propter duritiem enim abradunt ſimul aliqui de marmore. *Tincturæ* etiam nullius ſunt pret propter arctam illarum compagem. Externè qu dem *Jaſpis* in *Hæmorrhagia Narium* aut *Uteri* appen ſus juvat; circulus cum *Sapphiro* ductus circa *Car bunculum*, eum excidere facit; imò & circa *Ocul* in *Variolis* & aliis *Affectibus* conducit. *Lapis nephr ticus* appenſus in *Calculo* multum prodeſt. Cæte rum vis amuletica & radiativa pendet à Sulphur metallico.

Tincturæ nil valent.

CAPUT VIII.

De Vino, Spiritu Vini, Aceto, & Tartaro.

§. I.

Vinum.

QUÆ de *Vino* ejusque productis dicemus, ad re liqua *Vegetabilia*, inprimis *Liquores vinoſos* e *Fructibus expreſſos* applicari poterunt. *Vinum* ex fer mentatione ſeu concurſu acidi & alcali in *muſto* de puratur & exaltatur. *Uvæ paſſæ* videntur eſſe mu ſtum concentratum, unde ex *Succo pyrorum moſcha tellinorum* fit *Vinum anticachecticum*, ſicut ex *Succ pomor. Borſdorf.* aut *Curtipendulorum anti-hypochon driacum* egregium. *Muſta* autem, quæ concentrat ſunt per abſtractionem phlegmatis in uſum navi gantium, ſunt nimis arctè unita, unde nec in Ign diſſolvi, nec in Vinum fermentari queunt. *Mu ſtum* intus aſſumptum ob particulas heterogenea confuſas nondum cum *Spiritu Vini* exaltatas, *Diar rhœas* excitat, ſed non inebriat. *Spiritus Vini* eſ *Oleum*

Muſtum.

Spiritus Vini.

Oleum cum *Sale vol.* fermentando in *Spiritum* mutatum. Ratione partis oleosæ *acidum* in se continet, unde cum *Spir. Sal. ammoniaci* in offam abit. Parum aut nihil dat *Olei*, unde liquet, quòd *Spir. Vini*, & omnes *Spiritus ardentes* sint tantùm *Olea* fermentando *dissoluta*, quodque per se in concreto non existant, sed mediante fermentatione demum ex corpore vinoso fiant. *Spiritus Vini* probè rectificatus est, quando gutta in Terram effusa in auras evanescit, item quando cum *Pulvere pyrio* accensus nullum vestigium relinquit. Si abstrahatur à *Sale Tartari probè calcinato*, Sal *phlegma* (si quod sit) retinet, & *Spiritum* adhuc puriorem dimittit; attamen & *Spiritus* quasdam *Tartari* particulas secum rapit, unde *menstruum* fit optimum, simplici *Spiritui Vini* longè præferendum. Imò *Spiritus* ex fæcibus Vini *destillatus*, ob partes salinas, quas secum evehit, non minùs quàm ille in medio Vini, in frigore congelati, reperibilis vulgari etiam longè præferuntur. *Vinum* ratione partis spirituosæ Spiritus recreat, & Humores acidos in corpore temperat, sicut extra corpus *Spiritus minerales* dulcificat. Externè *Putredini*, *Gangrænæ*, *Podagræ*, & *Erysipelati* resistit. Ratione partis acidæ *Vinum Stomachicum* est; & in *Febribus ardentibus* aliquando apud nos tutissimè propinatur. Nimio tamen usu ejus acidum cum sanguine ad partes nervosas delatum, *Arthritidem*, *Contracturas* partium, aliosque dolores infert. *Vini effectus.*

II. Cæterum acidum hoc basis est totius concreti, unde exaltatum figit partem oleosam, & fit *Acetum*. *Spiritus* enim in *Aceto* non exhalat sed figitur. Quo generosius est *Vinum*, eo fortius *Acetum*; unde additis *Seminibus Eruc. Sinap.* &c. fit adhuc *Acetum. Destillatum*

huc fortius. *Acetum destillatum* dat primo *Phlegm*
& non nisi postea *Spiritum*, quia fixatus fuit. L
to autem opus est Igne, ne *Spiritus* empyreu
contrahat. Addito *Sale ammoniaco* vel *Nitro* & *S*
gemmæ in destillatione, insigniter exaltatur. *A*
Vires Aceti. *Aceti* planè volatilis est, undè meritò præfertur Sp
ritibus mineralibus. *Acetum alexipharmacum*
in *Peste Theriacæ* anteponendum. Post *Opii*, a
purgantium nimiam dosin, in integrum restitu
quin & sanguinem coagulatum egregiè resolv
Hystericis autem & *Hypochondriacis* nocet.

Tartarus.

III. *Acidum* Vini fæcem rodens, cum particu
solutis salinis coagulat, & partes terrestres constri
git, unde fit *Tartarus*. *Fæces* enim beneficio fe
mentationis separatæ, non sunt in totum *terrestr*
sed habent copiosum acidum & alcali; unde
illis elicitur *Sal vol.* in forma *Nivis*, *Spiritus* ite
volatilissimus. *Tartarum* itaque ex acido fæces r
dente genitum, in ambitu dolii concrescit, qu
ibi *Vinum* magis est acidum, ut patet ex glac
tempore hyberno; & ipsum Lignum quernum d
lii, subjectum firmum est, ad quod salia concre
è quibus constet. cere amant. Constat *Tartarus* ex *acido* & *alca*
ita ut præpolleat *acidum volatile*, unde Mucu
in primis viis incidit, Renes abstergit & Alvu
laxat. Sed purificari debet à partibus *terrestribu*
quæ à Stomacho digeri nequeunt; per solutione
Cremor. nempe & coagulationem, unde *Cremor* & *Crystal*
Sufficit autem unica solutio, ne debiliores evadan
& pessimo fit consilio, quod quidam laxativ
hasce Crystallos additione Aluminis stypticas red
Crystalli. dant. *Crystalli* hæ, propter acorem, in *Affectib*
chronicis non conveniunt: quapropter fermentan

tu

ꝛur cum proprio *Sale fixo*, unde fiunt ſalſæ in *Hypochondriacis*, *Hydrope* & *Scorbuto* multi uſus. In *Æſtu* autem, & *Siti* corrigendis, & crapulá diſpellendâ, multi quoque uſus ſunt *Cremor* ſeu *Cryſtalli Tartari* rubicundæ.

IV. *Tartarus* deſtillatus dat *Spiritum phlegmaticum*, deinde *Oleum fœtidum*, in quo *acidum Tartari* reſidet, remanente *Capite mortuo* nigro Sale Alcali conſtante. Sed ſi *Tartarus crudus* prius fermentetur cum *Sale proprio*, habetur *Spiritus volatiliſſimus* ab *acido liberrimus*, ſummarum in Medicina virium, quòd omne acidum Nervos infeſtans abſumat & dulcificet, & tam internè quàm externè, in *Affectibus chronicis*, *Malo hypochondriaco*, *Parheſi ex Colica*, *Hydrope*, & *Pleuritide*, partim per Urinam, partim per Sudorem commodiſſimè operatur. Inprimis acido à Vino orto adverſatur, non enim quodlibet *volatile*, ſed hoc *alcali* illi *acido* ſpecificè contrariatur. *Sal Tartari* cum *Calce vivâ deſtill.* dat *Spiritum* egregium ſed paucum. Cum *Alumine crudo*, vel *uſto* deſtillatum dat *Spiritum vol.urinoſum*, qui cum *Camphora* baſis ex *Tincturæ bezoardicæ*. *Tartari Spiritus.*

V. Poſt *Spiritum* in deſtillatione *Tartari* prodit *Oleum fœtidum*, quod eſt alcali acido pingui concentratum. Hoc ſuper *C.C. uſt.* aliquoties *rectificatum* fit clarum, & ad *gutt.* iii. *in Morbis malignis*, *Colicâ* & *Hyſtericâ paſſione* potentiſſimè ſudorem movet. Externè in *Podagra*, *Calculo* & *Bubonibus* convenit. Ex *Capite mortuo* fit *Sal Tartari* fixum, ſummum *diureticum* & *diaphoreticum*, in *Febribus* admodum conducibile, *Coſmeticorum princeps* menſtruorum vim pro ſolvendis mineralibus, & aliis egregiè intendens, & Metalla reſuſcitans. Ex hoc *Oleum.* *Sal fixum.*

Terra foliata. *Sale* cum *acido vol. Aceti* fit *Terra foliata Tartari*, quæ cum *Spiritu Sal. ammoniaci* optimum eſt remedium in *Malo hypochondriaco*, *Affectibus Urinæ*, Morbiſque *Virginum*. Eſtque nil aliud quàm *Tartarus regeneratus*, unde eliciuntur *Spiritus*, *Oleum* & *Sal fixum*: idemque *Spiritus* eſt in *Vino* & *Aceto*.

Volatiliſatio ſalis Tartari VI. Sublimioris eſt Chymici *Sal Tartari fixum volatiliſare*. Quidam cum *Aceto*, alii cum *Spiritu Vini*; alii cum *Oleo Tartari fœtido* periculum faciunt, ſed fruſtra. Alii cum *aëre* tentant, qui modus multum habet in receſſu. Malè autem in cella liquatum cum aëre volatiliſari concipitur. Ex *Sale Tartari* cum *Spiritu Vini* phlegmatico paratur *Tinctura*, quæ aliquas laudes meretur.

CAPUT IX.

De Plantis, Floribus, Lignis & Seminibus.

§. I.

Sal fixum. V*Egetabilia* ante incinerationem nullum habent *Sal fixum*; fit enim dum exuſto *Sulphuro*, acidum & alcali fixantur in cineres. Si arefacta ſint in aëre, aut putrida, tum avolat *Sal volatil. acidum* & *alkali*, & minus *Salis fixi* obtinetur (in *ligno putrido* nihil) quàm in recentibus. Si Igne nimium uſſeris, alcali meracius exſurgit, ſi liquefactivo urgeas Igne, exuberat alcali, acido abacto.

Plantarum Succi, Aquæ Spiritus. II. Plantarum *Claſſes* ad *Schröderum dilucidatum* recenſentur. Ex *primâ*, *aquoſis* ſcilicet & *inſipidis*, dantur *Succi inſpiſſati* utiles; ſed *Aquæ deſtillatæ* nil valent,

valent, nisi per repetitas digestiones & cohobationes sapore & odore simplex suum referant. Ex secundi, *aquosis* nempe & *acidis*, conducunt *Succi*, qui etiam inspissati dant *Sal essentiale*, qui verus est *Tartarus*. Harum Aquæ sunt inertes. *Tertia Classis*, *amaræ* nempe & *inodoræ*, commodè *Decocta*, & *Nodulos alterativos, diureticos* &c. ingrediuntur. Ex harum succis paratur *Sal essentiale* per coagulationem & inspissationem, quod per Lixivium depuratum concrescit in *Sal inflammabile*. Quarta *Classis* seu plantæ *acres* dant *Aquas* de *Sale volatili acri* participantes, quæ alicujus erunt efficaciæ. Per fermentationem particulæ illarum *salinæ*, junctæ *oleosis*, volatilisantur in *Spiritum*; quia tamen *Salia* magis *volatilia* forsan in fermentatione (quæ odorem prægrandem spirat) avolarent, sunt, qui dictas Herbas primum destillando, destillatum dein à novis herbis abstrahendo, & relictas species fermentando egregium acquirunt Spiritum. *Classis* quinta, *odoratæ* nempe & *aromaticæ*, destillatæ dant Aquas cum Oleo supernatante & *Sale fixo* in *Capite mortuo*. Paratur ex his *Spiritus* per fermentationem, sed præstat *Oleum* elicere, sic enim virtus plantæ minus est alterata. *Salia.*

III. *Flores* sunt vel *Inodori*, quorum *Aqua* est iners, *succus* verò *inspissatus* non semper rejiciendus; vel *Odorati* superficie tenus, ex quibus parum vel nihil *Olei per destill.* acquiritur; vel *Odorati* & *Aromatici*, ejusdem cum plantis aromaticis virtutis. *Flores.*

IV. *Ligna* per destill. dant *Spir.* ex *acido* & *Sale vol. ardente* compositum; adjectis enim *Corallis* aliisque Corporibus, acidum detinetur, & prodit *Spiritus* instar *Spir. Vini Spiritui* succedit *Oleum*. *Fuligo* itaque *Ligna.* *Fuligo.*

itaque eſt Spiritus ex *acido vol.* & *Sale vol. urinoſ* compoſitus; datque eadem producta quæ *Ligna.*

Semina.

V. *Semina* quæ *ſapore & odore* excedunt, ut *Carminativa*, conſtant *Sale vol. oleoſo*; quod interdum per Veſicam deſtillando elicitur, Illa quæ ſapor maximè excedunt, ut *antiſcorbutica*, gaudent *Sal volatili acri*, cum *pauco acido*; fermentando *Spiritum* exhibent, alias nulla dant præparata. Semina temperata gaudent *mucilagine*, nunc *aquosâ*, ut in *Sem. 4. Frig.* nunc *oleoſa*, ut in *Sem. Lini.* Ex his exprimitur *Oleum*, & beneficio fermentationis elicitur *Spiritus ardens inflammabilis*, inſigniter inebriativus.

Panis.

VI. *Panis* præparatio legitima conſiſtit in *fermentatione*. Adjecto enim fermento acido vol. partes *ſalinæ* & *ſulphureæ* extricantur & volatiliſantur & dum in Clibano maſſa torretur, pars volatiliſatorum Salium avolat in Spiritum ſuaviſſimi odoris, qui colligi poteſt, & quibuſvis *Perlarum Aquis* in Virtute confortativâ præferendus. Pars verò altera Salium nondum perfectè volatiliſata, impedito fermentationis per exſiccationem motu, à reliquis particulis implicata detinetur, facilè tamen Vulcano in *Spiritum ſubacidum vol.* per Retortam ſeparanda.

CAPUT X.

De Animalibus perfectis & imperfectis.

§. I.

Animalia.

ANIMALIA *perfecta* in genere constant *Sale vol.* sed *Oleoso*; quod in suo vigore est *salsum* ex cido & *alkali vol.* constans, ita tamen ut prædomietur *Urinosum*. Apparet hoc in excrementis. Aninalia eorumque partes in *Igne* dant. 1. *Phlegma*, uod *spirituosum* esse indicant striæ. 2. *Sal vol.* coiosum, quod figurâ suâ non rarò refert concretum. alia hæc in *sylvestribus*, *Maribus*, & non *castratis* criora sunt, quàm in *domesticis*, *Fœminis*, & *caratis*. 3. *Oleum* vel *Sal vol.* ab acido pingui conentratum, quod cum proprio *Sale vol.* junctum bit in *Saponem*, ceu signum conjunctionis mutuæ cidi & alkali. 4. *Caput mortuum nigrum*, sine *sae fixo*, quia in corpore animalia omnia per fermenationem & continuam aëris inspirationem fuerant volatilisata. Si quid reperiatur, est tantùm *Sal* esculentum, quod non potuit superari à fermento Ventriculi; destillatum enim dat *Spiritum* Spiritui Salis simillimum.

Quibus constent principiis.

Insecta.

II. *Insecta* constat *Sale vol.* non *oleoso*, sed *nitroso*, maximè *diuretico* & penetranti, *Partes* animalium *molles*, *Secundina* puta, *Cerebrum*; imò & *Lumbrici terrestres*, sub *Ignis* examine in *Liquorem spirituosum* transeunt.

Phlegmata.

III. *Phlegmata* ex animali Regno plerunque cum proprio *Sale vol.* unita usurpantur, & dicuntur *Spiritus*

ritus Essentificati. *Salia volatilia* cùm sint de natu *Alkalium*, omne *acidum præternaturale* corrigunt & per sudorem etiam movent, Tumores duros re solvunt & artus illinendo roborant; si rectificen tur super *Caput mortuum*, odor insuavis emenda bitur. *Caput mortuum* corpus est vacuum & si tibundum, adeoque omne *acidum* & *humidum* avi dè absorbet.

FINIS Pyrotechniæ Rationalis.

M I-

MICHAELIS ETTMÜLLERI,
Philos. & Med. Doct. atque in Universitate
Lipsiensi Professoris quondam
Celeberrimi,

SCHROEDERUS
DILUCIDATUS,

SIVE

COMMENTARIUS


IN

JOHANNIS SCHROEDERI,

Med. Doct. & Reipublicæ Mœno-
Francof. Physici Ordinarii,

PHARMACOPOEAM
MEDICO - CHYMICAM,

Hinc inde
Auctus atque Illustratus.



SCHRÖDERUS DILUCIDATUS:

SEU

Commentarius in Jo. SCHRÖDERI Pharmacopœam Medico-Chymicam.

Auctus & Illustratus.

SECTIO I.

De PHYTOLOGIA, Seu Regno Vegetabili.

CLASSIS I.

De Alterantibus primariis, quæ sunt Plantæ earumq́ membra.

§. I.

Quibus absolvatur Materia Medica. ABsolvitur universa *Materia Medica* tribus communiter regnis, *Minerali* nempe, *Vegetabili* & *Animali*. Nos à *Vegetabili*, quod omnium facillimum, initium faciemus. *Vegetabilium* facultates plerumque à qualitatibus primis, caliditate, frigiditate,&c. ut & aliis occultis determinantur; sed minus rectè, hæ enim prorsus imaginariæ sunt. Rectius autem virtutes eorum determinantur à misturâ materiali

nateriali ſeu textura minutiſſimarum particularum, nter quas primatum obtinent *ſubtiliores* & *volatiiores*, *ſalinæ* & *oleoſæ*; his enim per deſtillationem xhauſtis, quod reliquum eſt, ἐνέργεια caret. Prout utem variat hæc textura materialis, ita & variant Vegetabilium *vires*; hinc ſæpius longè alia virtus ſt in foliis, quàm in radice unius ejuſdemque Plantæ. Conveniunt autem in genere *Radices* & *Ligna* ùm ſuis *Corticibus*, & virtutem ſuam debent Sali cido volatili, utpote quæ exhibent in vaſe clauſo *Spiritum acidum volatilem*, & *Oleum* penetrans. Quòd i verò igne aperto comburantur, *Spiritus* & *Oleum*, ſub forma flammæ evolantia, condenſantur in *Fuliginem*, Sale volatili oleoſo repletam. Dant etiam mediante *Spir. Vin. eſſentias reſinoſas*, quarum Caput mortuum deſtillando ſuggerit adhuc *Spiritum acidum*, ſed nullum *Oleum*; adeo ut talia *Olea deſtillata* nil aliud ſint, quàm *Reſinæ*, vi ignis in Oleoſum corpus colliquatæ. Omnia hujuſmodi producta copioſiora longè habentur ex *Corticibus*, utpote magis reſinoſis, quàm ex ipſis *Lignis*. Reliquæ partes Plantæ, ratione texturæ materialis commodè ad quintuplicem claſſem rediguntur. *Prima* eſt illarum, quæ ferè ſunt *inſipidæ*, atque ſucco phlegmatico abundant, quales ſunt *Lactuca*, *Portulaca*, *Atriplex*, *Blitum*, &c. Harum Eſſentiæ, ratione alcali temperati, *Saturnum Aceto ſolutum* præcipitant. *Secunda* Claſſis eſt earum, quæ habent *ſaporem acidulum abſque odore*, & Sal eſſentiale tartareum in ſucco concentratum, talis eſt *Acetoſa* &c. *Tertia* eſt earum, quæ habent *ſaporem amarum ſine odore*, adeoque in ſuo concreto conſtant Sale nitroſo tartareo, unde vis diuretica; tales ſunt *Cichorium*, *Taraxacum*, *Fumaria*, *Lupulus*, &c. *Quarta* eſt earum, quæ *ſaporem* habent *acrem*, & Sale volatili acri abundant, ut *Naſturtium*, *Coch-*

Vegetabilium vires unde.

Plantarum partes diſtinctæ in claſſes.

Cochlearia, *Cardamine*, *Piperitis*, *Trifolium fibrinu* &c. à quibus per fermentationem Spiritus egreg habentur. Quinta tandem illarum eſt, quæ habe *odorem fortem* & penetrantem, quarum vis in Sa volatili oleoſo latet, ut in *Aromaticis*.

Florum claſſes. II. Herbas ſequuntur *Flores*, ſub triplici claſ contenti, quarum *Prima* eſt eorum, qui ſunt *in dori*, in quibus latet ſeu Sal volatile blandum. *Se cunda* eſt eorum, qui *odorem* habent *ſuavem* ſed *ſu perficialem*, quorum vis in parte mercuriali volat li conſiſtit, & parum vel nihil Oleoſi ex illis elic tur. *Tertia* eſt eorum, qui habent *odorem fortem* *aromaticum*, quorum vis fundata eſt in Sale vola tili & Oleo. *Fructus, Semina.* *Floribus* ſuccedunt *Fructus*, ſuntqu vel *ſucculenti dulces*, vel *acido dulces*, vel *acidi*. Ul timo occurrunt *Semina* & ſubdividuntur 1. In ea quæ *mucilagine aqueâ* turgent, veluti ſunt *Semin. Cy don. Pſyllii.* 2. In ea, quæ continent *Oleum aquo ſum*, ut *Sem. Cucumer. Melon. Papav.* 3. In ea, quæ ſun *acria*, prout *Sem. Sinapi, Erucæ, Cochleariæ, Naſturti* Et 4. in ea, quæ habent *odorem ſuavem* & *ſaporem gratum*, quorum vis in Oleo volatili conſiſtit, ut ſunt *Sem. Aniſi, Fœnic. Carvi.* Accedimus nunc a ipſas *Plantas* ſecundùm Autoris noſtri Methodum

Abies. III. *Abies* Reſinâ balſamicâ turget, adeoque per-petuâ fronde viret, & in receſſu habet *Sal acidum volatile*; unde ex Conis recentibus, cum aquâ de-ſtillatis, prodit etiam *Oleum ſubtile* inſtar Olei Te-rebinthinæ. Ratione hujus *Olei balſamici* alterat acrimoniam Salis ſcorbutici, & per ſudorem auſpi-*Ejus vires.* catò illud eliminat; adeo ut in *Scorbuto*, præſertim cùm membra externa *Arthritide*, vel *Paralyſi*, vel *Contracturâ* afficit *Decoctum Summitatum Abietis* mul-tum decantetur. Præcipuè tamen in uſu ſunt *Coni juniores* & *Cortex*. *Coni* in fine Martii & ini-

tio

io Aprilis collecti, vel solitarii vel cum aliis *Abie-* *is* Lignis decocti, *Scorbutum* tollunt, *Lympham* corrigunt, *Genus nervosum* restituunt, & potenter udorem movent, bibendo mane & ante pastum ℥iii. vel iv. Inspissatur etiam *Decoctum strobilorum Abietis* ad consistentiam Mellis, cui affusus *Spiritus* proprius essentiam extrahit. Elicitur autem *Spiri-* *us* coquendo Strobilos in aquâ, donec omnis sa-por sit elicitus, deinde Cerevisiam recentem pro ermentatione addendo, & tandem destillando. Sic nabetur *Spiritus*, qui affusus novis Strobilis inde *Essentiam* extrahit. *Externè* usurpantur *Coni* & *Folia* n balneis antiscorbuticis, & pediluviis emmenago-gis. Est etiam in usu *Aqua Cymarum*, à Cymis contusis, vel illarum succo, cum *Vino* & *Aqua fer-mentatis*, hinc per M. B. destillatis, repetendo ope-rationem super recentibus Strobilis, donec acqui-ratur Aqua, in *Scorbuto, Podagrâ* & *Arthritide* multi usus. Egregius etiam est *Cortex* in hujusmodi decoctis; & *Viscus Abietis*, qui in pulvere à ʒß. ad ʒi. exhibetur. Rarum est, sed verum, quod *Nuclei Pini* masticati inebrient. *Pulvis* ex corrosione à Vermibus in Abiete natis Intertriginem sanat, par-ti inspersus. In minoribus *Strobilis* reperitur fari-na flava adspersa, quæ levi igne inflammatur, estque verum *Sulphur vegetabile*. *Spiritus.*

IV. *Abrotanum mas* saporis est subacris, & amari, penetrantem spirat odorem, *Camphoræ* ferè similem, gaudetque *Sale volatili* non vulgari, sed aliquantum oleoso, fragrante, amaro, ratione cujus prodest in Lumbricis necandis ac pellendis, Flatibus discu-tiendis, hystericis Passionibus compescendis, sed & in *Ictero*, & *Febribus chronicis*, multum præstat; *Morbis malignis* succurrit, *Mulierum Affectibus chro-nicis* medetur. *Decoctum* vel *Essentia Summitatum*, *Abrotanum*

egregium

egregium eſt carminativum. Paratur autem *Eſſe*-*tia* cum *Spiritu* per fermentationem elicito. *Co*[illegible] pulveriſata, cum Nitro mixta, validum eſt diur[illegible]ticum. *Oleum deſtillatum* externè illitum inſig[illegible] carminativum eſt. *Decoctum foliorum* pro lotio[illegible] Capitis contra *Capillorum defluvium* commendatu[illegible]

Abſinthium V. *Abſinthium ponticum* vulgari efficacius eſt [illegible] magis carminativum, Saporis amari, acris, ſuba[illegible]ſtringentis: ejus nimirum vis conſiſtit maxim[illegible] in *Sale volatili acri admodum oleoſo, valdè amaro,* [illegible] *graveolenti,* ratione cujus Bilem mirificè corrigi[illegible]

Vires. illamque non evacuat ſed auget; in *Cachexia* [illegible] *Hydrope* multum valet, Stomachum corroborat[illegible] Mucum & cruditates in primis viis Sale ſuo vola[illegible]tili potenter incidit & abſtergit, in *Affectibus ſcor*-*buticis, Febribus intermittentibus, Colicis torminibu[illegible]* & *Mulierum Paſſione hyſterica,* ab eſu dulcium ortâ mira præſtat. In genere vix Morbus eſt chroni-cus, cui non conveniat. Gaudet amaritie adſtrin-gente, magis tamen pingui & blandâ; Sal enim acre volatile oleoſitate blandeſcit adeo, ut vim ha-beat anodynam, & in *Vigiliis Senum,* à cruditatibu[illegible] ortis, multum conferat. *Lumbricos* enecat & elimi-nat, ſive internè uſurpatum, ſive externè, fact[illegible] inunctione cum ejus *Oleo.* Ratione *Salis ſalſi* & quodammodo *nitroſi*, ſuccum nutritium corpori[illegible] aſperum reddit & abſumit, unde emaciatis & i[illegible] *Re venereâ* impotentibus prohibetur ejus uſus[illegible] *Oculis* etiam officit. Inter *Abſinthii* præparata pri-

Spiritus. mò occurrit *Spiritus,* qui optimè per fermentatio-nem paratur. Quin & per putrefactionem mode-ratam, & deſtillationem, igne aperto per retortam terream amplam, acquiritur copioſus *Liquor*, qu[illegible] per alembicum Igne arenæ rectificatus evadit i[illegible] *Spiritum urinoſum aurei coloris*, *Sal vol. urinoſum*

in[illegible]

in recessu habens, in quo crasis & energeia hujus Plantæ consistit. *Febricitantibus* maximè commendatur *Vinum Absinthites*, ex fermentatione cum Musto paratum. *Essentia Absinthii* parata cum *Spiritu proprio*, Plantæ siccæ affuso, & super *Succo Absinthii inspissato* iterum rectificato, egregia est in *Affectibus Stomachi*. *Oleum Absinthii* ab aqua separatum, & aliquoties in cucurbitâ vitreâ rectificatum, in fundo relinquit substantiam spissam, quæ leniter per Cineres destillata dat *Sal volatile* in ipsius Absinthii formâ, quod aucto igne in *Liquorem* resolvitur. Paratur ex Absinthio *Sal fixum* duplex, nunc *alcalisatum*, nunc *salsum*, prout scilicet in calcinatione diversus ignis gradus adhibetur. *Salsum* autem destillando acidum suggerit Spiritum. Sunt qui dicunt, *Sal fixum Absinthii* cum p. ii. *Olei proprii* per mensem digestum, sublimare *Sal volatile*, quod in *Febribus intermittentibus* mirâ præstet.

Essentia.

Oleum.

Sal fixum.

VI. *Acacia vera*, est succus inspissatus ex planta Ægyptiaca, qui *sanguinis Profluvia* inhibet & *Podagram* avertit; verùm cùm apud nos sit cara & rara, ejus loco sumitur *Acacia Germanica*, cujus flores & fructus sunt in usu. *Flores* ob sal, quo pollent, acidulo-acre, & amaricans, vel blandè ebulliti, vel infusi recentes in Sero lactis pro *Scorbuticis*, vel Vino pro *Ictericis*, *Hydropicis*, &c. vel denique in Lacte ipso, blandè laxant & seri acredinem emendant. *Syrupus* & *Conserva* ex floribus etiam laxant: *Flores* autem *exsiccati*, ut & *Syrupus* vetus, vim purgandi amittunt. *Roob Acaciæ* adstringit validè, sed externè plerumque usurpatur. *Fructus Acaciæ*, præsertim *immaturi*, eleganter adstringunt: *Maturi* autem recenti Vino vel Cerevisiæ infusi Potum dant egregium in *Dysenteriis* & *Hæmorrhagiis Uteri*.

Acacia vera.

Germanica.

Fructus exsiccati, ac *pulverisati*, Vino infusi, sun egregium diureticum. *Succus Prunorum sylvestrium immaturorum* in M.B. dephlegmatus, *Acetum* suggerit admodum *forte*.

Acetosa. VII. *Acetosa* saporis terrei, adstringentis, sub acidi, sale blando nitroso pollens, nomen obtinet à *blanda* sua & *volatili* (*non fixâ*) aciditate; sed participat interea de *Alcali*, unde succus recens, qui Vino rubro est simillimus, *solutionem Saturni* in *Aceto* præcipitat. Hæc Planta est Stomacho amica, acido suo compescit Bilis acrimoniam, nimiamque fluiditatem, indeque facilem ebullitionem febrilem. Unde ejus *Decocta* loco *Juleporum* in *Febribus* propinantur. Plantis Scorbuticis acrioribus juncta illarum acrimoniam temperat, & effervescentiam Salis volatilis oleosi in Phlogosibus corporis nostri vagis coërcet. Quod dictum est de Plantâ, valet de Semine. Inter præparata est *Conserva Acetosæ* in prædictis casibus egregia. Paratur etiam cum *Succo Acetosæ Extractum Martis* egregium: *Vegetabilium* enim *succi* aptiores sunt pro parandis ex *Marte* remediis, quàm Spiritus minerales nimis acidi.

Acetosella. VIII. *Acetosellæ* folia terna cordis figuram habent, unde inter *Plantas cardiacas* refertur. Sed omnis signatura est fallax: hæc enim ab *Acetosâ* non differt, nisi quod magis sit anti-scorbutica.

Calamus arom. IX. *Acorus verus, Calamus aromaticus Officinarum* dictus, est planta arundinacea, cujus fòlia Sale volatili aromatico egregiè turgent; habetur pro optimo anti-scorbutico. *Radix* est insigniter aromatica oblonga, in superficie geniculata, foris ex flavo rubescens, intus alba fungosa, odoris fragrantis, & saporis acris, amaricantis, diaphoretici, gaudens suavi Oleo & Sale volatili acri, ac proinde in *Appetitu*

petitu *dejecto*, & *Chylificatione vitiatâ*, in *Affectibus* quoque *uterinis*, *Dolore colico*, *Passione hystericâ*, in *Morbis* denique *chronicis* etiam convenire dicitur. Quo autem est acrior eo melior; quia exsiccata acrimoniam perdit, & Salis sui volatilis jacturam facit. *Radix condita* tanquam stomachica commendatur. *Oleum destillatum* carminativum & anodynum putatur. *Electuarium de Acoro* Stomacho convenit.

X. *Acori adulterini* s. *Iridis palustris luteæ* radix tantùm est in usu, vi adstrictoriâ & stypticâ commendata, unde succus ex eâ expressus in *Diarrhœis*, *Dysenteriis* & *Hæmorrhagiis* laudatur. *Langius* ex hoc nectar suum adstringens præparavit, ipsi in *Vomitu cruento* familiare. A quibusdam tanquam certum *Amuletum* contra *Dysenteriam*, *Catarrhos*, aliosque Morbos statuitur. *Acorus adulterinus.*

XI. *Adianthum*, saporis existens terrei, subadstringentis, & pollens sale blandè alcalino, occulto volatili, miti, penetrante, acidum destruente, splenetico, deobstruente, sanguinem salso-acrem edulcorante, purificante. Hinc ingreditur vulgo *Decocta aperientia* in *Affectibus Pectoris*, *Renum* & aliis *Morbis chronicis*. *Adianthum aureum* rari usus est, nisi quod in *Morbis ab incantatione* ortis laudetur, & externè, uti omnes Herbæ capillares, in *Calvitie* prosit. Notari meretur, quòd *Capillus Veneris* equidem ad aspectum sit planta arida, sed tamen illius ℔. i. expressa ferè tantundem succi fundat. *Adianthum*

XII. *Agallochum* lignum est resinosum, aridum, ex fusco rufescens, striis interdum albicantibus notatum, bituminosum, Ligno Aloës laxius, & crassius, saporis amaricantis, pinguis, odoris debilioris; ex Arbore *Calambac* affine, cujus succus recens quidem venenosus est, aridus verò suavem efflat odorem, & *Resinam* dat *balsamicam* maximè, cordialem, quæ *Agallochum*

 in

in *Stomachi Affectibus* à cruditate ortis multum pro-
deſt; *Memoriam* Senum juvat & internè uſurpat-
& externè admota naribus. Fumus ac odor *Lig*-
incenſi naribus attractus *Paſſionem hyſtericam* ave-
tit. Fit cum *Spiritu vini Extractum* & *Eſſentia Agall*-
chi pro *Epilepſia*.

Agnus caſtus. XIII. *Agnus caſtus* ſemen ſubminiſtrat, quod i-
Pulvere vel *Emulſionibus*, ſpecificâ ſuâ virtute, i-
ſubſtantiâ oleoſâ fundatâ, geniture acrimoniam
indeque ortam *Libidinem*, *Gonorrhœam*, & *Fluores*
album extinguit. Paratur inde *Eſſentia Caſtitatis* D.
Michaëlis.

Agrimonia. XIV. *Agrimonia* ſ. *Eupatorium Veterum*, ſapori-
eſt ſubacris, ſubadſtringentis: odoris mediocrite-
gravis; blando pollens ſale fixo & volatili balſa-
mico, alcalino, incidente, ac deobſtruente, und-
nobile exiſtit diureticum, ſplenicum, ſanguinem
purificans, hepaticum & vulnerarium, ſpeciatim
in *Vulneribus* & *Ulceribus Renum*, & inde dependent-
Mictu cruento; imò ad quaſcunque *Viſcerum exulce*-
rationes, inprimis *Hepatis*, extenditur. Uſurpatu-
in Vino decocta, vel ſola, vel cum *Comis Hyperici*
vel denique ſub forma *Eſſentiæ*. Externè *Succu*-
recens Ulceribus commodè adhibetur. Ingreditu-
hæc planta *Balnea* pro *Mictu cruento*; quin & con-
tuſa in Vino cocta *Cataplaſma* exhibet pro *Inflam*-
matione Scroti & *Teſtium* egregium.

Alcea. XV. *Alcea vulgaris* eſt Planta emolliens *Althea*
cognata; *Syriaca* & *Veſicaria*, raritatis gratia in horti-
coluntur.

Alchymilla XVI. *Alchymilla* ſaporis eſt viſcoſi, ſubadſtringen-
tis, terrei, alcalini, inter Vulneraria eminet. Omnia
autem vulneraria conſtant Sale alcali volatili, tem-
perato ab acido, blandè diuretico; hinc illorum
Succi ſolutiones ab acido factas præcipitant, & ra-
tione

tione ſaporis ſubadſtringentis Lac facilè coagulant. Cùm *Vulneraria* non ſint uſque adeo volatilia, melius in *Decoctis*, quam *Eſſentiis* exhibentur. Convenit autem *Alchymilla* in *Ulceribus*, tam externè, *Decoctum* ejus injiciendo, vel *Succum* cum *Unguentis* miſcendo: quam internè in *Potionibus vulnerariis*, quæ *Dyſenterias*, *Rupturas*, *&c.* tollunt, & acidum in Stomacho imbibunt, illudque per urinam eliminant: temperato enim hoc acido Stomachi, impeditur fluxus acidus in *Vulnera*. Itali vaporem *Decocti* Mammis & Genitalibus, pro *Virginum Sophiſticatione* ſubmittunt; ſed magis adſtringeret, ſi immediatè applicaretur.

XVII. *Baccæ Alkekengi* ſunt Fructus Solani veſicarii dulcacidus, ſaporis aciduli, viſcoſi, odoris nullius, leviſſimo digitorum contactu amareſcens, & quodammodo anodynus; cujus Semina compreſſa, orbicularia, rugoſa, ſaporis ſubacris, ſubamari, odoriſque nullius evidentis. Cœterùm gaudent Sale eſſentiali verè nitroſo, indeque Vi inſigniuntur diureticâ & nephriticâ; unde in omnibus *Affectibus nephriticis*, & in *Ictero* maximè conveniunt; ſed ſpeciatim conducunt in Sanguine coagulato, quem per urinam vel ſudorem eliminant. Exhibetur Succus expreſſus vel ſolus vel cum vino: vel paratur inde *Eſſentia* cum *Spiritu proprio* per fermentationem elicito, quæ addito *Opio* fit anodyna, & ipſis *Trochiſcis de Alkekengi* efficacior in *Ulceribus Renum*, *Ardore & Suppreſſione Urinæ*, *&c.* Conducit etiam *Infuſum Baccarum*, tam ſucculentarum quàm ſiccarum, in *Vino*; uti & *Decoctum* cum *Radice Liquiritiæ* factum. *Alkekengi.*

XVIII. *Alliaria* congener eſt *Allio*, & iiſdem viribus gaudet. *Allium* verò gaudet Sale volatili acri inſigniter penetrante, & minus ſulphureo, cujus *Alliaria.*

intuitu inter exſiccantia & calida refertur. Hi *capita* aliquot *Allii* veſperi cum Vino aſſumta, cr ditates Stomachi corrigunt & appetitum concilian *Allium* Flatibus ab acido ortis, uti & *Colicis affect bus Hyſtericiſque*, ratione acrimoniæ ſuæ ſalina optime medetur, adeoque vel externè Umbilic applicatum, vel internè cum *Vino* ſeu *Oleo Olivaru calido* ſumtum, *Vermibus* quibuſcunque, inprim *Pericardii*, reſiſtit. *Urinam* egregiè ciet, idque ta internè in *Aqua vitæ Juniperinâ* captum, quàm ex ternè inſtar *Cataplaſmatis Pubi* admotum; und *Hydropicis* commendatur, eſtque egregium præſe vativum & curativum *Calculi*. Coagulum enir *Calculi* dependet ab acido in Stomacho orto, quo *Allium* diſcutit. *Capita* ejus cum *Aceto* ſumta, p ſudorem à *Peſte* & *Febribus malignis*, cum *Vino*, *benignis* liberant. Contra *Morſus Viperarum* intern & externè commendatur. Deſtillatur etiam e *Allio Aqua contra Venena*, quæ cum novis Capiti bus blando Solis calore per 3. vel 4. hebdomada digeritur. Applicatur denique *Allium* cum ſtercor humano locis dolorificis ab incantatione tume factis.

Alſine. XIX. *Alſine* pollet ſale nitroſo, blando volatili acriuſculi terrei ſaporis, odoris nullius. Contuſa & applicata Mammis, lactis proventum coërcet. De coctum ejus pro lotione manuum Scabiem pellit Ipſa Planta in Aceto macerata cicatrici ſanati *Vul neris* impoſita, eandem aperit & cruentam facit teſte *Schmuckio.*

Althæa. XX. *Althæa Malvam* virtute bis ſuperat, unde *Bismalva* vocatur: ſaporis nonnihil viſcidi, odo ris nullius, propter ſal alcalinum, viſcoſis parti culis involutum, emolliens, paregorica, becchica nephritica, ſuppurans ſeu maturans, & lubricans.

Conſiſtit

Consistit ejus vis in Mucilagine aqueâ temperatissimâ, ratione cujus acrimoniam humorum mitigat, in *Dysuria*, *Stranguria*, *Ardore Urinæ*, *Asperitate faucium*, *Raucedine*, *Tussi siccâ*, *&c.* Extrahitur *Mucilago* affusâ Aquâ, levi maceratione vel ebullitione. Ad laxandas *Calculi* vias minimè convenit, operatur enim, sicut omnia emollientia, acidum temperando, & in salsum tertium convertendo, unde *Calculus*. Porrò *Clysmata* & *Cataplasmata anodyna* semper ingreditur. Externè ejus *Unguentum* cum *Camphorâ* dolorem lenit, & in *Suppressione Urinæ* cum *Oleo Scorpionum* illitum præsentissimum est remedium.

XXI. *Alysson Galeni*, *Thlaspi Alysson dictum*, sale pollens volatili, acri penetrante, *Essentiam* dat in *Hydrophobiâ* decantatam. Est planta Hispanica. *Alysson.*

XXII. *Amara dulcis* s. *Solanum scandens*, radicem habet saporis acris, ingrati, odoris nullius; gaudet sale blandè volatili, penetrante, diaphoretico & diuretico, antihydropico; præterea cum usu *Solani* externo in *Cancris* sanandis convenit. *Amara dulcis.*

XXIII. *Ammi* semen est carminativum, parvum, Petroselini semine minus, ex cinereo spadiceum, saporis aromatici acris, amari, odoris fragrantis, cujus ℨi. alternis diebus cum *Vino* propinata Fæminarum fœcunditatem promovet. Quo die hausit Fæmina, cum Viro non concumbat. Huic semini substituitur *Cuminum*, cui simillimum. *Ammi.*

XXIV. *Amygdalæ dulces* constant *Oleo temperatissimo*, quasi *aquoso*, quod nutritivum est, *Emaciatis* conducens, & *acrimoniam Urinæ*, omniumque humorum optimè mitigans. In *Pleuriticis Oleum Lini* quandoque ipsi substituitur. *Remanentia Olei expressi* redigitur in *Panem* insigniter admodum nutrientem. *Emulsiones anodynæ* & *nutrientes* ex *Amygdalis* quoque parantur. *Amygdalæ dulces.*

Amaræ. XXV. *Amygdalæ amaræ* vim habent nitrosam diureticam. *Oleum* reddunt carminativum, & laxativum, quandoque *Tussim* levat & *Sputum* promovet.

Anacardium. XXVI. *Anacardium*, sunt Arboris Malabaricæ *Oepata* dictæ, Fructus compressus, cordis Aviculorum figurâ, nigricans; sub duplici involucro, exteriore tenui, rufescente, includens Nucleum solidum albicantem, saporis subdulcis; & intra duplex illud involucrum, quasi in poris, Favis Apum simillimis, Liquorem melleum, glutinosum, rufum saporis acris, & exurentis; unde ratione acrimoniæ volatilis, *Febres* excitantis, in desuetudinem abiit.

Anagallis flore phœnic. XXVII. *Anagallis phœniceo flore* in formâ *Decocti* vel *Essentiæ*, additis *Hyperici floribus*, in *Maniâ* & *Deliriis* Spiritus ferocientes egregiè sistit. Externè dolorem *Ulcerum* lenit, eademque abstergit.

Beccabunga. XXVIII. *Anagallis aquatica* s. *Beccabunga*, habet alcali blandum urinosum, quod acidum scorbuticum temperat. Quædam enim *Antiscorbutica* sunt acria volatilia, ut Phlogoses aliquas excitent; quædam autem magis temperata sunt, quæ illis commixta acrimoniam mitigant; talis est *Anagallis*. Usurpatur internè *Decoctum* vel *Succus expressus*, cum *Sero Lactis caprini*, & externè contra Scorbuticorum *Tumores*, *Ulcera*, *Maculas*, & *Hæmorrhagias genitalium* post Partum.

Anethum. XXIX. *Anethum* in recessu habet *Sal volatile oleosum temperatum*; unde ejus *folia* & *flores* acidum flatulentum, tam comesta, quàm *Clysteribus* incocta, destruunt. Quin & *Urinam* atque *Menses* promovent; fiunt etiam exinde *Cataplasmata* & *Pediluvia anodyna*. *Semen* Lac auget. *Oleum* temporibus illitum *Cephalalgiam* & *Vigilias* abigit, modò recens sit, vetus autem Somnum non inducit.

XXX

XXX. *Angelica sylvestris* est optima, sed *aquatica* nil valet. Habet in recessu, tanquam craseos fundamentum, *Sal volatile oleosum temperatum*, quod ex sapore & odore gravi, aromatico, acri dignoscitur, & aromaticum insignitur; ratione cujus *carminativa* est, *anthelminthica*, *alexipharmaca*, *sudorifera* & simul *diuretica*; *Affectus hystericos*, & *Dolores post partum* reprimit; *Partum* promovet, *Flatibus* & *Doloribus colicis* resistit; *Menstrua suppressa* restituit, & *nimia* sistit. *Radices* aceto infusæ cum *Camphorâ* egregium sunt *Pestis* præservativum. In *Oleo destillato* tota ejus crasis latet; quod additur *Clysteribus anticolicis*, & *Scrobiculo cordis* pro *Inflatione Stomachi* inungitur. Ex *Extracto Angelicæ* fiunt *Pilulæ sudoriferæ*. *Angelica sylvestris.*

XXXI. *Anisum* aromaticum est. *Semen* ejus saporis subdulcis, acris, aromatici, ob Sal volatile oleosum fragrans, subtile, atque balsamicum, inter carminativa, diuretica, pneumonica, & becchica recensetur, simulque mala ex deficiente Stomachi digestione oriunda corrigit. Unde commendatur in *Insomniis turbulentis* & *Incubo*, quæ Ventriculo & Intestinorum vitiis sæpè ortum debent. *Oleum destillatum* Pectoris *Affectibus* specialissimè convenit, præsertim si cum *Floribus Antimonii fixis* digeratur. *Semen* præterea *Lac* auget & corrigit, acidum coagulans in Matrum Mammis & Infantum Stomachis corrigendo; unde Infantibus ℈j. ad ʒi. *Seminis* cum pulte comodè propinatur. *Oculis cancrorum* admistum Infantum *Tormina* & *Flatus* egregiè compescit. Omnibus ejus præparatis præferenda sunt *Oleum destill.* & *Spiritus*. Externè *Oleum* in *Contusionibus* partium nervosarum, & Infantum *Casibus*, modò maturè illinatur, multum conducit. Estque odoriferum penetrantissimum. Fit etiam ex hoc *Oleo*, cum *Anisum.*

Corpore pro Balſamo, *Balſamus* umbilico illinenc contra Tormina ventris.

Anſerina. XXXII. *Anſerina* tam recens, quàm ſiccata cı ditur de *Sale alcali nitroſo* blandè volatili ac paru ſulphureo, ſaporis ſubamari, participare, unde *U nam* pellere, calculo & ſabulo Renum mederi, Vu neribus quoque ſanandis apta eſſe dicitur. *Succ* ejus atque *Decoctum* egregium ſunt nephriticu & crebrius hauſta *Icterum* pellunt. In *Paroxyſm febrili* herba *Anſerinæ* cum *Sale* & *Aceto* ſubacta Plat tis pedum applicatur; ſed internè non adeo tut adhibetur, quia Paroxyſmus exinde prolongatur.

Anthora. XXXIII. *Anthora* antidotum eſt *Thoræ*, quæ ve nenoſa eſt; unde & reliquis *Venenis* depellendis con venit, ſub formâ *Pulveris*, aut *Decocti*.

Antirrhinum. XXXIV. *Antirrhinum* ad *Incantationem* commen datur, ſive pro Amuleto appenſum, ſive Decoct formâ ſæpius propinatum.

Apium. XXXV. *Apium* ſaporis ſubdulcis, acriuſculi propter ſal blandum, ſubtile, muriaticum, eſt ape riens, incidens, reſolvens, deobſtruens ac diureti cum, unde ejus *Radix* in *Morbis chronicis* commen datiſſima eſt. *Apium Macedonium* ſ. *ſelinum, hortenſe*, recens ob ſuccum ſalino-volatilibus, blandis alcalinis particulis ſcatentem, eſt antiſcorbuticum, diureticum, pectorale, ſtomachicum, diaphoreticum, adeoque Cacochymiam ſalino-acido-acrem ſ. ſcorbuticam diuturno uſu corrigens. *Decoctum Apii paluſtris* cum *Coriand.* in *Aceto* & *Aquâ Menthæ* Mammis commodè applicatur in *Lactis redundantia*; *Semen* quoque, *Menſes* & *Urinam* ciet.

Aquilegia. XXXVI. *Aquilegiæ ſemen* lucidum, nigrum, ſaporis viſcoſi, inſipidi, odoris nullius, reſpectu ſalis temperati, alcalini, leviter oleoſi, & blandè acriuſculi, incidens audit, aperiens, nervis amicum, ante-

pilepti-

ilepticum, quod proin inter diaphoretica expulsiva primatum obtinet; unde mediante diaphoresi n *Variolis* & *Morbillis* conducit. Cum *Semine Nasturtii* & *Aquâ* communi vel *Endiviæ* parantur exinde *mulsiones*, quæ in principio effervescentiam febriem compescunt; aliàs *Icterum*, *Maculas scorbuticas*, *Achores* Infantum egregiè discutiunt. *Syrupus* etiam *Tinctura* ex *floribus Aquilegiæ* infusis valet contra *ebres petechiales*. Paratur ex Floribus *Unguentum*, quo utimur cum *Spiritu Nitri dulci* in *Scorbuto Oris*.

XXXVII. *Aristolochiæ* longæ & rotundæ veræ recentis Succus est mucilaginosus, salino-alcalinus, criusculus; sal fovet blandum acre, sulphureo-amaricans, saporis acriusculi subdulcis, odoris terrei, ncidens, deobstruens, extergens, uterinum, traumaicum; inprimis autem sapor acris aroma occultum nnuit; *Menses*, *Partum*, *Secundinas* & *Lochia* promovet; nec non in *Epilepsiâ per consensum* Uteri convenit. Est etiam Vulneraria, tum internè *Ulcera pulmonum* & *Mucum pectoris* detergendo, tum externè in *Linimentis*. *Aristolochia.*

XXXVIII. *Armoraciæ* s. *Raphani rusticani*, sapore acerrimo gaudentis, vis consistit in Sale vol. admodum acri; ratione cujus *Radix* ejus Vino infusa *Mucum Pectoris*, *Stomachi* & *Intestinorum* abstergit, *Appetitum* feliciter conciliat, & *Urinam* potenter movet. Infusa autem in Lacte contra *Scorbutum* & *Paralysin scorbuticam* valet. *Succus expressus* ad ℥ii. *Calculum* optimè pellit. *Infusum Radicis* in *Spiritu Formicarum Ariduras* partium externè corrigit. Hodie ejus loco *Raphanus marinus* usurpatur, qui easdem possidet vires. Radix *Armoraciæ* in Vino infusa, & cum Foliis *Nasturtii* contusa ac subacta, hincque colatura hausta, per vomitum & secessus purgabit. *Armoracia.*

XXXIX.

Artemisia. XXXIX. *Artemisia* participat de Sale vol. blan-dè oleoso, acriusculo, terrestribus involuto, & Sul-phure fixo; rubra tamen albæ præferenda, quia con-stat Sulphure paulo fixiori; hinc Folia ejus sunt sa-poris subamari, odoris fragrantis, non gravis, unde Planta est uterina, emmenagoga, Fœtum & Secundinam pellens, Vulnera & Ulcera sanans. *Decoctum* herbæ & radicis *Dolores post partum* lenit, *Menses* & *Lochia* pellit, & in omnibus Affectibus ute-rinis convenit. Ad radicem *Artemisiæ* reperiuntur *Carbones*, qui in *Epilepsia* reverà juvant; suntque nihil aliud, quàm Radices annosæ demortuæ.

Arum. XL. *Arum* habet Sal volatile acerrimum & pe-netrantissimum, muriaticum, valdè incidens, ape-riens, stomachicum, resolvens, & pectorale, nullius odoris, unde in *Asthmate* pituitam viscidam in Bronchiis incidit, Stomachum roborat, acidum ejus plicis adhærens incidendo; *Febres quartanas* & *Scorbutum* tollit. Si infundantur Radices vel Folia in Aceto, figitur ejus acrimonia, & tertium evadit Sal diureticum, in *Casu ab alto* commendatum. Radix etiam sicca recenti multo debilior est. *Fæcula* nil valet.

Asarum. XLI. *Asarum* saporis est acris, linguam penetran-tis, parum nauseabundi odoris nullius; unde ra-tione sui Salis acris, nonnihil acidi, vitriolico-corrosivi incidendi, & vomitum ciendi vim habet: dosis radicis pulverisatæ est à gr. 15. ad grana 30.

Asparagus. XLII. *Asparagus* diureticum sulphureo-nitrosum est. Urinam fœtidam reddit, unde putrescendo resoluta ejus Salia in Calculum abeunt; adeoque Calculum non pellit sed generat. *Radix* est tenuis, prælonga, recens carnosa, siccata autem mollis, fungosa, alba, multiplex ex uno capite dependens; saporis moderatè acris, tenuis, subdulcis, odoris nullius.

ullius. Blandam ſuam vim diureticam & aperiti-am fovet in mucagine; vis eſt in cortice, ut & in uibuſdam Plantæ germinibus; medetur hinc Icte-o, ſtimulat venerem; præcipuè inter illas *Aperientes* fertur, quæ Sale ſuo vol. bilem acuunt, pituitam austerum ſuccum Stomachi corrigunt, adeoque *Morbis chronicis* commendantur.

XLIII. *Atriplices* Sale blando nitroſo turgent, nde refrigerant, & fæces induratas emolliunt. Ex-rnè Clyſmata & Cataplaſmata emollientia & ano-yna ingrediuntur. *Atriplex.*

XLIV. *Avena* ob ſal volatile occultum, nitro-um, leviter oleoſum, inter abſtergentia, ac diſcu-ientia blanda relatum, uſurpatur in Juſculis pro nu-ritione, & temperandis ſuccis acribus, in *Aſperitate aucium*, &c. *Sacculus avenaceus* contra *Tormina* Ab-ominis uſurpatur; ſed levamen dolorum, quod xinde percipitur, ferè dependet à ſolo calore. *Avena.*

XLV. *Aurantia Mala acida* ejuſdem cum *Citro* uſus & virtutis ſunt; *dulcia* in *Scorbuto* & *Melan-cholia* uſurpantur. *Cortices* habent Sal volatile acre, acilè inflammabile, cujus intuitu *Colicos flatus*, *Paſ-ſionem hyſtericam* & *Stranguriam* emendant, miti-gant, aut tollunt, vel in forma *Pulveris*, vel *Olei*, quod egregium eſt ſudoriferum & ſimul carminans, quodque *Dyſuriam*, acidum primarum viarum cor-rigendo, tollit; & Umbilico illitum *Stranguriæ* me-detur. *Flores* gaudent Sale mercuriali ſulphureo blando, hinc per ſe deſtillari nequeunt in *Oleum*, ſed cum *Baccis Been* id fieri debet; cum Vino de-ſtillati reddunt *Aquam* in *Paſſione hyſterica* egregiam. Fit & *Eſſentia* aurea ex Floribus, Moſchum odore referens, & egregiè confortativa. *Mala Aurantia.*

XLVI. *Auricula muris* ſ. *Piloſella*, reſpectu ſalis ſui alcalini fixi, blandè oleoſi ſeu ſulphurei deobſtru-ens *Auricula muris.*

ens eſt, leniter adſtringens, nonnihil acris, Vu-neraria, tam internè, quàm externè. Prodeſt qu-que in *Calculo*, & Infantibus exhibetur pro *Her*-atque *Hecticâ*.

B

Been Nux. I. BALANI MYREPSICÆ ſive *Been Nux* ſapo-eſt acris, amari, pinguis, nauſeoſi; odo-nullius; purgat ſurſum ac deorſum. Fructus eſt tr-angularis, albidus, ſub cortice duro includens N-cleum ſubalbum.

Bardana major, II. *Bardanæ* ſ. *Lappæ majoris* radix, ſaporis terre-viſcidiuſculi, odoris nullius, ob ſuccum ſalin-viſcoſum muriaticum, blando acrem, ſudorifi-eſt, Urinam & Expectorationem promovens, ape-riens, acredinem, & auſteritatem humorum co-rigens; in *Pulvere* vel *Decocto* congrumatum ſangu-nem reſolvit; & egregium eſt diureticum, præſerti-in *Arthritide.* In *Lue venerea* convenit, ſudorem ex-pectando. *Semen* eſt diureticum, & commendatu-*Phthiſicis.* *Oleum* ex Radice ſiccâ *Calculum* promove-Externè *Folia* ſucculenta contuſa, & ſingulis 12. ho-ris mutata, *hydropicos Tumores* & *arthriticos Dolore*-certò levant.

minor. III. *Bardanæ* ſ. *Lappæ minoris Radix* decocta *Capil*-*los* promovent, & colore flavo tingit.

Baſilicum. IV. *Baſilicum* ſaporis acris, penetrantis, reſpectu ſa-lis volatilis, aciduli, oleoſi, aromatici, graveolentis-Aroma eſt efficax, ſtomachium, uterinum, & ce-phalicum mirum, odore tenus in Senibus. *Semen* Sternutatorium eſt optimum.

Bellis. V. *Bellidis* tenella *Folia*, propter ſal blandum al-calino viſcorum, becchica ſunt, ſanguinis depura-toria, in Infuſis, Decoctis, Juſculis, Syrupo, Con-ſervâ, & Eſſentiâ; hinc magni uſus in Vulnerariis. *Flores* ſunt diuretici in *Hydrope*: in *Pleuritide* à fri-

gore

ire post calorem hausto, sanguinem congrumatum
issolvunt. *Succus* foliorum tenellorum recens
sthmaticis subvenit: *Tinctura* cum *Phlegmate Vi-*
trioli parata ad gutt. 50. in *Febribus ardentibus* egre-
ia est. *Conserva Bellidis albæ* in *Fluore albo* maxi-
mè prodest.

VI. *Berberis* fructus acido-acris, refrigerans po- *Berberis.*
tenter, æstumque humorum validè restinguens, gau-
det acido blando nonnihil adstrictorio; unde in
Febribus tam *benignis* quàm *malignis*, *Diarrhœis*, &
inprimis *Dysenteriis* cum *Febribus* junctis, egregiè
convenit.

VII. *Beta* gaudet Sale nitroso, unde Alvum *Beta.*
laxat, Intestina blandè adstringit. *Succus recens*
errhinum est.

VIII. *Betonica* saporis subacris, amari, odoris debi- *Betonica.*
lis, Sale gaudet alcalino, blandè volatili, amari-
cante, terrestribus particulis involuto; unde cepha-
lica, uterina, diuretica, pectoralis, & vulneraria
est, cujus Folia loco foliorum Thee frequenter
usurpantur. *Succus* ejus *recens*, ad consistentiam
Mellis coctus, egregiè convenit in *Vulneribus* &
Contusionibus, specialissimè ipsius *Capitis*. Recens *Beto-*
nica narcotica est, unde dolorosis *Vulneribus* mul-
tum prodest; imò quandoque Hortulanos evellen-
tes inebriat. Diuretica insuper est, ut omnia
vulneraria. Inprimis autem in omnibus *Capitis*
Affectibus commendatur. Ejus *Decoctum* post *Par-*
tum difficilem, quod læsum est in Utero, restituit &
Lochia promovet.

IX. *Betulæ Cortex* tenellus inter duas patinas super *Betula.*
carbonibus coërcitus *Liquorem oleosum* exsudat, in *gra-*
vi Auditu & *Tinnitu aurium* laudatum, cum bombace
guttatim iis immissum. Per Incisionem Arboris
verno tempore acquiritur *Succus* seu *Aqua*, quæ in
Scor-

Scorbuto, Nephritide, Calculo, Podagra, Ictero, & or-nibus *Affectibus chronicis tartareis*, singulare est R-medium tam *præservativum* quàm *curativum*, qu-tidie mane ad libram unam pota, quamdiu bo-& efficax, subdulcis, ad 15. plus minus dies hab-ri potest. In *Arthritide scorbuticâ* paratur ex eode-*Balneum*, injecto insimul Formicarum acervo. *Scabie* & *Melancholia* Massam sanguineam purific-*Phthisi* etiam subvenit; hinc certè multum hab-in recessu. Servetur autem in vasis & lagenis pr-bè clausis ac sulphuratis in cellâ; aut fermentet-leniter cum Aqua appropriata aromatica, & tu-diutius servari potest.

Bistorta. X. *Bistortæ* Radix oblonga, pollicem crassa, no-dosa, foris spadiceo-nigricans, intus pallidè flave-cens, saporis adstringentis terrei odoris nullius; hi-ob sal austeriusculum, amaricans, terrestribus mu-tis involutum, indeque provenientem vim a-stringentem laudatur externè in Dentium vacillatio-ne, Gargarismatibus; internè verò in Abortu, Dia-rhœâ, Vomitu, ac speciatim in *Hæmorrhagiis uter-nis. Decoctum Radicis* meritò Aquæ præfertur, estqu-alexipharmacum, sudorem movens & congrum-ta dissolvens.

Boletus Cervi. XI. *Boletus Cervi* est substantia fungosa sub ter-râ nascens, tuberosa, rotunda, inæqualis, magnitu-dine Nucistæ; saporis & odoris, dum recens, gra-vis & mumialis, dum sicca, nullius. Recens scate-blando sale volatili, quod sperma spirat masculi-num.

Borrago. XII. *Borrago & Buglossa* ejusdem sunt naturæ-unde conjunctim tractanda. Pollent blando sale vo-latili, alcalino, oleoso, minus fragranti, vel acri-adeoque Temperatissimæ sunt Plantæ, & inter Cor-dialia referuntur. *Aqua Buglossi* ophthalmica est-

Arbi-

Arbitror inde per deliquium parari posse liquorem aliis non inferiorem. Acidum hypochondriacum nonnihil temperant istæ Herbæ sed non curant. Pro quo scopo usurpatur *Syrupus* cum *Croco*; *Conserva* ex *Floribus*, & *Aqua Cinnam. borraginata* iisdem Malis succurrunt.

XIII. *Botrys* Saporis est subacris, aromatici, nonnihil resinosi, odoris fragrantis, grati, proin Sale blando volatili, & hinc virtute incidente, discutiente, & carminativâ instructa, unde in Flatulentiâ hypochondriacâ, præcipuè Infantum expertissimum creditur esse remedium; laudatur quoque in Asthmate, Tussi, aliisque Pulmonum vitiis. Vino incocta & sæpius pota optimum est remedium in *Orthopnœa*. Habetur & *Aqua Botryos destillata*, quæ in *Inflammatione hypochondriorum* Infantum usurpatur. *Botrys.*

XIV. *Branca Ursina* ob succum mucilaginosum, aquoso nitrosum, blandum, emollit; unde *Clysmata* & *Cataplasmata emollientia* ingreditur. *Branca ursina.*

XV. *Brassica* gaudet Sale vol. temperato, & nitrosâ substantiâ, quæ urinam movet, & alvum laxat. Laudatur *Syrupus* in Raucedine post nimiam loquelam. Unde & *Decoctum* cum *Passulis* Concionatoribus est in usu. Externè *Folia Vesicas* à Vesicatoriis elevatas, & *Fontanellas* apertas servant; mundificant etiam & consolidant *Ulcera*. Nec non in *Pleuritide Abscessum* tam resolvunt quàm suppurant. *Brassica.*

XVI. *Bryoniæ* radices longæ, crassæ, albæ carnosæ, saporis, si recentes, acris, mordacis, amari, ingrati, nauseosi, odoris virosi. Recens radix efficacior est siccatâ, serum & aquas magis per inferiora purgat; speciale quid habet in resolvendis sanguinis grumis, ut & aliis humoribus crassioribus; in Asthmate, Hydrope Pectoris & Uteri, Lapsis ab alto, Lumbricis. *Bryonia.*

Bursa pastoris. XVII. *Bursa Pastoris* abundat succo glutinoso salino terrestri, adstringente, qui in *Sputo & Mictu cruento* usurpatur. Externè contusa *Vulneris* recentis sanguinem sistit. Imminente *Paroxysmo Febris intermittentis* cum Aceto carpis manuum adhibetur.

Buxus. XVIII. *Buxi Lignum* sulphure gaudet narcotico; unde *Oleum destillatum* quoscunque *Dolores*, in specie *Odontalgiam* & *Epilepsiam* levat. *Decoctum* in *Lue venerea*, *Scabie*, *&c.* potenter sudorem & urinam movet, & Corpus exsiccat, quo ipso & meritò præfertur *Ligno Guajaci*. Propter vim narcoticam laudantur *Dentiscalpia* ex hoc ligno.

C.

Cacao. I. CACAO sunt Arboris Cacaiferæ Americanæ Nuclei, magnitudine Amygdalarum, saporis pinguis, oleosi, amaricantis; odoris nullius, virtute cum Pineis conveniunt, & usurpantur ad conficiendam Succolatam Indorum. Vis ejus omnis consistit in mucosâ, blandâ, & oleosâ substantiâ, quâ totus Fructus scatet.

Calamus arom. II. *Calamus aromaticus* apud nos non habetur genuinus, unde ipsi Acorum verum substituimus, de quo suo dictum est loco.

Calamintha, Vid. Mentha.

Calcatrippa III. *Calcatrippa* s. *Consolida regalis*, propter sal nitrosum, blandum, volatile, sulphureum, antepileptica, & cardiaca audit, leniter etiam adstringit, Urinam & Partum promovet. Destillatur ex eadem & Cyano *Aqua ophthalmica*, lympham acrem temperans. *Conserva florum* cum *Spiritu Salis* acidulata contra *Retentionem Urinæ* valet.

Calendula. IV. *Calendula* flores gerit saporis acris, amaricantis, odoris gravis; interim ratione odoris aromatici cordialis est, *Menses suppressos*, *Partum* & *Secun-*

Secundinas pellit. Imò in omnibus *Crocum* imitatur.

V. Cannabis Semen gaudet principio narcotico sulphureo, sed immaturo & crudo, nimirum particulis oleosis, salino-nitrosis, temperatis, refrigerantibus, demulcentibus seminis acrimoniam, edulcorantibus, anodynis, diureticis: estque saporis subdulcis, viscosi, odoris nullius. In *Ictero* tam in formâ *Emulsionis*, quàm in Lacte decoctum, remedium est optimum. *Gonorrhaeas* etiam reprimit, & *Semen* imminuit; uti *Oleum expressum* Renum regioni illitum. Cum posca decoctum *Uvulam* laxam restituit. *Cannabis.*

VI. *Capparis* spinosa fructu minore, folio rotundo, *C. Bauh.* Frutex est nitroso & diuretico sale praeditus; cujus Radicum *Cortices* tubulosi, rugosi, crassi, cinerei, sapore pollent acri, austero. Flores sale vel aceto conditi, & Cortex conveniunt cum aliis aperientibus in omnibus *Morbis chronicis*, succos enim primarum viarum corrigunt, & per Urinam expellunt. *Cremor Capparum salitorum* ad ℥vi. Alvum laxat. *Capparis.*

VII. *Caprifolii* Decoctum optimum est diureticum, in *Arthritide* conducens, & in *Lue venerea* ejus Surculi *Sarsaparillae* substituuntur. *Succus* ex foliis est vulnerarius; prodit autem egregium *Balsamum vulnerarium* ex Baccis rubris maturis in Fimo equino digestis. *Caprifolium*

VIII. *Cardamomum* Aroma est elegantissimum, saporis acris, aromatici, odoris fragrantis; Ventriculo, prae aliis, conveniens; ad Intestinorum *Flatus* & *Cruditates* ab acido oriundas, nec non *Vertiginem* a Ventriculo ortam speciatim laudatur. *Memoriam* confortat. Destillatum paucum sed elegans dat *Oleum.* *Cardamomum.*

Cardiaca. IX. *Cardiaca* s. *Marrubium Cardiaca dictum* sale blandè nitroso volatili gaudet, saporis leviter viscosi, aquosi, acriusculi, præcipuè convenit in *Suffocatione hypochondriacâ* Infantum.

Carduus bened. X. *Cardui benedicti*, & *Card. Mariæ*, plantæ propter sal muriaticum amarum, sulphureum, blando-volatile, saporis amari, subadstringentis, existunt diaphoreticæ, antifebriles, stomachicæ, pectorales, anthelminticæ, hepaticæ; quorum folia cocta in *Febribus malignis*, *intermittentibus* post *Vomitum* Sudorem movendo conducunt; *sanguinem* etiam *grumosum* per Urinam expellunt. Semen in *Convulsionibus* & *Pleuritide* usurpatur, expectando sudorem.

Mariæ. XI. *Carduus Mariæ* in usu antipleuritico priori non cedit. Semen ejus in Pulvere contra *Morsum Canis rabidi* laudatur.

Carlina. XII. *Carlinæ* Radix inter Alexipharmaca refertur, oblonga est, crassitie interdum digitali, utplurimum corrosa & foraminulenta, colore foris russo, intus albido, saporis acris, gravis, aromatici, odoris fragrantis; hinc penetrans, nonnihil ingrata, diaphoretica, in Febribus malignis, Peste, Passione hypochondriacâ utilis. Recentis radicis odor nimis fragrans aut mordicans, quibusdam Vertiginem, Nauseam, atque Cephalalgiam affert.

Carum. XIII. *Cari* Semen odoris & saporis aromatici, propter particulas salino-volatiles oleosas acres speciale carminans est & anticolicum. *Oleum destillatum* illius in iisdem Affectibus & *Cardialgiâ* conducit, Urinam item promovet, eamque suavis odoris reddit; aliàs & *Tragæas* post pastum sumendas ingreditur.

Carpobalsamum. XIV. *Carpobalsamum* sunt Fructus oblongi, rotundi, rugosi, piso minores, spadiceo-fusci: odoris grati, nonnihil terrebinthinati.

XV.

XV. *Caryophylli* hortenses rubri cæteris præferuntur, sapore pollentes subdulci, subaustero, odore fragrante; sicque sal volatile secum vehunt cum paucâ mucilaginositate balsamicâ. Vis horum consistit in parte volatili mercuriali, unde amici sunt *Capiti*, in *Apoplexiis*, *Epilepsiis*, *&c.* speciatim in Senibus. *Conserva florum Tunicæ* ad *Apoplexiam* præcavendam, uti & *Aqua destillata* contra *Loquelam amissam* adhibetur. *Caryophylli.*

XVI. *Caryophylli aromatici* saporis acris, nonnihil urentis, propter Sal volatile oleosum, fragrans, acre, Aroma sunt oleosum, immisso acu candente *Oleum* fundens, modò boni sint. Stomacho autem conducunt, & cruditates acidas expellunt. *Oleum Caryophyllorum dest.* cum *Oleo Camph.* contra *Dolorem dentium* valet; adversus *Febrium rigores* autem sumitur ante Paroxysmum internè, vel sterno illinitur. Sed & Mulierum Affectibus uterinis conducit. *Aromatici.*

XVII. *Caryophyllatæ* Radix tenuis, fibrosa, ruffa, saporis subacris, terrei, subadstringentis, gratè amaricantis, odoris, si recens, aromatici, Caryophyllos redolentis, si verò siccata, nullius; ob sal quoddam blandè volatile balsamicum, in recenti Radice, cardiacam, roborantem, discutientem, alexipharmacam, cephalicam, Catarrhis resistentem virtutem possidet. Sicca quoque fibras blandè adstringit, & viscerum tonum confortat. Colligitur antequam in Flores abierit. *Cephalica* est, & *sudorifera*; specialiter in *Affectibus catarrhalibus* lympham corrigit, Stomachum, in formâ *Vini medicati*, confortat, & *Icterum* profligat. *Caryophyllata.*

XVIII. *Castaneæ* crudæ, flatuosæ & stomacho nocivæ sunt; coctæ verò benignè adstringunt: in *Asperitate faucium*, & *Fluore albo* interdum usurpantur. *Castaneæ.*

Centaurium minus. XIX. *Centaurium minus* amarissimum est, & propter sal volatile blandum, sulphureum, amarum, acriusculum, existit traumaticum, stomachicum, hepaticum, resolvens, anthelminticum, deobstruens atque febrifugum. *Decoctum Sumitatum* ejus, præmisso Vomitu, in *Tertianis intermittentibus* instar omnium est. *Bilis* etiam vitia corrigit, *Menses* ciet, & *Cachexiæ* adversatur. Clysteribus pro stimulo additur. *Abscessus* item & *Ulcera* mundificat. In Aperientibus ejus *Extractum*, seu *Succus inspissatus*, & *Sal fixum* primatum ducunt.

Cepa. XX. *Ceparum* vis consistit in Sale volatili, muriatico, acri, mercuriali; seu admodum subtili, quod coquendo leviter evanescit; habent & *Sulphur*, quod fœtorem dat. Sunt insigniter *Diureticæ*, & in *Febribus malignis* quandoque sudorem movent. *Succus* ex *Cepâ cavâ*, *Theriacâ* repletâ, & assatâ in *Febribus malignis* propinatur. In Aceto maceratæ *Menses* acerrimè cient. *Cataplasma* ex *Cepis* & *Allio* cum *Adipe anserino* subactis, Inguini vel Renibus applicatum, *Urinæ suppressionem* tollit. *Tonsillarum Inflammationes* externè curant. *Abscessibus malignis* Theriaca cum succo Ceparum applicata convenit. Applicantur & *Morsui Canis rabidi*: item crudæ cum Sale contusæ in *Ambustionibus* adhibentur; *Tumores* difficulter suppurabiles, tam *malignos*, quàm *benignos*, acidum debellando, & humores crudos incidendo maturant, ac tandem aperiunt.

Cerasa acida. XXI. *Cerasa acida* blando acore sive sale acido *Appetitum* conciliant, in Aceto macerata & masticata *Sitim* & *Æstum febrilem* compescunt. Condita, perforata, & *Vino* infusionis *Croci metall.* crebrius irrorata, & exsiccata, & dehinc in ore masticata Vomitum cient. *Nuclei* masticati diuretici sunt, & Renes purificant. *Oleum è Nucleis expressum*

sum rarum eſt, ſed contra *nephriticos Dolores* commendatiſſimum. *Ceraſa dulcia* dant Spiritum volatilem aromaticum, & ſuavis odoris, qui in *Loquelâ amiſſâ* vel *Epilepſia* Linguæ admotus, vel internè propinatus multum commendatur, atque hinc inter *Cephalica* tanquam *ſpecificum* refertur. Notandum autem, Specifica huic vel illi parti non inſervire propter ſympathiam ullam occultam, ſed quia mediante circulatione in univerſum corpus diffuſa, mechanicâ ſuâ conformatione certis quibusdam partibus ſe inſinuant, ut effectum ſuum exſequantur. *Ceraſa dulcia.*

XXII. *Chærefolium* propter ſal blando-volatile, oleoſum, muriaticum, ſaporis moderatè acris, eſt temperatum quaſi aroma, in *Vertigine* à Stomacho ortâ præſentaneum remedium. In caſu ab alto grumoſum ſanguinem reſolvit; eſt etiam vulnerarium & diureticum, unde in *Ulceribus Renum* deprædicatur. Paratur inde *Eſſentia* contra *Vertiginem*, quæ conducit etiam Mulieribus, quibus Lac in mammis coagulatum eſt. Coquitur in *Cereviſia* vel *Juſculis*; vel cum pane Butyro oblito comeditur. Habet & uſum externè in Cataplaſmate diuretico. *Cherefolium*

XXIII. *Chamædris* vera eſt ſaporis ſubacris, amari, nonnihil aromatici, odoris debilis; ſaleque gaudet blandè volatili alcalino, balſamico, deobſtruente. Et *Chamæpitys*, eſt ſaporis ſubacris, reſinoſi, amari, odoris fragrantis, graviuſculi; pollens hinc particulis reſinoſis, ſale blandè acidulo volatili comitatis. Proin Affectibus Articulorum ſunt dicata, ſed parum juvant. In *Scorbuto* dein & omnibus ferè Morbis *chronicis* frequenter adhibentur. Dicuntur etiam *Mictum cruentum*, & *Febres intermittentes* curare. *Chamædris.* *Chamæpitys.*

XXIV. *Chamomillæ Romanæ* flores ſunt Saporis ſubacris, ſubamari, ſubpinguis & molleculi; odoris nonnihil *Chamomilla*

hil fragrantis & graviusculi; constantes Balsamo volatili in salibus tàm fixis, quàm volatilibus consistente; inprimis autem eorum vis consistit in Sale vol. oleoso, unde anodynum est & carminativum, in *Colicá* simile non habens; præsertim ejus *Oleum* ex Floribus destill. cærulei coloris, quod tàm internè datum, quàm externè Umbilico illitum mirificè prodest. In *Doloribus post partum* internè *Oleum & Essentia* hujus herbæ propinantur, & externè Sacculus in Vino coctus Abdomini applicatur. Ita *Menses* & Urinam ciet. Externè *Tumoribus flatulentis* felici cum successu adhibetur.

Chelidonium majus. XXV. *Chelidonium majus* odoris nullius, saporis terrei, amaricantis, acriusculi; ob sal acriusculum, volatile, blandè sulphureum, muriaticum, est incidens, deobstruens, aperitivum, antatrophum, antiictericum, cujus Succus flavo-lacteus cum Vino *Icterum* perfectè curat. In *Febribus malignis* pro egregio sudorifero cum *Sale ammoniaco* propinatur. Oculos etiam clarificat, & nubeculas removet; inprimis *Aqua* ejus *destillata*. Oculi humores restituit. Recens contusum & pedibus applicatum, eorundem Tumores, à *Morbis* chronicis ortos, tollit. Usurpatur etiam Radix.

Chelidonium minus. XXVI. *Chelidonium minus, acre* antiscorbuticum est. Succo ejus tumentes *Hæmorrhoides* illinuntur, imò & intus ille assumitur.

Grana Chermes. XXVII. *Grana Chermes* sunt Ilicis aculeatæ cocciglandiferæ Grana excrementitia rotunda, Pisi magnitudine, rubicunda, ejusdem foliis adnata, dum recentia, plena Vermiculis & Succo sanguineo, fatiscente in annosis in substantiam raram, fungosam, concolorem, saporis subacris, sub amaricantis, odoris, dum recentia, blandi, non ingrati; quæ ob sal blandum aromaticum confortant, , *Abortum*

præ-

ræcavent, Fœtum roborant, *Memoriam* inſtaurant, triſtitiam ſeu metum abigunt. In *Melancholia ypochondriaca Confectio Alchermes* cum *Coralliis* miſta ummum ſolatium adfert. *Tinctura* ejus cum *Camora* in *Melancholia* & Morbis cum delirio conjunis famoſa eſt. *Hartmannus* Extractum Conf. Alermes cum ſucco Pomorum Borſdorfianorum ommendat in *Affectibus hypochondriacis.*

XXVIII. *Flores Cheyri* ſaporis ſunt amari, ſubris, odoris fragrantis, & ſale fixo cum pauco votili pollent. Uſurpantur non ſecus ac eorum Aqua ternè quidem ad *Partum*, *Lochia* & *Secundinas* pellendas; externè verò illinitur *Oleum* Abdomi- pro ſedandis *Doloribus poſt partum.* In Affectibus apitis non adeo conveniunt, cum minus ſint Aroatici. *Flores Cheyri*

XXIX. *China vera nigra*, eſt Smilax aſpera Chinſis, *Lampatam* dicta, ſaporis terrei, ſiccan-, leviter adſtringentis, odoris nullius evidentis, jus Radix eſt craſſa, ponderoſa, nodoſa vel turoſa, lignoſa, aliquantum reſinoſa ſeu pinguis, & ris, ſi adhuc fuerit recens, pallide rubeſcens exs, intus verò candida; quæ ob particulas blans ſulphureo-ſalinas occultè acidas & volatiles, aliase terreſtres leniter ſiccantes, diaphoreticâ, diuicâ, exterſivâ, & ſanguinem purificante virtute udet, craſſos humores attenuando, ſalia hetegenea eliminando, & terreſtria ſ. fixa acida quæs, etiam profundiſſimè impacta infringendo, deuendo, vel cum blandâ quadam vi anodynâ per aphoreſin educendo; adeoque propter hoc textu- conſtat acri, & volatili aromaticâ, ſatisque petrante. *Radix* autem *nodoſa*, ad nos allata, eſt ntùm ſylveſtris, non hortenſis, ideoque magis nperata, vi tamen ſudoriferâ in Decocto antive- *China vera.*

Dd 5 nere

nereo maximè pollens. Convenit ejus Decoctu in *Scorbuto* membra exteriora affligente, *Arthriti vagâ scorbuticâ*, & *Paralysi scorbuticâ*. Radix Chin in Sero lactis cocta Senibus catarrhosis & podagric est admodum proficua. Paratur & inde *Essentia*.

Cortex Peruvianus.

XXX. *China Chinæ* seu *Cortex Peruvianus*, si genuin sit, est crassus, spissus & albicans, foris scaber, nonn hil canescens, & muco obductus, intus lævis, sap ris amari, similis radici *Gentianæ*. Propter Sal acid occultum volatile, amarum, sulphureum, pituita viscidam, quæ Febres intermittentes producit, inc dens, attenuans, absorbens, austeritatem corrigen reserans, deobstruens. Hinc specificus est ejus u sus in *Febribus intermittentibus*, *quartanâ* præprim & *tertianâ* tam simplici quàm duplicatâ, præmiss tamen Vomitorio. Infunditur scilicet *Cortex* à ʒ ad ʒiii. *in Vino*, & *Infusum* hauritur bihorio ante pa roxysmum. Operatur per Sudorem, & insensile Transpirationem, rarò per Sedes. Si genuinus sit, po secundam aut tertiam assumtionem *Quartanæ* ce sant; verùm usui ejus Purgans adhuc superadden dum est. Quod si minus genuinus sit, periculos & sæpè lethalis ejus usurpatio est; unde *Lignum co lubrinum* aut *Gentiana nostra* commodè illi substitu tur, licèt tardius hæc suum effectum salutare prodant. Interea certum est, hunc Corticem ope rari, acidum vitio digestionis primæ contractum, quo *Febres Intermittentes* oriuntur, corrigendo.

Cicer.

XXXI. *Ciceris* rubri sativi semina rotunda, an gulosa, piso majora, unico angulo acuto prædita coloris ex fusco rubentis, saporis viscosi & legumi nosi, odoris nullius, sunt diuretica, quorum, no secus atque alborum, *Decoctum* cum *Radice Petrose* in Jusculo carnis *Puerperis* post partum euporisto est; nitrositate enim suâ Uterum abstergit. *Secun* diu

Cicera usta ad modum Coffee, et in potu usitata sunt in paroxysmis Calculosis efficacissima [illegible] 1745

nas movet, & ſubſiſtentibus Virginum *Menſibus* ccurrit. *Lac* minimè cogit.

XXXII. *Chryſanthemum Peruvianum non tubero-* *Flos Solis.*
m ſeu *Flos ſolis*, dat ſcapum Seminum non matu-rum, qui inciſus ac decoctus copioſum præbet *ummi*, quod quidam tanquam vulnerarium ſin-lariſſimum in formam *Emplaſtri* redactum ex-llunt.

XXXIII. *Cichorium* in ſubjectis bilioſis multum *Cichorium.*
æſtat. Ejus Radix craſſa, oblonga, alba, recens, ſte turgida, ſaporis acriuſculi, amaricantis, & badſtringentis; vim habens, ob ſal nitroſum, lphureo-amarum, acriuſculum, aperientem, abſter-ntem, temperantem, appetitum excitantem, cibos gerentem, Stomachi & Inteſtinorum fibras con-rtantem, Viſcerum obſtructiones reſerantem. onſiſtit ejus vis in Sale alcali temperato, quo ab-rgit per urinam, & mitigat Abdominis *Phlogoſes* *Tormina*, orta ab effervescentiâ Salis vol. in Bile m acido vitioſo digeſtionis primæ; unde Infanti-s recens natis, & in *chronicis Affectibus*, cruditates rrigendo convenit. Ex Floribus fit elegans *Aqua htbalmica per deliquium*, quæ in *Albugine* & aliis culorum Affectibus detergens egregia eſt. Paratur de *Succus* forti decoctione elicitus, qui Sale eſſen-ali ferè nitroſo imprægnatus, & in Extractum in-iſſatus *Oleoſitatem* aliaque *Bilis vitia*, calidæ Hepa-s imtemperiei adſcripta, egregiè corrigit.

XXXIV. *Cicuta* poſſidet ſulphur impurum, ſale *Cicuta.*
cultè acido-acri permiſtum, graveolens, hinc exu-t à medico uſu interno ob venenoſam, quâ pollet, ualitatem. Sunt tamen, qui *Scirrhos Lienis* & *Hepatis* rachmâ unâ Radicis curare volunt. Externè fit inde *mplaſtrum*, quod cum Gummi ammon. in Aceto ſo-uto mixtum *Strumis* adhibetur. Quin & ipſam

Plantam

Plantam cum *Aqua Cherefolii*, vel *Succum* cum *Ace*ad *Lac* inhibendum; ut & ad *Mammas* ex lacte cogulato induratas, imò & *Tumorem penis* ex nim Venere, applicamus.

Cicutaria palustris. XXXV. *Cicutaria palustris* est Modernorum di cantatum antiphthisicum præservativum & curat vum, Semen nempe crudum sæpiùs assumptum.

Cinamomum. XXXVI. *Cinamomum*, Cassiæ illius Zeilanic cortex tenuis, ab exteriore pelliculâ purgatus, e flavo rubescens, in cannulas contortus, saporis acri suaviter pungentis, subdulcis & aromatici, odor fragrantissimi, adeoque Sale volatili oleoso pollen Existit cardiacus, stomachicus, uterinus, spiritus vitales reficiens, ac proin nulli analeptico cedit. Tot ejus existit vis in Oleo; quod si cum *Semine cannabino*, ut sæpè fit, destilletur & adulteretur, fi squalidum, inodorum & nigrum. In *Syncope*, *Nauseâ*, aliisque Stomachi affectibus præstantissimum es Convenit etiam ejus *Aqua* non secus ac *Oleum* a omnes *Uteri morbos*, *Partum* nempe *difficilem*, *Fœtum* roborandum, *Menses*, *Secundinas*, & *Lochia* expellen da. *Oleum ex Cinamomo* copiosissimum habetur, compages ejus cum *Phlegmate Vitrioli* nonnihi reseretur. Verùm in destillatione vulgari per excessivum ignem *Oleum* comburitur; concinniu ergo fit inspergendo frustula Cinamomi modico Vini, & postea ex V. B. per Retortam destillando Habet utique *Cinamomum Oleum* duplex, subtile unum, phlegmati supernatans, aliud crassum rubicundum, quod vulgare est, in Aquâ subsidens. Reddit etiam acidum manifestum, cum cortex sit resinosus. *Syrupus*, qui prostat, nil valet. Melior est *Tinctura* seu *Essentia* cum Saccharo in Syrupum redacta. Cinamomo similis est *Cortex Winteranus*, in *Scorbuto*, *Malo hypochondriaco*, & *Affectibus Stomachi* usitatus.

XXXVII.

XXXVII. *Citrus* ſuccum reddit in *Febribus ma-* *Citrus.*
nis ardentibus, ut & in *Scorbuto*, ex aëris inqui-
mento contracto, egregii uſûs: gaudet enim aci-
volatili, quod acidum Scorbuti rancidum cor-
git. In quem finem habetur & *Conſerva pulpæ Ci-*
. *Cortices* verò ſunt admodum *oleoſi volat.* quippe
e volatili, acidulo, fragranti, acriuſculo turgent,
Eſſentiam dant in *Flatibus* egregiam. Habetur &
etum Citri pro *Morbis epidemicis.* Fiunt etiam ex
minibus Emulſiones in *Febribus petechialibus & malignis*
tis præſtantes. Fit denique ex toto *Citro Eſſentia,*
cipiendo Succum oleoſum corticis Saccharo, de-
de Pulpam albam à Succo liberatam cum Aquâ
mentando, & poſtmodum deſtillando *Aquam ſpi-*
uoſam, quæ Stomacho convenientiſſima eſt, &
primis iis conducit, qui Ægros *Morbis malignis*
lictos neceſſariò viſitare tenentur.

XXXVIII. *Citrulli* ſemen oblongum, planum, *Citrulli ſemen.*
omboideum, ad margines æquale, abſque emi-
ntiâ, modò nigricans, modò nigrum planè, ſub
tice duriuſculo includens medullam albam, ſa-
ris viſcoſo aquoſi, propter particulas oleoſas, ſa-
o-nitroſas, lubricans, ac diureticum, quod in-
editur *Emulſiones* in *Febribus malignis*, *Dolore ne-*
ritico, & *Ardore Urinæ* uſuales.

XXXIX. *Cocculæ orientales*, in pulvere cum Bu- *Cocculæ.*
ro illitæ, *Phthiriaſin & Pediculos* fugant.

XL. *Cochlearia* gaudet Sale volatili acri, alcalino, *Cochlearia.*
rituoſo, diaphoretico, diuretico, ratione cujus
Scorbuto & Morbis chronicis tartareis uſitatiſſima
In illis tamen, in quibus eſt acidum acre,
logoſes & alia Symptomata excitat; niſi cum La-
, vel Sero lactis, aut Vino, temperetur acrimo-
ejus ſalſa volatilis. Ejus *Succus* Gingivis ſcor-
ticis prodeſt. Paratur ex eadem *Sal volatile urino-*
ſum,

ſum, vel per ſe deſtillando, vel fermentando & pu-trefaciendo. Fit etiam ex *Cochleariâ*, quando flore-incipit, *Oleum deſtillatum*, quod in *Scorbuto* plurimu-valet.

Contrayer-va. XLI. *Contrayervæ* radix tenuis, nodoſa, ſapo-ris ſubdulcis, acriuſculi, aromatici, ſubadſtringe-tis, odoris parum fragrantis: acrimoniam hab-blandam, aromaticam, alexipharmacam, antifeb-lem; adeoque ſale pollet volatili oleoſo, blandè ac-Uſurpatur pro ſudore ad ʒi. in *Morbis malignis & ve-nenoſis* excitando.

Conſolida media. XLII. *Conſolida media flore cœruleo*, ſaporis ſu-amari, viſcoſi, odoris ferè nullius, propter ſal bla-do-volatile balſamicum, vulneraria eſt, tam inte-nè quàm externè. Decoctum ejus in *Phthiſi* & al-*Exulcerationibus* ſatis eſt frequens; laxat blandè a-vum, contra naturam aliarum Conſolidarum.

Corallina. XLIII. *Corallina* convenientiſſimum eſt remed-um contra Lumbricos, ad ʒi. in pulvere aliquoti-datum.

Coriandri. XLIV. *Coriandri* Semen odoris lenis, ſaporis ſub-amaricantis, acriuſculi, vi ſalis blandè volatilis acris, aromaticum eſt & ſtomachicum egregium *Cruditates* enim acidas & inde natas *Inflationes* præ-cavet. *Acetum*, cum quo vulgo præparatur, ei omnem vim ſurripit. Fit exinde cum *Sacchara* & *Scammo-nio Confectio laxativa* egregia.

Cortex Winterani. XLV. *Cortex Winterani*, eſt Arboris laurifoliæ Magellanicæ bacciferæ Cortex craſſus, cannulatus foris integumento cinereo, fungoſo, inæquali, fiſ-ſo, & multis rimis hiante, intus ſolidus, denſus ad Piperis, Canellæ albæ, & Cochleariæ ſaporem acrem & ſubamarum accedens, odoris fragrantis coloris intus ſubrubentis, cinamomei. Cortex ita-que hic ſale gaudet volatili oleoſo-acri penetrantiſ-

ſimo

mo, ac ſpirituoſiſſimo, cum quibuſdam acidis
andè volatilibus juncto; quorum intuitu particu-
rum potenter incidit, attenuat, reſolvit, in Apep-
proin, Vomitibus acidis, Cruditatibus primarum
arum, Paralyſi &c. convenit.

XLVI. *Coryli ſurculi* juniores per deſcenſum de- *Corylus.*
lati *Aquam* reddunt *ſpirituoſam* acidam, cum ſub-
quente *Oleo*, quæ omnia legitimè rectificanda
nt. *Oleum* hoc ad gut. 8. vel 9. in *Epilepſiis*, *Ver-*
bus enecandis, *Pediculis* fugandis, & *Odontalgiâ*
piendâ, multum præſtat; & in *Partu difficili* Um-
ico illitum congruit; eſt enim anodynum. *Co-*
'us poſt centum annos *Viſcum* plorat, cui in *Epi-*
ſiâ curandâ ſimile eſt vix remedium.

XLVII. *Coſti dulcis* Radix oblonga, pollicem *Coſtus.*
ſſa, dura, lignoſa, pallida, cortice craſſo, medullâ
idâ, ſaporis acris, oleoſi vel unctuoſi, amarican-
, odoris fragrantis, aromatici. Hinc inter expecto-
tia, diaphoretica, diuretica, imo & cephalica,
machica ac uterina incidentia, atque confortan-
reponitur. A Medicis maſticatus ab Ægrorum
ntagio maligno eos præſervat. *Oleum coſtinum* in
ralyſi remedium eſt optimum.

XLVIII. *Croci flores* ſaporis ſunt ſubacris, ſuba- *Crocus.*
ri, & pinguis, odoris fragrantis; gaudent Sale
n fixo, quàm volatili oleoſo-ſpirituoſo, pingue-
ni cuidam incluſo, admodum temperato, ano-
no-hypnotico, ſatis citò ac fortiter penetrante;
us intuitu vim obtinent inebriantem ſeu narco-
am, quæ tamen non confundenda eſt cum cæteris
pefactivis. Cordiale item inſigne, ſtimulatque
inam, *Menſes* & *Fœtum*, Juſculum ſcilicet ex Ce-
iſia, Croco inſigniter tinctâ. In *Aſthmaticis* at-
e *Dyſpnœis* ℈i. in Vino generoſo commodè pro-
natur. In *Affectibus* etiam Capitis Spiritus ani-
males

males reficit. Verùm, ſi doſis ejus nimia ſit, m lignitate ſuâ narcoticâ *Ebrietatem*, *Delirium ridic lum*, quandoque *Mictum cruentum*, & ipſam mo tem infert. Externè in *Agrypniis* Sacculus Cro repletus Capiti ſuppoſitus extemplo juvat; cau tamen & non niſi fortioribus adhibendus eſt. Ve triculo impoſitus *Vomitum* ſiſtit; verùm ſi ju diutius detineatur, prorſus interimit. Cæterù ipſe quoque Crocus nodulo incluſus & cum Ca phora de collo è regione Ventriculi ſuſpenſus, r medium eſt Melancholicis apprimè convenie Sic & cum Spiritu Vini membra frigore læſa reſ tuit. Pro *Eſſentiâ Croci* optimum menſtruum eſt *Aq Vitæ*, quæ tamen non deſtillando extrahi, ne vis vol tilis cum menſtruo avolet, ſed ſub forma Eſſenti quæ in Dyſenteria internè eſt elegans, aſſervari d bet. Præterea convenit *Crocus* pro concoquen & maturandis *Tumoribus*, & *Doloribus* quibuſcunq membrorum ſiſtendis.

Cubebæ. XLIX. *Cubebæ* ſaporis ſunt acris, amaricanti Linguæ adhærentis; odoris fragrantis; hinc ga dent Sale volat. acri minus temperato. *Memoriæ* r borandæ dicatæ ſunt, adeoque Somnum concilian & Venerem inſimul ſtimulant; proinde cavendu eſt, ne nimius eorum uſus pro Memoriæ acumin *Stupiditatem* inducat. Grana utique cruda manè d glutita in Affectibus Capitis, à Stomacho ortis, co ducunt.

Cucumis. *Cucurbita.* L. *Cucumeris* & *Cucurbitæ* ſemina tantùm ſunt i uſu, quæ reſpectu particularum oleoſo-ſalino-nitroſa rum temperant, refrigerant, emolliunt, lubrican Urinæ vias expediunt, Calculorum exitum promo vent; adeoque utilia exiſtunt pro Emulſionibus anti febrilibus: ſunt tamen, qui carnem in taleola diſſectam Capiti raſo in *Phrenitide* applicent.

LI. Cumini semen saporis subdulcis, acriusculi, ingrati, odoris nullius, carminativum est, & gaudet Oleo salino alcalino-volatili, temperato, aromatico; convenitque in omnibus cum *Aniso*, excepto quòd *Lac* intercipiat. *Colicam* interea multum levat, *Menses* promovet, & in specie pro *dolorosis Mensibus* corrigendis nil præstantius. *Oleum* ejus Umbilico illitum *Tormina Infantum*, eorumque Suffocationem hypochondriacam tollit, fortem etiam Urinæ odorem conciliat internè sumptum, *Stranguriamq;* sanat. *Cuminum.*

LII. Curcumæ Radix parva, oblonga, tuberosa, nodosa, intus & extus crocei coloris; saporis subacris, graviter amaricantis, atque aromatici; odoris nonnihil ad Zingiber accedentis. Pinguior est Iride, sed & virtute aromaticâ gratior, atque potentior. Ob Sal, quo pollet, acre, amarum, resinosum, sulphureum, blando volatile, est incidens, attenuans, aperiens, abstergens, discutiens, emmenagoga, adeoque in facilitando Partu, Uteri, Hepatisque obstructionibus conducens; imò convenit in omnibus Affectibus cachecticis, & ubi Bilis peccat, in *Ictero* nimirum. *Curcuma.*

LIII. Cuscuta super *Thymum* crescens *Epithymum* dicitur; super *Hyssopum*, *Epihyssopum*, & Sale volatili acri, absque oleo, mitiore quàm in Persicaria gaudet. Habentur hæ plantæ pro nitrosis, adeoque pro laxantibus diureticis, quæ & Massam sanguineam purificant. *Cuscuta.*

LIV. *Cyani* flores cum floribus Borraginis planè conveniunt, & particulas habent multum aquosas, blando volatili alcali refertas; unde Menses, Urinam & Lochia suaviter promovent. In Affectibus Oculorum, ex *Variolis* ortis, liquor inde per deliquium paratus utramque facit paginam. *Cyanus.*

LV. *Cyclaminis* radix oblonga, tuberosa, car- *Cyclamen.*

nosa, crassa, orbiculata, foris nigra, intus alb saporis, si adhuc recens, acris, pungitivi, v urentis, ingrati, sin siccata, acredinis nullius Linguâ perceptibilis: odoris nullius notabilis. Prop ter sal volatile nimis acre & corrosivum, inflam matorium, intus rarò usurpatur ad purgandum cu vehementiâ corpus. Interim succum acrem sugge rit, qui Abdomini illitus in *Hydrope* laxat. Para tur & inde Unguentum, quod idem præstat. Suc cus hic durissimos emollit *Tumores*, & in hunc fi nem Emplastra splenetica ingreditur: linteo etiam exceptus, & ano blandè applicatus *Hæmorrhoide* levat.

Cynoglossa. LVI. *Cynoglossæ* radix oblonga, crassitie digitali foris ex atro-rubescens, intus albida: saporis mucosi, fatui interdum, & ex dulci subadstringentis odoris, dum recens, gravis, narcotici, ingrati, fœtorem caninum nonnihil redolentis, si in uliginoso solo creverit, in sicciore autem nata planta inodora ferè, ob sal volatile, impuro sulphure permixtum, anodyna, acrimoniam humorum demulcens, Tussi medens auxilium est, narcoticum & adstrictorium; in nonnullis Regionibus ex ejus Radice succulentâ *Unguentum anodynum*, extus cum fructu usurpari solitum, & *Massa pilularum* paratur, quæ ad gr. ii. vel iij. intus datur, ad dolores qualescunque sistendos, *Catarrhos Pectoris* acres & salsos corrigendos, ac *ferinam Tussim* compescendam.

Cynosbatus. LVII. *Cynosbati* flores magis odori existunt quàm hortenses. *Fructus* propter particulas salino-austeras, acidulas, creduntur quidem incrassare, adstringere leniter, & Stomachum roborare, sed nihilominus Roob eorundem jucundum, propter succum adeo penetrantem videntur esse diuretici, sive cocti sive conditi, hincque à *Calculo* præcavere feruntur. Quin

& in

: in *Sodâ*, remotis lapillis, ſtamina cum Saccharo
onducunt. In *Spongiis* ejus reperiuntur Vermiculi
a aceto contundendi, quo illinuntur tempora pro
onciliando Somno; & internè etiam commendan-
tur in *Epilepſiâ* tollendâ, & Urinâ movendâ.

LVIII. *Cyperi* longi æquè ac rotundi Radix ſapo- *Cyperus.*
is eſt acris, amari, in receſſu adſtringentis; odoris
romatici ad Nardum accedentis, adeoque gaudet
ale volatili blandè acido, aromatico. Radix hæc re-
iquis aromatibus eſt paulo acrior; & paludoſa loca
mat, uti omnia plerumque vegetabilia Sale volatili
rædita. Ejuſdem eſt uſus cum Aromatibus.

LIX. *Cydoniorum* vis in Sale acido auſtero conſi- *Cydonia.*
ſit, unde blandè adſtringunt, *Stomachum* & *Appe-
titum* roborant, *Vomitum*, *Nauſeam*, *Dyſenteriam*
& *Diarrhœam* curant. In eorum enim ſucco in-
ſpiſſato Sal ejuſmodi cryſtallinum ad oculum appa-
et. Externè in *Vulneribus venenatis* conducunt. *Se-
minum* vis conſiſtit in *Mucilagine*, quæ cum phle-
mate Vitrioli parata in *Æſtu & Faucium affectibus*
onducit; atque addita Camphora & Saccharo Satur-
i in *Ambuſtionibus* & *Ardore Hæmorrhoidum* egregiè
ıvat.

D.

D*Atura* Indorum narcotica eſt, adeo ut ſint, *Datura.*
qui ipſi Turcarum *Opio* eandem præferant.

II. *Daucus Creticus* odoris nullius, ſaporis ſub- *Daucus.*
ulcis, viſcoſi, ſubacris, ob ſal blandum volatile
leoſum, Sudores & Urinam movet, Flatus diſcu-
t, Partum facilitat, & hinc in uſu eſt uterino, De-
octum autem ſeminis in Cereviſia egregium eſt diu-
eticum, & à *Calculo* liberat.

III. *Dictamni albi* ſ. *Fraxinellæ* radices albæ, odo- *Dictamnus albus.*
s nullius, ſaporis viſcidi, ſubdulcis, propter ſal
criuſculum ſubtile, ſulphureo-amaricans, nervinæ

ſunt, anthelminticæ, uterinæ, Venenis reſiſtentes

Doronicum. IV. *Doronici veri* radices, ſaporis ſubdulcis, acriuſculi, odoris terrei, nauſeabundi, ratione ſal volatilis, blando-acris, aromatici, terreſtribus multis particulis involuti, diſcutientes ſunt, aperientes alexipharmacæ, nervinæ, in Vertigine, Epilepſi Paſſionibus hyſtericis, Cordis palpitationibus Morſibus venenatis commendatæ. In Decocti Infuſis, Pulvere ad gran. vi.

E.

Ebulus. I. EBulus in radice oblongâ tenui, levi, albid. ſaporis eſt ſubacris, amaricantis, & ingra & nauſeoſi, odoris aciduli, penetrantis: quæ non ſecus atque cortex, ob ſal acre, tartareum, per Urinam & Alvum purgat, adeoque in Cachexiâ, Hydrope & Ictero commendatur.

Endivia. II. *Endivia Cichorio* temperatior eſt; quod vid ſuo loco.

III. *Enula campana*, vid. *Helenium.*

Equiſetum. IV. *Equiſetum* in *Vulneribus* conſtringendis commendatur, item Aqua ejus deſtillata pro vehiculo medicamentorum in *Nephritide* habetur.

Eruca, Sinapi. V. *Eruca & Sinapi* habent Sal vol. admodum acre, unde *Appetitum* conciliant, & in *Scorbuto* conveniunt, ſive cruda, ſive recentia, contuſa cum Vino. Certè in *Apoplexiâ* melius remedium non datur, præſertim Spiritu exinde cum Calce vivâ deſtillato. Paratur quoque exinde *Electuarium* in his Affectibus & *Venere* ſtimulanda commendatiſſimum. Cuti cum fermento impoſita Veſicas excitant; maſticata autem phlegma ex ore eliciunt.

Eryngium. VI. *Eryngii* radix ſaporis eſt acriuſculi, ſubdulcis, vel leviter amari, odoris nullius; at ratione particularum acriuſcularum, ſalino-ſpumoſarum, ac blandè balſamicarum, ſtomachica, nephritica,

aphro-

phrodiſiaca eſſertur; in Decoctis, Infuſis, Condito, & Eſſentiâ uſurpari conſueta.

VII. *Eryſimum* conſtat Sale vol. pungente, ratione cujus in *Faucium Raucedine*, atque *Tuſſi chronicâ*, Stomachi muco ortâ, non inelegans eſt. Externè planta & ſemen contuſa *Scirrhis*, ad *Cancrum* degeneraturis, cum *Melle* applicantur quotidie ſemel cum ductu. *Eryſimum.*

VIII. *Eupatorium* ſaporis ſubacris, amari, odoris gravis, ſalia aromatica obtinet, blandè volatilia, cum aliquibus fixis ſ. terreſtribus juncta, cæteris rigidiora, unde convenit in obſtructionibus à Morbis chronicis, à terreſtri, acidâ, viſcoſitate oriundis, ſicque hepaticum eſt. Fibræ radicum in vino decoctæ Alvum, Urinam & Vomitum quandoque movent, teſte *Geſnero*. *Eupatorium*

IX. *Euphragia* ratione ſalis blandè volatilis alcalini, nitroſi eſt ſubadſtringens, acidas ſordes abſtergens, hinc inter Ophthalmica tam interna quàm externa primatum ducit. Muſto infuſa Vinum dat in *Hebetudine oculorum* conveniens. *Euphragia.*

F.

I. *Fabarum* ſtipites mediante calcinatione Sal reddunt valdè diureticum. Aliàs Fabæ ſaporis ſunt farinacei, & leguminoſi, odoris nullius. Externè farina in *Contuſione* & *Inflammatione* partium glandulosarum, præprimis Teſtium, cum Aceto & Lithargyrio multum prodeſt. In *Tumore* etiam *Mammarum* Farina hæc non incongrua exiſtit. *Aqua florum* coſmetica eſt. *Faba.*

II. *Ficus* ſuccum habent viſcoſo-dulcem, facilè fermenteſcibilem, in receſſu acido-acriuſculum, atque hinc emolliunt, becchicæ ſunt, Renum tubulos expurgant, acrimoniam humorum temperant, leniter alvum ſubducunt, ſicque in *Raucedine*, *Tuſſi* & *Ficus.*

Urinæ acrimoniâ conveniunt. In *Variolis* frequent. sunt usus. Coctæ alvum laxant. Externè Ficus a: latæ & calidæ *Tumores* emolliunt & maturant, *Gingivis suppuratis* succurrunt; quin & ad *Tussem* fa ciunt removendam, si in Spiritu vini infundantu: hocque postmodum accenso hauriantur.

Filipendula. III. *Filipendulæ* radix saporis vel insipidi, v subdulcis, odoris nullius, ob sal acre, blandum, vo latile, amaricans, est subadstringente, abstergente, a discutiente virtute prædita, atque hinc Fluori albo Renum, Vesicæ, & Pulmonis infarctui, medetur externè quoque Hæmorrhoidum Tumorem ac Do lorem dissipat. In Pulvere, Infuso ac Decocto usur patur.

Filix. IV. *Filix* saporis subdulcis, terrei, acriusculi subadstringentis, ac, si recens, mucilaginosi, odori nullius, ob sal blandum, dulce, alcalinum volatile sulphureum, stomachica, aperitiva, traumatica acido-austerum destruens, diuretica, & Calculum pellens, Urinæque acrimoniam valdè mitigans au dit, & in Morbis chronicis maximè commendatur in *Melancholicis* cum *Sabinâ* coquitur & propinatur.

Fœniculum. V. *Fœniculum* odoris acris, oleosi, saporis fragrantis, acriusculi, subdulcis, aromatici, propter sal volatile oleoso-balsamicum blandum, inter aperientia, pectoralia, diuretica, diaphoretica, ophthalmica, & carminativa recensetur. Habet acredinem dulci viscositate involutam, *Variolas* expellit, & Oculos protegit. Egregium est nephriticum, in omnibus *Renum Affectibus* polychrestum; ejus *Decoctum* mirè Lac auget. Oculis verò commendatissimum est, inprimis à lucubrationibus nocturnis læsis, in quem finem *Liquor* ex *Saccharo* caulibus excavatis immisso *Collyrium* præstantissimum est. In omnibus ferè cum *Aniso* convenit.

VI. *Flammula Jovis* ratione Salis volatilis acris ntiſcorbuticum eſt. Per frequentem cum Spiritu ini cohobationem Spiritus egregius inde elicitur. xtrinſecus Veſicas excitat. *Flammula Jovis.*

VII. *Fœnum græcum* odoris fœtentis, ſaporis vicoſi, ſubdulcis, ob particulas oleoſo-ſalinas, muilaginoſas graveolentes, emolliens eſt, paregoricum, naturans, diſcutiens, hinc externè uſurpatur pro copo anodyno & reſolutivo. *Fœnum græcum.*

VIII. *Fragaria* odoris nullius, ſaporis terrei: raone ſalis nitroſi, terreſtris, radices ejus incidunt landè, refrigerant, bilis æſtum temperant, ac diuesin promovent, hinc in Cachecticis & Ictericis requenter adhibetur. Fructus gaudent alcali volat. landiſſimo; unde *Renes* abſtergunt & Maſſam ſanuineam egregiè purificant. Cavendum autem ne imius eorum uſus Choleram alioſque Inteſtinorum ffectus excitet. *Fragaria.*

IX. *Fraxini* folia vel ſuccus, *Vulneribus* applica, *Hæmorrhagias* ſiſtunt. *Cortex* ſeu *Lignum* ſaporis cris, amari, in receſſu leniter adſtringentis, propter al muriaticum, ſubtile, viſcoſo-ramoſum, vi pollet diaphoreticâ, diureticâ, anthelminticâ, antiferili, incidente, antiſcorbuticâ, hypochondriacam aſſionem mitigante, unde habet omnes Guajaci ires in uſu antivenereo; applicatum autem nariis vel recentibus *Vulneribus*, *Sanguinis fluxum* ex emplo ſiſtit; & Dentium cavitatibus intruſum vel Gingivis affricatum *Odontalgiam* fugat. Notandum utem, quòd certum & determinatum tempus requiatur ad ejus collectionem. Semina lithontriptica unt, & Venerem ſtimulant. Alias Lignum alterâ xtremitate igni commiſſum liquorem exudat in ffectibus Aurium commendatiſſimum. *Fraxinus.*

X. *Fumaria* ſaporis eſt acris, amari, odoris debilis, *Fumaria*

lis, ob sal blando volatile mucilaginosum, parumque sulphureum est diaphoretica, sudorifica, sanguinis scorbutici depuratoria, serosos ac biliosos humores nonnihil temperans. Succus expressus in *Scorbuto, Malo hypochondriaco* & *Scabie* acorem vitiosum corrigit, & Urinam ciet. Succus autem diu non durat, nec coctionem fert herba. Parantur exinde *Conserva* ejusdem usûs; ut & *Pilulæ* cum *Mercurio dulci*, in *Scabie* & *Lue venereâ* usurpatæ.

bulbosa. XIII. *Fumaria bulbosa* cum *Aristolochiâ rotundâ* convenit quoad contenta & vires.

G.

Galanga. GAlanga major & minor, saporis acris, aromatici, amari, in recessu adstringentis modicè; odoris fragrantis, lenis, ob sal volatile acre, aromaticum, est uterina, cephalica, emmenagoga, & stomachica egregia; in *Affectibus flatulentis, Suffocatione hystericâ*, aliisque à cruditate acidâ ortis, commendatissima.

Genista. II. *Genistæ* flores ex omni cum floribus *Capparis* conveniunt; estque ejus Sal in Vino dissolutum admodum diureticum.

Gentiana. III. *Gentiana* major lutea, cujus radix est spongiosa, foris fusca, intus ex flavo rubescens, odoris terrei, ob sal crassum, sulphureum, acre, est anthelminthica, amarissima, & alexipharmaca nobilissima. In *Morsu Canis rabidi* optimè confert, vel internè cum *Theriaca*. In *Febribus quartanis* pulvis, vel succus inspissatus multum prodest, acidum austerum Stomachi mitigat, unde in *colicâ* & *hystericâ Passione* cum Vino calido propinatur. Externè Pulvis inspersus *Fontanellas* fluere facit. Radix quoque *Fistulis* angustis sæpè immittitur, ut *Callum Ulceris fistulosi* exedat.

Geranium. IV. *Geranium Rupertianum* vi salis alcalini oleosi traumaticum est, resolvens atque discutiens, appli-

oplicatum vel recens viride, ſucculentum, ſed flacci-um in foco aut Solis radiis factum, vel cum Sale Aceto, Plantis pedum, in Tumore eorundem hy-ropico. Succus ejus grumoſum ſanguinem tam nternè quàm externè diſſolvit.

V. Glycirrhiza odoris debilis, quaſi mellei, ſa-oris dulcis, ſubacris, coloris flavi, ob ſal viſco-o-ramoſum blandum, dulce, & acriuſculum bal-amicum, in Pectoris & Renum Affectibus conducit. Temperat acrimoniam ſalſam ſeri & ſanguinis; unde *Raucedine, Tuſſi ſiccâ, Dyſuriâ* & *Doloribus renali-us* convenit; eſtque de genere nephriticorum, quæ on fundunt ſanguinem ſed modicè temperant. *Hy-ochondriacis, Hyſtericis*, illisque, qui ab aliis dulcibus ffenduntur, tuto exhibetur, ex eo quod præ cæteris ulcibus ſit minus efferveſcibilis. Si Decocta ingre-atur, in fine infundatur, alias dulcedinem amittit. uccus præſcribendus in aquâ appropriatâ diſſolutus, c enim abjicit impuritates, quibus vulgo adulte-tur. *Glycirrhiza*

VI. *Gramen caninum arvenſe*, tenuis, longa, ge-iculata, alba, odoris nullius, cujus radix ob ſal itroſum, terreſtre, blandum, diureticum eſt, ſaporis ubdulcis terrei, cum tantillâ in receſſu acrimoniâ, eutiquam oleoſâ, ſimulque leniter adſtringit & Lum-ricos enecat. *Gramen.*

VII. Granata dulcia temperata ſunt & Maſſam ſan-uineam conſervant. *Acidorum* ſuccus blando ſale olatili acido, jucundo, refrigerat, æſtum ſanguinis mperat, ſitim reſtinguit, Palati inflammationem iſcutit, pituitam viſcidam incidit & abſtergit; hinc *Febribus ardentibus* ſub formâ Julepi in *Gonorrhæa* turgeſcente ſemine, *Appetitu vitioſo*, & *Hæmor-agiis* ab æſtu oriundis, conducit. *Flores* Gargariſ-ata adſtringentia ingrediuntur; *Cortex* autem ſa- *Granata mala.*

poris adſtringentis, auſteri, terrei, odoris nullius validius aſtringit. *Infuſum* florum in *Variolis* oculis inſtillatur ad *Ulcera* præcavenda. Poteſt etiam *Malicorium*, vi acidum abſorbendi, quandoque Menſtrua movere.

Guajacum. *VIII. Guajacum Lignum*, ejusque *Cortex*, eſt ſaporis acuti, amari, odoris cùm accenditur, vel ſiccatur, fragrantis; & propter ſal acido-volatile occultum, reſinoſum, ſudorem pellere ſolet, atque in Aquâ validius decoctum, in *Lue venereâ*, *Arthritide*, *Scabie*, *Febribus*, aliisque *Morbis chronicis* Maſſam ſanguineam purificat. Paratur inde *Eſſentia* cum *Spiritu Sambuci*, in *Scabie*, *Catarrhis* & *Odontalgia* commendatiſſima. Reddit etiam *Spiritum acidum vol.* qui ad ℨi. vel 2. datus Sudorem movet. *Oleum deſtillatum* extrinſecus in *Lue venereâ* illinitur. Craſis conſiſtit in Sale vol. & ſapor quaſi nitroſus eſt. Vis odorifera reſidet in Decocto. Conſtat ex principiis ſalino ſulphureo-oleoſis, quæ in receſſu habent acre alcalinum & acidum vol. Hoc teſtantur Spiritus ejus acidus & Sal volatile in formâ ſiccâ. Ut ergo paucis multa comprehendam, vis ejus conſiſtit in parte reſinosâ, quæ conſtat Sale alcalino & acido vol. *Cortices* ejus ſimiles, imò majores præſtant effectus. *Oleum Ligni* cum C. C. *uſto* rectificatum penetrantiſſimum & maximè ſudoriferum eſt, ut & carminativum in *Affectibus hyſtericis* & *colicis*. In uſu pariter eſt gummi in *Gonorrhœâ*, *Lue venereâ* & *Scabie malignâ*, vel in ſubſtantiâ, vel Pilulis, vel Eſſentiâ cum Spiritu vini extrahendâ.

H.

Hedera terreſtris. I. HEdera terreſtris ſaporis ſubacris, amaricantis, odoris, dum recens, graviuſculi, propter particulas ſalino-alcalinas, terreſtres, gummoſo ſucco parum temperatas & volatiles, Menſes & Calculos pellit,

ellit, Lac auget, Vertici Capitis impoſita Cephalgiam diſcutit, becchica & vulneraria eſt, in *Ulceribus Pulmonum* & *Renum* nulli cedens. Cocta in Vino vel Cerevisiâ adhibetur in *Phthiſi ſcorbutica*, *Aſthmate*, *Pleuritide*; Sanguinem grumoſum reſolvit, & per urinam expellit.

II. *Hederæ arboreæ Baccæ* recentes Vomitum & ſeceſſus movent; ſiccatæ autem ad ʒi in Aceto destillato vel Vino ſudorem in *Peſte* proficuum excitant. Externè Folia veſiculas excitant, ac eas fluere faciunt. *Hedera arborea.*

III. *Helenii* ſ. *Enulæ campanæ radix* ſaporis eſt acris, aromatici, amaricantis, odoris tantillum fragrantis, ac ſimiliter aromatici, ratione particularum salino-balſamicarum, vel reſinoſo-viſcoſarum, stomachica, pectoralis, ſudorifica & alexipharmaca audit; inprimis aromaticâ vi gaudet. In Stomacho confortando, in *Aſthmate* & *Tuſſi pectorali*, Vinum ejus per fermentationem vel infuſionem paratum egregium eſt; uti & *Extractum* ejus exhibetur. Decocta heleniata *Colicam* & *Paralyſin ſcorbuticam* mediante ſudore curant, & addito *Fœniculo Mercurium* e corpore propellunt. Paratur etiam ex Helenio *Unguentum* in *Scabie* proficuum. *Helenium.*

1754 [illegible]

IV. *Hepatica nobilis* reſpectu Salis alcalini terrestris, balſamici, nitroſi, Sanguinem purificat, bilis æſtum temperat, obſtructiones Hepatis, Pancreatis, Lienis ac Meſenterii reſerat. In Infuſo, Decocto, Vino, & Juſculis utilis. *Hepatica nobilis.*

V. *Herniaria* propter particulas ſalino-acidulo-viſcoſas, blandas, terreſtriores, vulneraria, & conſolidans, in *Herniis* prodeſt, vel decocta, vel in forma Eſſentiæ cum Rore majali paratæ, quæ egregia eſt. *Herniaria.*

VI. *Hiſpidula* in viribus cum *Piloſellâ*, cujus ſpecies eſt, convenit. *Hiſpidula*

VII.

Hordeum.

VII. *Hordei* Semen viſcoſo, ſubacido, temperat blando ſale adeo conſtat, ut tam alimenti, quà medicamenti vices præſtare poſſit, tanquam eapr pter emolliendi, demulcendi, vias Urinæ laxand Sanguinis fervorem temperandi, ſitim reſtinguend acrimoniam humorum dolorificam mitigandi vi tute pollens. Ejus nihilominus Decocta quibuſdai ſuſpecta ſunt ob cruditates flatuoſas; hinc in paran da Cereviſia prius germinare debet, ut cruditate illæ tollantur. *Decoctum* hoc cum C. C. in expel lendis *Variolis*, cum *Radic. Chinæ* in *Febribus ardenti bus*, cum *Rad. Scorzon.* in *Petechialibus*, egregium eſt Item *Emulſio* ex Semine ad crepaturam cocto parat in *Febribus benignis* valdè conducit.

H[illegible]num.

VIII. *Horminum Sclarea* dictum, eſt planta ſapo ris amari, acris, odoris acuti, citrati, penetrantiſſimi fragrantis & gravis caput ferientis, gaudet enim ſal volatili oleoſo. In tribus his Affectibus (1.) *Fluxu Mulierum albo*, (2.) *Suffocatione hyſtericâ* & (3.) *Co lica*, præſtantius remedium vix habetur. Propina tur vel Decoctum ejus, vel Spiritus vini à ſummi tatibus floreſcentibus aliquoties abſtractus, ſic enim partes aromaticas ſecum rapit. Externè in *Hyſtericis* Caſtoreo non cedit.

Hyoſcyamus

IX. *Hyoſcyamus niger* exulat propter virulentiam. *Albus major* odoris narcotici, tetri, ingrati, gaudet vi narcoticâ, Opio non cedente, quæ ſita eſt in prin cipio ſulphureo, quod ejus viſciditas, circa flores reperibilis, oſtendit. *Foliorum decoctum in Lacte*, cum fructu Stomacho dolenti calidè applicatur. *Semen* exiguum, rotundum, compreſſum, cinereo ſpadiceum, ſaporis eſt aliquantum viſcoſi, odoris ad verſi narcotici: cujus Oleum expreſſum craſſum poſſidet mucilaginem quandam volatilem, ſpiritus involventem, ſopientem. Sed & *Conſervâ roſarum*

exce-

exceptum *Sputum sanguinis* & omnem *Hæmorrhagiam* compescit; cavendum autem, ne nimius usus stupefaciat. *Oleum* ex seminibus expressum, Temporibus illitum, *Somnum* inducit; item *Doloribus dentium scorbuticis* conducit; imò in quacunque *Odontalgia* Radix gingivis affricta, vel dentibus inserta certissimum est remedium. *Odontalgia* à Vermibus per suffitum herbæ vel seminis curatur. *Emplastrum* ex succo foliorum, & *Oleum* seminis, contra quoscunque Dolores & Tumores duros usurpantur. Semen basis est secreti *Heurnii* contra *Hæmoptysin*.

X. *Hypericum* est planta saporis subacris resinoso-balsamici, quæ respectu salis oleosi, alcalini, crassiores, balsamici vulneraria est, adstringens leniter, consolidans, diuretica; ejus flores & semina contrita spirant odorem gratum & succum fundunt rubeum. Summitates florentes par vulnerarium non habent. Semen diureticum est singulare, à *Calculo* præservans & in *Ulceribus Renum* cum mictu cruento maximè proficuum; abhinc & in resolvendo Sanguine grumoso convenit. Aqua vel *Essentia* valet contra *Lumbricos*, *Tremorem artuum*, *Deliria*, & *Maniam*. Externè *Oleum* ex semine expressum, vel Oleum *Olivarum* in quo summitates maceratæ sunt, in *Vulneribus*, *Convulsionibus* & *Ulceribus* partium nervorum simile non habent. *Hypericum.*

XI. *Hyssopus* est planta saporis subacris, amari, graviusculi, odoris tantillum aromatici, penetrantis; propter sal volatile aromatico-balsamicum acriusculum, emmenagoga, diuretica, aperitiva, expectorans, Pulmonibus dicata. Syrupus ejus & decoctum in Vino, in *Asthmate* & *Tussi chronica* expectorat & viscida resolvit. Quin & Aqua ejus spirituosa, aciditates absorbendo, Stomachi malis succurrit. Externè summitates Vino calido immersæ in *Oculo-* *Hyssopus.*

rum

rum sugillatione & *Sanguine congrumato* ex contusion multum conferunt.

I.

Imperatoria I. IMperatoria cum *Angelicâ* convenit, *quam vi* suo loco. Ejus enim radix est spirituosa, penetrans, saporis acris, aromatici, odoris fragrantissimi, & acris; hinc ob sal volatile aromaticum discutiens, resolvens, aperiens, stomachica, uterina, diaphoretica, alexipharmaca, anticolica, carminativa existit.

Iris nostras. II. *Iris nostras*, ex radice suâ, tempore verno antequam germinare incipit, collectâ, succum reddit acrem vi salis sui blando-volatilis acris aperientem, incidentem, anticachecticum, valdè purgantem & hydroticum, qui *Syrupo Violarum* corrigitur ne fauces excoriet. Quidam destillant *Succum*, & Aquæ hinc destillatæ ℥iii. dant pro purgante. Idem est Errhinum efficacissimum. Quin & Oleum per infusionem in *Coryzâ* seu Gravedine insigniter commendatur. In *Scrophulis* hoc Oleum & Succus remedium sunt specificum. Fæcula nullius valoris est, & Radix cocturam non fert.

Florentina. III. *Iris florentina* gaudet radice odoris violacei fragrantis, saporis acriusculi, subamaricantis, tantillum viscidi, aromatici, quæ ob sal blandum volatile, acriusculum & aromaticum, est incidens, aperiens, mucaginem resolvens, emmenagoga, becchica, nephritica, lympham acrem corrigens. Usurpatur in Pulvere, Oxymelite vel Decoctis, in *Asthmate*, *Raucedine*, *Tussi siccâ*, *&c.* & pulveres pectorales ingreditur tanquam primarium ingrediens.

Isatis. IV. *Isatis* sine aëre putrefacta *Spiritum urinosum*, cum aëre verò *Sal volatile* simul suggerit; quod formaliter in planta non existebat, sed ex actione Salis alcali volat. in particulas terreas fixiores & oleosas gignitur.

V.

V. *Juglandis* Radices, menſe Februario perforatæ, *Nux Juglans.* ſuccum dant in *Odontalgia* efficaciſſimum; qui & *Podagram* curat, tam externè, quàm internè, vi diureticâ. *Cortex ſuperior* adſtringens eſt, ex cujus ſucco (in faucium Affectibus adſtringente optimo) cum Sale communi evaporato, fit *Vitriolum vegetabilium*, deinde *Spiritus acidus*, Corallia aliaque ſolvens. *Cortex interior* à ℥ß. ad ℥i. validiſſimum eſt Vomitorium. *Juli* ſeu *flores* ad ℥i. in *Dyſenteria* & *Paſſione Hyſterica* laudantur. Juglandes immaturæ deſtillatæ exhibent *Aquam ſtomachicam* efficacem, maturæ contra Peſtem valent; contritæ *Morſui Canis rabidi* impoſitæ conducunt.

VI. *Jujubæ* ſaporis mellei, dulcis, vinoſi, odoris *Jujubæ.* nullius, ob particulas viſcoſo-ſalino-dulces, in receſſu acriuſculas, incidunt, expectorationem promovent, vias Urinæ reſerant, & lubricant, maximè verò temperatæ ſunt & in *Affectibus pectoris* uſitatæ. Syrupus earum in *Tuſſi ſicca*, atque principio *Pleuritidis* & *Variolarum*, *Stranguriâ* item & *Dyſuriâ*, commendatur.

VII. *Juniperus* frutex eſt perpetuò virens, adeoque *Juniperus.* inſigniter balſamicus; qui *Liguo Saſſafras* ſubſtitui poteſt. Ejus *Baccæ* quotannis bis maturæ ſunt, & craſin totius concreti obtinent; ſaporis ſunt ſubdulcis, ſubacris, reſinoſi, odoris blandi; & ratione ſalis volatilis acris, ſubacidi, reſinoſo-balſamici, incidunt, attenuant, *flatus* diſcutiunt, *Venenis* reſiſtunt, *Viſum* acuunt, *Menſes*, *Urinam*, atque *Sudorem* movent, tandem & *Aſthmati* medentur. Scatent *Oleo aromatico* nonnihil reſinoſo, & ſunt inſigniter ſudoriferæ, æquè ac diureticæ. Unde in Affectibus *nephriticis Aqua*, *Roob*, & *Malvaticum* (quod eſſentia eſt ex *Roob* & *Spiritu* conſtans) admodum conducunt. In *Affectibus catarrhalibus* & *chronicis*,

primam

primam Stomachi digeſtionem mirè adjuvant. Ra
one virtutis ſudoriferæ alexipharmaca ſunt, & *Hyd
pem* curant. Quibuſdam in locis paratur *Cereviſia*
Baccis per fermentationem. Paratur etiam per f
mentationem *Spiritus*, *Sal volatile*, & *Oleum*, in *Af
ctibus nervoſis* & prædictis internè & externè co
mendata. Ex remanentiá paratur elixiviando
fixum, optimum diureticum in *Hydrope* & *Affectib
hypochondriacis*. *Gummi Juniperi* uſurpatur pro ſ
fitu in *Affectibus capitis catarrhalibus*. Ex *Spon
recentibus contuſis, & Soli expoſitis fit *Liquor*,
colatus & acervo Formicarum impoſitus in Ocu
rum *Affectibus* admodum eſt proficuus.

L.

Lactuca. I. LActuca ob particulas nitroſo-ſalino-aquoſ
ſaporis eſt aquei, tantillum mucilaginoſi,
doris nullius; hinc refrigerans, diuretica, humoru
æſtum temperans; In *Juſculis*, *Acetariâ*, *Syrupo*,
Aquâ ſtillatitiâ.

Lapathum. II. *Lapathum acutum* ob ſal muriaticum, bla
dum, deterget, Scabiei medetur, imò in Affectib
cutaneis, ſive internè in Decocto, ſive externè,
mnibus ſimplicibus præfertur. *Radix* in aceto tri
& impoſita *Serpiginem inveteratam* curat. Eadem
Aqua cocta, addito Stercore Gallinarum, & inſt
Cataplaſmatis impoſita *Scabiem* aufert.

Lauri baccæ. III. *Lauri Baccæ* ſunt ſaporis acris, aromatic
amari, oleoſi, odoris acris, ingrati, atque hi
aroma carminativum perfectiſſimum; coctæ ite
in Vino *Doloribus poſt partum*, impoſitæ, felicit
medentur. Laurus enim eſt planta ſaporis acri
amari, odoris nonnihil fragrantis, vi anodynâ po
lens. *Oleum Lauri* internè contra *Colicam*, extern
Ventriculo in *Inflammatione*, Pubi in *Sterilitat*
Menſium ſuppreſſione, &c. Paralyticis denique pa
tibu

tibus, illitum prodest. Cum floribus Sulphuris misceetur Oleum Lauri (tam per infusionem, quàm coctionem) & Corpori scabioso illitum rarò fallit. *Oleum* hoc contra *Pediculos* quoque adhibetur. Ipsæ *Baccæ* ad ℥i. cum Aceto destillato, vel Vino in *Febri malignâ* sudorem commodè movent.

IV. Lavendula eadem cum *Spicâ* est planta, de quâ inferius. *Lavendula.*

V. Levistici s. *Ligustici* radix oblonga, pollicis crassitie, in fibras crassiores divisa, foris fusca, intus pallida, saporis acris, aromatici, subdulcis, odoris jucundi & fragrantis, ob sal volatile oleosum, blando-acre, est incidens, emmenagoga, antihysterica, anticolica, quæ in Vino macerata applicatur naribus in *Passione hystericâ*. Et Radix & Semen carminativa sunt & aromatica, in *suffocatione hystericâ* & *Partu difficili* magnopere commendata; quæ & Clysmata anticolica ingrediuntur. *Levisticum.*

VI. Lichen petræum, saporis terrei, nonnihil viscosi, odoris nullius, propter sal blandè nitrosum, balsamico-viscosum ac terrestre, virtute pollet traumaticâ, becchicâ, edulcorante, & consolidante, in *Decocto, Infuso, Pulvere, Conservâ*, ad Pulmonis catarrhos tenues, Ulcera, Tusses, Vomicas, &c. *Lichen petræum.*

VII. *Lignum Aloës* est Arboris cujusdam Siamensis, *Calambac* dictæ; saporis subacris, amari, aromatici, pinguis; odoris, dum accenditur fragrantissimi, analepticum, confortans, cephalicum, stomachicum, uterinum, memoriam roborans, Lipothymiam, Singultum, Fluorem album sanans. *Lignum Aloës.*

VIII. *Lignum colubrinum* s. *serpentarium*, *Clematitis Indica*, C. B. saporis est amarissimi, odoris nullius; propter sal amarum, acre, viscosum, occultè volatile, in *Febribus intermittentibus*, loco *Corticis Peruviani*; nec non in Stomachi, Intestinorum, Hepatis & Pancreatis Morbis conducit. *Lignum colubrinum.*

Lignum ſanctum. IX. *Lignum ſanctum* eſt Arboris Indiæ occiden talis *Hoaxacan* dictæ, lignum ſolidum, denſum Guajaco magis album, Medullâ intus duriſſimâ ponderosâ, reſinosâ & pingui, coloris ex fuſco pal lidi; ſaporis pinguis, ſubacris, amari, aromatic. Ligno Guajaco acrioris, odoris fragrantis; Cæterùm ejuſdem cum Guajaco virtutis & uſus.

L. Santalum rubrum. X. *Lignum Santalum rubrum*, eſt Lignum durum ponderoſum, ſeu potius ipſius medulla, ſaporis ad ſtringentis, odoris nullius. Recens auſterum eſt, ad adſtringit, corrigit & temperat ſalſam tenuem lym pham.

Citrinum & album. XI. *Lignum Santalum citrinum* vel *album*, eſt Ar boris Timorenſis *Sercanda* dictæ, medulla ſolida derafa, colore citrino, pallidiore etiam, ſaporis ama ri, aromatici, odoris fragrantis & grati. Naſcitur in Inſulâ Malagâ. Acrimoniam ſuam volatilem tenuem, blandam multis terreis habet involutam Præter vim incidentem etiam modicè adſtringit ac roborat. Uſurpatur præter Decoctum etiam Eſſentiâ cum Spiritu Citri facta.

Lignum Pavanum, Moluccenſe. XII. *Lignum Pavanum* vel *Panavæ*, eſt Lignum Moluccenſe, ſpongioſum, leve, flavum, vel palli dum, cortice cinereo tenui obductum; ſaporis acris, pungentis, mordacis, ferè cauſtici, odoris nul lius. Fert grana Tiliæ; Folia Ceraſorum foliis ma gnitudine ſimilia. Recens adeo potens eſt & fervi dum, ut aquas per vomitum ac ſeceſſum purget. Sed ob acredinem ſuam relinquit in ano Inflam mationem, ad quam ſanandam Indiarum Incolæ utuntur Lacte butyraceo. In parciore doſi ſudo res movet. In Leucophlegmatiâ, Hydrope, ac aliis Morbis chronicis ſpecificum eſt.

Liguſtrum. XIII. *Liguſtri* ſuccus & decoctum in *Ulceribus Fau cium* & *Gingivarum* externè conducunt. Sed & ejus

Flores

Flores albi ob ſal nitroſum blandè volatile, terreſtribus alcalinis miſtum, incidunt, detergent, atque diſcutiunt.

XIV. *Lilii albi Flores* & *Radices* habent Mucilaginem aqueam temperatam, ſaporis mollis, viſcidi, odoris nullius, hinc reſpectu particularum ſeroſo-mucilaginoſarum, blando acrium ſalinarum detergent, anodynæ ſunt, menſes ac Fœtum pellunt, emolliunt & ſuppurant. *Oleum Lil. alb.* in tardâ *Suppuratione* humorum, *Difficultate Urinæ*, & *nephriticis Doloribus* lumbis illinitur; ubi illitum quoque *Partum* facilitat. Quin & Oleum florum infuſum *Vulnera* conſolidat. *Lilia alba.*

XV. *Lilium convallium*, cujus Flores ſaporis ſunt ſubacris, ſubamari, pinguis, odoris fragrantis, minus oleoſum eſt, conſtans Sale volat. magis mercuriali, quàm ſulphureo, unde Spiritus animales valdè reficit, & in Affectibus capitis primatum ducit. Paratur *Spiritus* per cohobationem florum cum Spiritu vini, dum rore adhuc madidi ſunt; vel etiam per *fermentationem*; qui ad *Affectus nephriticos* & nervinos maximè conducit; cum quo parari poteſt *Eſſentia* pro ſcopo analeptico egregia. *Flores* & *Radices* in pulvere errhinum ſunt haud vulgare, & ſatis temperatum. *Lilium convallium.*

XVI. *Limoniorum* ſuccus cum *Citro* convenit; in ſpecie tamen ad *Calculum*, *Gonorrhœam*, & nimium *Æſtum venereum* commendatur. Sunt qui ex muria Limonum abſtractâ & deſtillatâ Sal volat. acquirere volunt. *Limonia.*

XVII. *Linaria* ob ſal alcalino-balſamicum, blandè volatile, eſt vulneraria, externo uſu maximè expetita, in Oleo vel Unguento; ſed & in lacte coctâ vel cum pinguedine porcinâ ſubacta, *Hæmorrhoidibus*, inprimis *cæcis*, applicatur. *Linaria.*

Ff 2 XVIII.

Linum. XVIII. *Lini semen* Oleum dat, in *Pleuritide, Tussi* & *Affectibus pectoris*, ad ℥ii. vel iij. egregium. Interim cum nauseosum sit, *Oleum Amygd. dulc.* ei præferri debet. Alias in *Colicâ* & *Obstructionibus alvi*, à Dolore nephritico ortis, in formâ Clysteris confert.

Lupulus. XIX. *Lupuli flores* recentes sunt pingues, resinosi saporis subacris, amari, gravi, suavique admodum odore, & hinc sale tam fixo, quàm volatili, in quadam velut resinâ & glutinositate incluso sunt præditi; adeoque Oleo gaudent, quod Cerevisiam ab acescentiâ præservat. In genere acidum corrigunt: adeoque in *Morbis chronicis*, *Ictero*, *Hypochondriacis*, *&c.* adhibentur. Summitates recentes sæpius comestæ alvum lenius cient, & Mass. S. fermentatione blandâ depurgant; unde *Scabiem* certò præcavent.

M.

Majorana. I. MAjoranæ vis consistit in Sale volatili admodum oleoso. *Oleum* ejus externè capiti illitum *Catarrhos* dissipat, & naribus Infantum applicatum, mucum resolvit, adultisque olfactum amissum restaurat. *Herba* in Pulvere errhinum est.

Malva arborea, II. *Malvæ arboreæ*, sale mucilaginoso, crasso, terreo, alcalino, leniter adstringente constantis, florum in Lacte decoctum egregium est gargarisma in Affectibus faucium. Quin & Pulvis florum cum melle & alumine *Fauces scorbuticas*, inprimis Mulierum levat.

vulgaris. III. *Malva vulgaris* ob particulas, viscosas s. mucilaginosas, salino-alcalinas, occultè acriusculas continere dicitur substantiam aqueam temperatam, nonnihil mucosam; unde maturat, emollit & acrimoniam salsam temperat. *Conserva florum* Affectibus urinariis dicata est. Malva denique in *Doloribus*

ribus capitis externe in lotionibus adhibetur. Alii *Linimentum* parant ex Malvâ cum Butyro non ſalito & Camphorâ.

IV. *Mandragoræ* radix, ſaporis acris, amari, nauſeoſi, cum lentore quodam, & in receſſu ſtypticitate, vel ſtupore; odoris, ſi recens, ingrati, viſcoſi, caput ferientis. Conſtat hinc particulis purgantibus vehementer per ſuperiora & inferiora; ſed & dein ſomnum quoque conciliat; Uterum movet, & Abortum procreat. *Cortex* in *Tumore ſcirrhoſo* diſcutiendo Cicutam ſuperat. *Mandragora.*

V. *Marrubium album* ſ. *Praſium*, eſt ſaporis ſubacris, amari, odoris gravis, citrati; atque ratione particularum, ſalino-ſulphurearum, amararum & acriuſcularum, exiſtit becchicum, incidens, reſolvens, deobſtruens, menſes movens, Ictero ſanando conveniens: dum pituitam primarum viarum egregiè reſolvit. Unde *Syrupus* ejus in *Tuſſi Senum*, quæ in Stomacho utplurimum radicatur, & Decoctum ejus in *Hydrope Uteri* valdè laudantur. *Marrubium album.*

VI. *Marum* cum Majoranâ, cujus nobilior ferè ſpecies eſt, convenit. *Marum.*

VII. *Matricaria* eſt planta ſaporis ſubacris, amari, ingrati; odoris gravis, penetrantis, non ingrati; ob ſalem, quo gaudet, volatilem, oleoſum, temperatum, graveolentem, eſt incidens, attenuans, deobſtruens, anthelminticum, humorem pituitoſo-bilioſum leniter evacuans. Mulieribus eſt dicata in pellendis *Menſibus*, *Lochiis & Doloribus poſt partum.* Clyſmata etiam carminativa ingreditur. Contuſa item & fronti applicata *Cephalalgiam* levat, modò odorem ejus ferat Æger. *Matricaria*

VIII. *Matriſylva*, propter particulas ſalino-nitroſas, parum volatiles & ſulphureas, eſt aperiens, reſolvens, deobſtruens, & Cacochymiam ſalino-acrem *Matriſylva*

corrigens, edulcorans. In *Decoctis, Infusis & Jusculis*.

Melilotus. IX. *Melilotus* habet Flores saporis subamari, pinguis, odoris grati, atque hinc Sal volatile blandum balsamicum, resinoso-viscosum, traumaticum, anodynum, emolliens, detergens, acrimoniam humorum, obtundens. Proin *Melilotus* magis est volat[illegible] & resolutivus, quàm *Malva & Althæa*; quin & v[illegible] anodynâ gaudet, in *Doloribus podagricis* applicatus.

Melissa. X. *Melissa* propter blandum sal volatile oleosum fragrans, saporis acris, odoris jucundi, fragrantis, cephalica est, cardiaca, antepileptica, emmenagoga in universum aromatica, sed simul volatilis & mercurialis, parumque admodum oleosa. Unde in *Virium prostrationibus*, *Apoplexiâ*, *Sterilitate & Palpitatione Cordis* maximè conducit. Paratur inde *Essentia* quæ memoriam roborat, & ætatem senilem quasi cum juventute commutat.

Mentha. Calamintha. XI. *Mentha crispa, & Calamintha montana*, & *Nepetha*, s. *Mentha cattaria*, saporis sunt acris, aromatici, nonnihil ingrati, amaricantis, odoris gravis, & fragrantis; ratione salis, quo turgent, volatilis oleosi, alcalini, graveolentis, acriusculi, sudoriferæ sunt, carminativæ, Tumores & Grumos sanguinis resolventes; sed Stomachum, ejusque *Affectus* inprimis respiciunt; *Cruditates* præcipuè acidas tollunt; Lactis coagulationem præcavent. *Oleum destill.* Stomacho illitum *Vomitum, Cardialgiam & Nauseam* arcet. Nervinum quoque egregium est. *Acetum Menthæ* tam internè, quàm externè, quin & ipsa Herba contusa cum fermento applicata, *Vomitum* sedat.

Mercurialis. XII. *Mercurialis* saporis nitrosi, ingrati, aquoso-viscosi, gaudet Succo salino mercuriali nitroso, ratione cujus internè abstergit, laxat, emollit.

Mespila. XIII. *Mespila* immatura condita valdè adstringunt, Stomachum roborant, & fluxiones quascun-

que

que ſiſtunt. Capiti applicata *Capillorum defluvium* nhibent. Semina pariter adſtringunt, atque uſurpantur in Gargariſmatibus, & Injectionibus pro *Ulceribus*. *Nuclei* ſive *Lapides*, ob ſal terreſtre, fi-rum, minus ſulphureum, ſubadſtringunt; Urinam nterea, calculumque pellendi virtute gaudent, in pulvere acidum in primis viis deſtruunt, atque adeo *Calculo* præſervant.

XIV. *Meum* ſ. *Mutellina*, odoris & ſaporis aro- *Meum.*
matici penetrantis, propter ſal volatile, blandum, oleoſum, radices ejus ſunt incidentes, aperientes, emmenagogæ; atque hinc cum *Angelica*, vel *Fœniculo* n viribus conſpirat.

XV. *Milium* ſaporis viſcoſi, odoris nullius, vi *Milium.*
particularum viſcoſo-ſalinarum, blandè volatilium cidularum, ſudorem & urinam movet, calculum ellit, inprimis gaudet mucilagine temperatâ co-piosâ, admodum nutritivâ. Decoctum ejus ad repaturam Sudoriferum eſt in *Tertianis* egregium; quod & *Variolas* promovet, ſanguiniſque fervorem mitigat. Externè Sacculi ex Milio & Sale toſto capiti vel ventri, pro *Cephalalgiâ* vel *Torminibus*, applicantur.

XVI. *Milium Solis* odoris nullius, ob particulas *Milium Solis.*
ſalino-oleoſas, in receſſu acidulas, acres ac tenues, Urinam & *Calculum* pellit, *Gonorrhæam* levat, & Parturientibus ſubvenit, ad ʒi. vel ii. cum quocunque vehiculo.

XVII. *Millefolii* herba ratione ſalis auſtero-aci- *Millefolium.*
diuſculi, parum ſulphurei, eſt adſtringens, vulneraria, conſolidans. Ejus ſuccus recens, vel & ipſa planta recens contuſa, *Vulnera* recentia citra ſuppurationem conſolidat. *Rad. recens* naribus intruſa *Hæmorrhagiam* movet. Internè Decoctum herbæ *Abortum* præcavet; *Hæmorrhagias* internas, *Fluo-*

 rem

rem album, & *Gonorrhœam* compeſcit; *Menſes* autem movet.

Momordica. XVIII. *Momordicæ Fructus* macerantur in Oleo olivarum, quod exinde ſummum Vulnerarium evadit, præſertim in *Fiſſuris mammarum*, & *Hæmorrhoidum doloribus*. *Semen* per ſe Oleum non fundit, quia nimis durum eſt.

Mora. XIX. *Mora nigra*, ob ſuccum acido-acrem blando-volatilem, refrigerant, incidunt, æſtum & ardorem faucium temperant; *immatura* ſuccum dant per expreſſionem ad quoſcunque *Alvi Fluxus* commendatum; qui inſpiſſatus *Roob* dicitur, in *Faucium Affectibus*, aliiſque adſtringens egregium.

Nux moſchata. XX. *Nux Moſchata* oleoſa eſt & temperata, ſaporis acris, aromatici, pinguis, odoris fragrantis, quam ambiunt filamenta flava *Macis* dicta, magis volatilia, acria & penetrantia. Propter ſal volatile valdè oleoſum, aromaticum, & balſamicum, Cerebri, Ventriculi, Uteri, atque Inteſtinorum fibras irritatas demulcet, Diarrhœas ſiſtit, Chylificationem promovet, Flatus diſcutit, & Spiritus animales reficit. Hujus *Oleum* admodum conducit in *Vomitu*, *Cruditatibus*, *Diarrhœâ* & *Stranguriâ*; quin & vi carminativâ non cedit *Oleo Aurantiorum*. Decoctum Macis, vel Nucis moſchatæ egregiè convenit in *Flatibus uteri*, ab aëre frigido poſt partum hauſto oriundis, ubi & fumus Nucis genitalibus commodè excipitur. Propter nimiam oleoſitatem Nuces hæ Stomachum gravant. In *Dyſenteriâ* affricantur pani ac cereviſiæ, vel coquuntur cum Aceto roſ. & Vitello ovi, quod comedendum. Vel paratur *Magiſterium*; deſtillantur ſc. cum Aquâ, quæ ab Oleo fixo ſupernatante ſeparatur, deinde cum Spiritu vini omnis color extrahitur, donec cadat Pulvis albus, qui ad ℈ij. vel ʒi. in vehiculo calido propina-

inatur. Externè *Oleum* Stomacho illitum *Cardialgiam* fugat, Umbilico verò Fœtum roborat.

XXI. *Muſcus terreſtris clavatus*, ob particulas terreſtres, fixas, ſalino-auſteriuſculas, ac ſulphureas, adſtringit, ſiccat, diureſin promovet, vulnerarius eſt, & Hæmorrhagias ſedat. *Muſcus terreſtris.*

XXII. *Muſcus quercinus* adſtringit, ſive in decocto ſtatus, ſive in pulvere. In *Muſco terreſtri* verò reperitur *Farina vol.* ſulphurea, ad candelam facilè inflammabilis, idque cum ſonitu, doſi ℈ß ad *Epilepſias* & *Hecticas* Infantum commendata. Alvum etiam ſuaviſſimè laxat, ſed colligi debet menſe martio. *Muſcus quercinus.*

XXIII. *Myrtilli Baccæ* ſaporis ſunt ſubdulcis, ſubadſtringentis, acriuſculi, hinc refrigerant, blandè adſtringunt, adeoque in Febribus, Diarrhæis, Dyſenteriis conducunt: Parari inde *Roob* & *Syrupus* ſolet: ſemina habent parva, ſed admodum dura, quæ Inteſtina exulcerant, & Dyſenterias graſſari faciunt. *Myrtilla.*

XXIV. *Myrti Baccæ* ſaporis ſunt terrei, adſtringentis, odoris debilis; arefactæ cum odore grato & aromatico potenter adſtringunt. *Oleum* ejus in Tuſſi cum Hæmoptyſi conjunctâ conducit. *Myrti bacca*

N.

I. NAPI *ſemen* ſaporis ſalino-acris, in principio ſubdulcis, odoris nullius, propter particulas valdè oleoſas, ſale volatili acri ſtipatas, ſudorificum eſt, Urinam Calculosque pellens, Venena deſtruens: hinc Emulſiones expulſivas ingreditur, in *Febribus malignis*, Variolis & *Ictero* adhibitas. *Napus.*

II. *Naſturtium* odoris nullius, ſaporis primùm aquoſi, ſubdulcis, viſcoſi, dein acris, tàm in recenti plantâ, quàm in ejus Semine, ob ſal vo- *Naſturtium*

latile nitroso-muriaticum, vel magis alcalinu acre, parum oleosum, est incidens, attenuans, d obstruens, aperiens, antiscorbuticum, antarth ticum, antihecticum, diureticum, Venenis re stens; Renes abstergit, & in *chronicis*, *hypochondri cis* & *scorbuticis* Morbis præstans est: *Quartanas*, in primis *Scorbuticas*, curat, interdum Vomitum mo vendo. *Succus Lumbricos*, quibus sæpè affliguntu Scorbutici, pellit. *Semen* ejus *Oleum* possidet, no tamen adeo copiosum, ut Aromata; & *Emulsion Variolarum* expulsivas ingreditur; imò *Succus* vit *Lactis* in Infantum corporibus, unde *Variolæ* sæp oriuntur, emendat. Externè Puerorum *Tineæ* *crustosæ Scabiei*, Semen cum Pinguedine porcinâ sub actum applicatur. Adhibetur etiam *Herniis* cum *Gum. Carann.* & *Alb. ovi*, quod acrimoniâ suâ cau sticâ uberiorem alimentorum affluxum excitet hocque ipso Peritonæum eo facilius consolidat. Suc cus in *Lethargo* naribus admovetur, unde paratu & Spiritus antiscorbuticus egregius.

Lignum nephriticum. III. *Nephriticum lignum* saporis est amari, subacris vim quasi incidentem in Linguâ relinquentis, odoris nullius, Sal autem acidum, occultum, volatile multis ramosis, ac terrestribus involutum, secum vehit, & Aquam, cui infunditur, cæruleam facit in loco umbroso, in obscuro viridem, & in pellucido claram. Diureticum est, adeoque in *Affectibus nephriticis*, *hydropicis* & *spleneticis* polychrestum.

Nicotiana. IV. *Nicotianæ* vis consistit in Sale vol. acerrimo, acido-corrosivo, impuro sulphure misto, cui in recessu jungitur Oleum admodum crudum; unde mucum incidit, narcosin inducit, salivam masticata, aut fumo sucta elicit, becchica, errhina, sternutatoria, vulneraria existit, saporis præterea

acris,

ris, nauseosi, pinguis, virosi & narcotici, odo-
virosi, vomitum movet, & alvum laxat, ad
Vino infusa. In *Asthmate*, *Empyemate* &
euritide suppuratâ, egregiè commendantur *Deco-
um* ejus & *Syrupus*. *Clysmata tabacina colicos Do-
res* sistunt, & alvum laxant. *Essentia* paratur cum
iritu vini, addito Nitro fixo, virulentiam cor-
gente: quæ inspissatur etiam ad Extractum, cujus
ntillum linguæ impositum copiosum phlegma
cit: ubi cavendum, ne in Stomachum dilabatur.
uod *Oleum* ejus *narcoticum* sit, patet ex *mastica-
one* Tabaci, proficuâ in *Odontalgiâ*; nec non ex
mo, qui somnolentiam & stuporem infert; & ex
ecocto, in *Pediculis* necandis & curandâ Tineâ,
piti applicato, quod stupidos & quasi ebrios red-
t, &, nisi cautè usurpetur, Infantes *Cardialgiâ*
fligit. In Plantâ *succulentâ* Sal. vol. aliis humo-
bus temperatur, in *aridâ* verò per putrefactionem
vehitur, & acrius fit. *Succus* recens *Vulneribus* com-
odè instillatur, *Tumores duros* mirè emollit, Reni
pplicatus *Quartanas* curat. *Decoctum*, *Infusum*,
el *Oleum*, in *Vulneribus* & Affectibus cutaneis lau-
em merentur. *Fumus* phlegmaticis & catarrhosis
onducit, præprimis si addantur *Succinum*, *Mastix*,
andaracha, *Flores Spicæ nard. Styrax*, irrorata prius
Oleo anisi seu *succin.* Laudatur autem iste *Fumus*,
ui attrahitur ex infundibulis vitreis, vasculo ex-
retorio, in quod *Oleum* destillat, præditis, ut so-
um Sal vol. cum Fumo hauriatur; interim abusus
jus Stomachi fermentum obtundit, Pulmones ari-
os facit, & maculis nigris conspurcat. Prostat ejus
Oleum destill. cujus paucæ guttulæ quodvis animal
necant. Ablatâ tamen istâ vi narcoticâ *Tabacum*
Hystericis convenientissimum est remedium.

V. Nigella saporis subacris, amaricantis, odoris *Nigella.*
exigui,

exigui, ob particulas salino-crassiusculas, acre oleosas, est carminativa, lac augens, hyster sternutatoria, hinc *Semen*, vel *Oleum* ejus infus cum *Oleo Major*. Naribus olfactum restituit.

Nummularia. *VI. Nummularia* ob sal viscoso-nitrosum, bl dè volatile, balsamicum, est traumatica, aperie acrimoniam humorum demulcens, & antiscorb tica, utut temperata.

Nymphaea. *VII. Nymphaeae* flores succulenti sunt, sapo austeriusculi, & adstringentis; odoris, si recent gravis, & in recessu habent Sal. vol. temperatu ratione cujus fervorem & acrimoniam mitigant *Febribus*, *Mania & Gonorrhaea*. *Oleum* tempori illitum *Vigilias* & *Aestus* arcet.

Nuces Cupressi. VIII. *Nuces Cupressi* sunt saporis acerbi cu quodam odore resinoso & piceo. Inserviunt ad a stringendum in variis Formulis.

O.

Olea. I. OLEÆ fructus *immaturi* muriâ conditi aust sunt stomachici, *Muria* verò dat Sal egregiu diureticum: *maturi* fructus ob oleositatem Stom chum gravant. Ex maturis fit etiam *Oleum oliv rum* vulgare, quod intus, vel in Clysmate assumptu alvum solvit; à nimio tamen usu oleositate s Stomachum dejicit, & lubricum reddit, ut fac Vomitus sequantur; praeterea insignem fovet ac moniam, acidumque occultum, quo pylorum s mulando & contrahendo, Vomitus movet. Hab interim Sal volatilissimum, ex quo cum Sale Ta tari singulare menstruum paratur. Ex immatu Oleum expressum, *Omphacium* dictum, austeru est & adstringens, quod fibras roborat. Alias *Lateribus*, Oleo olivarum sufficienter impraegnati destillatur *Oleum vol.* insigniter penetrativum, qu in Tumoribus scirrhosis resolvendis optimum h betur remedium.

II. *Osmundæ* s. *Filicis ramosæ non dentatæ floridæ*, *Osmunda.*
lix filici analoga, sed temperatior & blandior, vens in mucagine nonnihil salis volatilis, sub. ris; ob quod specifica audit in Rachitide, & mperando Ulcerum acido.

III. *Ononidis* Radix odoris terrei, penetrantis, *Ononis.*
poris quoque terrei, leviter amaricantis, siccan- s, ob sal nitrosum, tartareum, blandè acutum, ido-volatile, nephritica & diuretica est, in *Dolo- bus nephriticis* primatum ducens. Paratur *Essentia* Herb. rad. & flor. in Vino malvatico digestis & estillatis, liquorem destillatum denuo super recen- m Herbam rad. & flor. digerendo, exprimendo, ostrahendo, & dein filtrando; cui additum *Sal fi- um* salsum ex capite mortuo calcinato paratum, *ssentiam* dat *lithontripticam* egregiam. *Radix* in quâ & Aceto cocta gargarisma dat, in *Odontalgia scorbuticis* Faucium *Affectibus* utile. Laudatur iam in *Sarcocele.*

IV. *Ophioglossum*, saporis terrei, nonnihil visco- *Ophioglossum.*
, blandè adstringentis, odoris nullius, ob sal tem- eratum, alcalino balsamicum existit traumaticum, landè resolvens, aperiens; in Decocto, Essentiâ, ulvere, Emplastro.

V. *Origanum* aromaticum est, saporis valdè acris, *Origanum.*
doris fragrantis, balsamici; ratione salis volatilis cris, oleosi, diaphoresin producit, cephalicum præ- erea existit, cardiacum, uterinum, in Decocto, In- uso, Aquâ destill. Oleo stillat. & Balneo. Paucum uggerit Oleum: *Creticum* tamen, quod magis ingue, plus dat Olei in retort. quod contra *Do- ores capitis* & *dentium* ipsi Caryophyllorum Oleo ræfertur.

P. I.

P.

Dactyli. I. PALMÆ fructus, seu *dactyli* sapore gau subdulci, viscoso, hincpropter succum oleo dulcem, blando sale alcalino temperatum, nutri multum, absorbent, edulcorant, alvi fluxus sist semen augent, renum vias lubricant, & acrimoni temperant in *Affectibus pectoris* & *Ardore urinæ.* *pilli* contenti cum pulpâ in fumo siccati, ad ʒß. ʒi. diureticum sunt optimum.

Papaver album. II. *Papaveris albi* capita sunt mater *Opii.* Sca tota planta (ut & omnia narcotica) succo n nihil pingui & oleoso, seu sulphureo, salibus cras & occultè acidis stipato, in quo fundatur vis n cotica. *Flores* & *capita* dolores sistunt, somnu conciliant, motus sedant, & fluxus inhibe Lympham itidem acrem & *Catarrhos* tempera *Semen* saporis viscosi, odoris nullius, ob partic las viscoso-ramosas s. oleosas, hypnoticum, an dynum est, Urinæ ardorem temperans, vesicæq Inflammationem mitigans. *Oleum* ex sem. expr sum temporibus illitum, in *Agrypniis* & *Cephalalg* optimum est remedium.

Erraticum. III. *Papaveris* erratici vis *sulphurea* & *anody* mitior est. Ejus *Flores* sunt saporis subamari, pi guis, odoris narcotici; in *Pleuritide*, *Anginâ*, *Er sipelate* & *Inflammatione* quacunque Renum & sanguinem grumosum egregiè dissolvunt. Hi *Succus*, *Aqua destill.* & *Tinctura* cum *Spiritu Sulp* sæpè usurpantur.

Parietaria. IV. *Parietaria* saporis ingrati, nidorosi, paru viscosi, odoris nullius, ob succum muriaticu salino-blandè volatilem est emolliens, aperiens, d tergens, diuretica & eccoprotica s. lenitiva; vid licet gaudet nitro à muris, in quibus cresci absorpto, & ex Calce viva oriundo; unde laxat

urinar

-inam movet, præsertim in *Hydrope*, ubi diureti-
lympham peccantem perfectissime tollunt. Hinc
-rupus ex *succo* cum *Saccharo* inspissato paratur;
& *Cataplasma* ex plantâ cum Oleo Scorpionum
-ctâ & subactâ, vel ex Decocto plantæ in Vino cum
-æpis subacto, quod applicatur in *Suppressione urinæ*.
V. *Paris herba* saporis terrei, amari, virosi, odo-
; gravis, externè in decocto vel cataplasmate, in
-umoribus malignis, & *Inflammatione*, præsertim
-roti, laudatur. Denique in *Cancro occulto* folia
-ntusa in mortario plumbeo, & imposita con-
-runt.

VI. *Pastinaca* cum *Apio* conspirat. *Pastinaca.*

VII. *Pentaphylli* radix saporis parum adstringen- *Pentaphyllum.*
-s primò, ac dein incidentis, odoris nullius, vel
-rrei, propter sal acido-austerum, tartareum merè
-dstringens est.

VIII. *Perfoliata Herniis* internè & externè succur- *Perfoliata.*
-it. Ejus *semen*, odoris nullius, saporis terrei, sub-
-cris, ratione particularum salino-terrestrium, vis-
-osarum, vulnerarium, detergens & consoli-
-ans est in *Pulvere*, *Decocto*, & *Emplastris*.

IX. *Persica* succulenta sunt, adeo ut propter *Persica.*
-ciliorem fermentationem *Diarrhœas*, ac nimiope-
-: comesta *Dysenterias* ipsas excitent. Flores eo-
-um sunt saporis subamari, pinguis, odoris grati
. suavis; sale pollent acri purgante; hinc ex illis
-ore madentibus paratur *Syrupus* blandè laxans.
Conserva Florum *Lumbricis* inprimis opponitur.
Nuclei saporis & oleositatis amaricantis, in Emul-
-onibus diuretici sunt, ut & anodyni, Oleum enim
-orum expressum temporibus illitum, & internè
-osæ *Emulsiones*, *Cephalalgiam* pellunt. Cæterùm
Oleum ex nucleis expressum cum Florib. digestum
: colatum, ad *Aurium affectus* commendatissimum
est.

eſt. *Cortices* lapidoſi, Nucleum ambientes, aliud ſunt, quàm ligna duriuſcula; *Spiritus* en & *Oleum* fundunt, illis Lignorum ſimillima.

Perſicaria. X. *Perſicaria*, ſaporis acris, mordacis, tan lum urentis, penetrantis ac reſolventis, habet volatile, alcalinum, inſigniter acre, particulis no nullis terreſtribus involutum; incidens, hinc, ſolvens, diſcutiens, extergens, diureticum, tione cujus coagula quæcunque p. n. potenter ſolvit, & per urinam evacuat. Hinc Aqua è plan recenti cohobatâ *Calculum*, *Tormina*, *Scorbutu* *Hypochondriacum malum*, & omnes *Morbos chro cos* pellit. Planta per Aquam frigidam tracta, *V ueri* impoſita, deinde ſub fimum ſepulta, *Vuln* magneticè curare dicitur. *Contuſiones* etiam qu cunque, & *Odontalgiam* eodem modo curatas e obſervatum eſt.

Petaſites. XI. *Petaſiditis* Radix acris & reſinoſa inſig alexipharmacum eſt, odoris fragrantis, aromati ſaporis aromatici, ſubdulcis, vel amaricantis, ga det particulis ſalino-ſulphureis, balſamicis, & hi ſudorem pellit; in *Aquis deſt. Decoct. Eſſentiâ*, *Extracto*.

Petroſelinum. XII. *Petroſelini* folia recentia ad *Chærefoliu* accedunt, & ſimiliter vi diureticâ pollent ratio ſalis volatilis nitroſo-oleoſi. Sed & *Semen* ob volatile, acido-ſalſum, Urinam & Calculos pe lit, Renes obſtructos aperit, apertos deterget. Qu & cunctis *Morbis chronicis* ſuccurrunt, & lactis gr mos impediunt. *Folia ſiccata* infuſa, vel exter applicata lac diminuunt. Sanè *Petroſelinum* ſiccu Maſſam ſanguineam purificat, & externo uſu *Ulce* mundificat.

Peucedanum XIII. *Peucedani* radix reſinoſa, ſaporis ſubacr ſubamari, reſinoſi; odoris piceo-graviuſculi,

ſulphure

sulphurei; pollens sale fixo, acriusculo, cum pauco sale volatili balsamico, resinæ incluso, cujus Pulvis Ossium Cariei inspersus medetur.

XIV. *Pimpinellæ* radix saporis subamari, blandi subadstringentis, in recessu acriusculi, odoris nullius, vel acidiusculi penetrantis; ob sal acidulum volatile, nonnihil sulphureum, incidens existit, aperiens, nephritica, lithontriptica, diuretica, hepatica, splenetica, specifica ad Sanguinis fluxum, quin imò Massam sanguineam purificans. *Pimpinella.*

XV. Pinus sylvestris *Abieti* cognata est; nisi quod *Abies* sit strobilifera, *Pinaster* verò conifera; quin & *Abies* folia ex adverso, *Pinus* verò utrinque & ex omni parte sita habet. *Pinus.*

XVI. Pinus domestica Nuces suggerit, & in iis contentos *nucleos* oblongos, candidos, pingues, inclusos mediante rutilâ tunicâ ossiusculis crassis & duris in turbinato & squamato cono dispositis, saporis subdulcis, nauseosi, odoris nullius, quorum virtus in substantiâ oleosâ temperata, admodum mucilaginosâ & nutritivâ consistit; unde *Emulsiones* ex illis, ut & *Oleum expressum* insigniter emaciatos nutriunt, & in Re venereâ *Semen* egregiè augent: specificè quoque commendantur in temperanda lymphâ acriore, stillante in pectus, ut & in mulcendo acido, Stranguriam vel Dysuriam causante. *Domestica.*

XVII. Piper album & *nigrum* non differunt specie, cum omnia grana, dum immatura, viridia sint, matura verò nigra evadant, sicut in *Baccis Juniperi* observamus. Vis ejus in Sale volatili acerrimo parum oleoso consistit; hinc cruditates acidas, in specie illas post crapulam, in Stomacho destruit. Grana integra deglutita æquè efficacia sunt, atque pulverisata; ipsa enim Aqua communis volatilem vim aromaticam facilè extrahit. Præte- *Piperitis.*

rea omnia *Aromata*, in pulvere diu servata, substantiam volatilem amittunt, & ita minus efficacia fiunt. Cæterùm in *Colicâ* & rigoribus *Quartanarum* supprimendis grana integra cum *Spiritu vini* commodè propinantur. Externè *Piper* usurpatur in Apophlegmatismis & Sternutatoriis, ubi acri remedio opus est.

Piper. XVIII. *Piperitis* ob sal volatile alcalinum, acutum saporem habet acrem, penetrantem, Piperi non cedentem. Masticata vel Vino infusa cruditates viscidas & acidas absumit, & ita Appetitum conciliat. *Folia* in Scorbuto pariter conveniunt.

Pistacia. XIX. *Pistaciarum* nuclei cum *Pineis* conveniunt, saporis enim & oleositatis existunt subdulcis; multumque succi nutritii exhibent.

Plantago. XX. *Plantago terrestris* saporis est nonnihil amaricantis, insipidi & adstrictorii, unde *Fluxus* quoscunque sistit. *Succus recens* in *Vulneribus* cutaneis, cum *Inflammatione* junctis, tam internè quàm externè convenit. Paratur Syrupus ex foliis cum Radice Symphyti maj. in *Vomitu* vel *Mictu sanguinis* & *Hæmorrhagiis* quibuscunque, egregius. Ulterius planta hæc in Jusculis consuetis coquitur pro sanatione *DiarrhϾ* & *Dysenteriæ*.

Aquatica. XXI. *Plantago aquatica* acerrima est in variis Regionibus, in Helvetiâ mitis, sed tamen propter sal acre, volatile, nonnihil balsamicum, antiscorbutica ac diuretica est, atque contusa Vesicas externè excitat, præprimis in Hydropicorum pedibus tumentibus, qui hinc aquas emittunt cum insigni levamine. Pulsibus applicata vi causticâ *Febres intermittentes* curat. Internè *Scorbutum* tollit, & Urinam ciet.

Pæonia. XXII. *Pæoniæ* radix, odoris fragrantis, penetrantis, & graviusculi, si recens sit, nullius autem, si

siccata

ccata fuerit, aliàs saporis, si recens, subacris, subulcis, & cum levi quadam amaritudine, in recessu stringentis, propter sulphur anodynum, blando le volatili acidulo mixtum, antispasmodica est, ntepileptica, anthelmintica. *Essentiam & Aquam* at contra *Morbos convulsivos*; colligenda tamen, uando Sol versatur in caudâ Leonis, die Solari ensis Julii. Semen ingreditur Emulsiones contra *pilepsiam & Puerorum horrores* nocturnos.

XXIII. *Polygoni* herba virtute salis austeri, aci-i, terrestris, viscosi, saporis terrei, adstringentis, bamari, incrassans, fluxus sistens, & adstringens udit; hinc ejus decoctum *Hæmorrhagias* sistit, & Iammis applicatum Lac inhibet. *Polygonum.*

XXIV. *Polygonati* Radix in recessu acrimoniam abet, & de Sale volatili participat, unde in usu cosnetico primatum ducit. Cum Vino & Aquâ cocta *Maculas* cutis *& Contusiones* abigit. Quin & post neptam Venæsectionem nihil melius est Cataplasma- e ex Radice cum Vino subactâ, quoniam acre mitigat. *Polygonatum.*

XXV. *Polypodii* radix saporis subacris, dulcis, non dmodum jucundi, quodammodo adstringentis, doris nullius; ob sal subacido-viscosum, acriusulum, inter aperientia, deobstruentia, & lenissimè urgantia numeratur. *Polypodium.*

XXVI. *Poma*, in specie *Borsdorfiana*, acidum emperant, alvum laxant, & effervescentias hypo-hondriacas solvunt. Unde *Extractum Martis* cum lorum *Succo* in Vino solutum addito *Crem. tartari*, *Hypochondriacis* gratum & efficax est remedium. *yrupus de pomis* Pueris in alvo obstructâ una cum *Oculis Cancrorum* conducit. Externè Aqua destillata contra *Gangrænam & Ulcera maligna* magni est monenti. In *Inflammatione Oculorum* nil melius est *Cataplasmate Pomorum* putridorum, cum *Camphora*, *Poma Borsdorfiana.*

 quæ

quæ resolvunt & sistunt Dolores æquè ac Tumor

Populus. XXVII. *Populi* gemmæ nigræ anodynæ su Externè *Oleum & Unguentum* in *Cephalalgiis & Membris paralyticis* adhibentur.

Porrum. XXVIII. *Porrum* cum *Allio* convenit in omnib

Portulaca. XXIX. *Portulacæ* succus occultum habet alc blandum, unde effervescentiam acidi vel bilis *Hæmorrhagiis, Sputo cruento & Ardore urinæ* temp rat. In *Hæmodiâ* Planta dentibus affricata, & *Succ* illitus optimum sunt remedium.

Primula veris. XXX. *Primula veris* saporis viscosi, subama balsamici est, ac ob particulas salino-sulphurea blandas, balsamicas, gaudet vi blandâ anodyná, und Flores inter articulares numerantur.

Prunella. XXXI. *Prunella* sale gaudens nitroso-bland alcalino, viscoso-balsamico, vulneraria est, exte gens, discutiens; inservit pro gargarismate in *Affectibus oris*, addito Phlegmate Vitrioli vel Nitri.

Pruna damascena. XXXII. *Pruna Damascena* dulcia, saporis sunt sub dulcis, in recessu tamen acriusculi.

Pulegium. XXXIII. *Pulegium* respectu salis volatilis oleo fragrantis, est attenuans, resolvens mucaginem Pectori inhærentem, uterinum, menses movens aromaticum, *Secundinas, &c.* expellens: extern adhibetur in Cataplasmate ad *Podagram*, & in *Affectibus diureticis.*

Pulmonaria XXXIV. *Pulmonaria* ob sal tenue alcalinum subadstringens, incidens, est absorbens, consolidans, in Affectibus Pulmonum specifica, adeoque verè vulneraria, unde ad *Sanguinis sputum, Ulcera Pulmonum*, aliarumque partium, conducit.

Pyrethrum. XXXV. *Pyrethrum* acerrimum est, odoris nullius, ob sal acrius volatile alcalinum sudorifica, s. diaphoretica, penetrans, irritans, & errhina deprehenditur. In *lethargicis Affectibus* cataplasmata &

clysmata

ysmata fortiter stimulantia ingreditur; imò inter idorifera numeratur. In *Odontalgiâ* Radix masti- ta Lympham incidit & elicit. Alias & pulvis ex yrethro, Gallis, & Alumine concinnatus, *Paralysin* *Stuporem* membrorum sanat.

XXXVI. Pyrola, ob sal alcalinum, occultè vola- ile, balsamicum, est traumatica, detergens, con- olidans; in *Essentiâ, Infuso, Decocto, Emplastro.* *Pyrola.*

Q.

Quercus folia ob sal acido-vitriolicum, blan- dum, terrestre, viscosum, aut mucilaginoso- alsamicum, adstringunt, extergent, consolidant, nflammationibus medentur. In *Dysenteriâ* lauda- ır, ubi & *Uva* ejus tempore verno collecta sin- ulare est specificum. *Folia* & horum destillata qua in *Uteri Hæmorrhagia* laudantur. *Glandes & Gallæ* sunt tubercula excrementitia, rotunda, uno oramine pertusa, intus fungosa & carnosa; sapo- is austeri & adstringentis; odoris fatui, quæ inpri- nis adstringendo excellunt, & simul vi alcalinâ estruunt acidum, quod impedimento erat conso- idandis *Vulneribus*. *Viscus* in ea reperitur, qui post orylinum optimus est, in curandâ Epilepsiâ ad i. usurpatus. *Viscus* autem iste *Quercinus* sunt ar- uscularum Quercubus innatarum ramuli lignei, igiti crassitie, ramosi & nodosi, includentes sub ortice tenui fusco materiam lignosam, saporis ubadstringentis, odoris nullius. Ratione terrearum articularum, acida absorbentium, & nimium san- uinis motum sistentium, vim habet Fluxus quales- unque sedandi, Obstructiones reserandi, & Convul- ionibus medendi. *Lignum* dat Spiritum acidum onnihil adstringentem. *Quercus.*

R.

Raphanus. I. RAphani orbicularis succus impraegnatus Sale volatili acri admodum copioso; unde V mitus interdum ciet. Si edatur, cum Sale as mendus, quia acidum Salis acrimoniam Salis volati destruit & quasi figit. Certè in Stomachi mu incidendo, & inde frequenter oriunda *Tussi*, ite in ciendâ *Urinâ & Calculo* pellendo, Succus mi bilis est. In *Cephalalgiâ* cum *deliriis* junctâ ip *Raphanus* plantis pedum commodè applicatur.

Rapum. II. *Rapi* Radix gaudet succo nitroso temperat unde Urinam acrem temperat; & Tussim à lymph acri oriundam mitigat. Externè contra *Pernion* decoctum Raporum, vel aridorum, vel frigore ant conglaciatorum, commendatur.

Rhodia radix. III. *Rhodia* Radix Oleum reddit odorum. Plan contusa sub formâ Cataplasmatis fronti circump nitur, in *Cephalalgiis chronicis*. *Lignum Rhodiu* propter sal volatile oleosum fragrans ad odorife fragrantia externè desideratum in Corde roborand Spiritibus refocillandis.

Rhaponticum. IV. *Rhaponticum* est acre amaricans, adeoqu grumosum sanguinem resolvit in Casu ab alt Hæmoptysi, &c.

Rhus. V. *Rhus coriaria* in semine sive granis orbicula tis, parvis, rubentibus, saporis austeri, terrei, acid adstringit, internè & externè, in specie in *Proci dentiâ* utile.

Ribes. VI. *Ribes* rubræ cum *Berberibus* conveniunt: *alb* quoque ob succum acido leniter volatili sale stipa tum, refrigerant, sitim extinguunt, æstum humo rum temperant. In *Succo, Syrupo, Roob, Conditurâ Julepis &c.*

Rosæ incarnatæ. VII. *Rosæ domesticæ incarnatæ* habent sal nitro sum acriusculum, blandè sulphureum, hinc refri gerant;

gerant, emolliunt, laxant, & cardiacæ ſunt. Unde earum vis conſiſtit in ſubſtantiâ volatili ſpirituosâ, admodum mercuriali, nihil tamen Oleosâ, odor ejus facilè perit. Vi analepticâ inprimis claret, in quem finem *Spiritus* & *Aqua* proſtant. Si rore matutino humidæ colligantur, vim habent laxativam, unde *Syrupus* Roſarum *laxativus* proſtat; & apud nonnullos *Conſerva laxativa.* Cæterum vi ſpirituosâ diſſipatâ adſtringunt. Unde *Conſerva*, & *Syrupus* in *Phthiſicis* uſitata ſunt.

VIII. *Roſæ rubræ* ſunt ſaporis viſcoſi, ſubadſtringentis, odoris lenis non ingrati. Inde paratur *Conſerva* roborans, adſtringens, ſtomachica; nec non *Infuſum* loco *Thée* foliorum cum aliis. Etenim ob particulas ſalino-terreſtres, acido-auſteriuſculas, parum ſulphureas, ac leniter adſtringentes, ſedant Hæmorrhagias, alioſque Fluxus, Capiti & Cordi conveniunt. *Rubra.*

IX. *Roſæ albæ* ob ſal acidulo-volatile, blandum, nonnihil viſcoſum, refrigerant, ardori & Inflammationi Oculorum medentur; in *Aquâ deſtillatâ* extus præcipuè adhibetur. *Alba.*

X. *Ros Solis*, inprimis *Succus* illi inſidens, habet Sal ſulphureum in ſe concentratum, qui *Oculorum Inflammationibus* externè ſuccurrit. *Aqua cum vino deſtillata* inſigne eſt reſtaurativum. *Ros ſolis.*

XI. *Roſmarini* vis conſiſtit in Sale volatili oleoſo; unde Utero & Capiti dicatur. Contra *Morbos convulſivos* & *paralyticos* multum valent ejus Decoctum & Eſſentia, *Aqua Reginæ Hungariæ* dicta. Deinde contra Sterilitatem & ad roborandum Uterum decantata eſt hæc Herba. Guttas aliquot *Olei Roſmarini Tertianas* curâſſe refert *Pauli.* *Roſmarinus*

XII. *Rubiæ Tinctorum* radix oblonga, tenuis, nodoſa, geniculata, intus & extus rubra, ſaporis ex *Rubia.*

 dulci

dulci ſubamari, in receſſu tantillum adſtringent: odoris nullius, propter ſal alcalinum, ſubtile, te: reſtribus ſociatum, detergens, acidum corrigen traumatica, diuretica, & emmenagoga eſt, in *Ca* grumoſum ſanguinem reſolvit, & urinam ciet.

Rubus vulgaris. XIII. *Rubi vulgaris* folia in Vino decocta, pr lotione *Vulnerum* meritò inſerviunt. Fructus im maturi, *Mora* dicti, vulnerarii ſunt internè & ex ternè.

Rubus idæus XIV. *Rubi idæi* fructus ſucco gaudet copioſo aci dulo, blando, aromatico, adeoque vi analeptica.

Ruſcus. XV. *Ruſci* radix ſaporis terrei, acriuſculi, ſub dulcis, quandoque amaricantis, tenuis, odoris nul lius, ob ſal alcali, acriuſculum, blandè volatile oc cultum, aperitivâ, deobſtruente, diureticâ, & trau maticâ virtute gaudet. In *Infuſis*, ac *Decoctis*.

Ruta hortenſis. XVI. *Ruta* pollet odore nitroſo, & oleoſitate anti-venereâ, inprimis autem ſale volatili acidulo-oleoſo, unde alexipharmaca, antepileptica, antiſpaſmodica, hyſterica, cephalica, carminativa eſt & anodyna. Externè Oculis inflammatis ſuccurrit; vel contuſa Capiti applicata contra *Cephalalgiam febrilem* valet.

Muraria. XVII. *Ruta muraria* Sal volatile habet, acriuſculum, auſteriuſculum, balſamicum, abſorbens, edulcorans, antathrophum, unde in *Morbis chronicis*, & in ſpecie in *Scorbuto*, optima eſt.

S.

Sabina. I. SAbina pollet ſapore acri, odore gravi, nonnihil reſinoſo; ſalia ejus tam fixa quàm volatilia videntur reſinâ quadam eſſe concluſa; hinc illius vis conſiſtit in Oleoſitate volatili acri. Internè in *Vino* cocta *Menſes* pellit. *Succus* cum *melle* miſtus purificat, & *Vulnera* manantia optimè curat. Externè umbilico imponitur *Pulvis*

Sabinæ

..bina cum *Melle* in *Nucis Juglandis* medietate, contra Lumbricos, in specie umbilicales.

II. *Salvia* vi salis volatilis oleosi penetrantis, & fragrantis acris, Capitis affectibus medetur, uterina ..st, Venenis resistit, nervos roborat. In Vino, Cerevisiâ, Oleo, Decocto, Infuso, Cucupha, Balneis. *Salvia.*

III. *Salicis* folia Infantum *Ariduras* & *Tabem* curant. Succus ex tenellis Salicibus incisis in placentulas cum pane formatus, Libidinem egregiè ..rcet. *Salix.*

IV. *Sambuci* flores sudoriferi sunt, saporis subacris, nonnihil pinguis, odoris debilis; pollent hinc sale blandè volatili, penetrante ac discutiente; in Lacte cocti *Erysipelati* succurrunt internè, item & externè si Spiritu Vini irroretur eorum Pulvis. Quin & vi anodynâ & discussivâ externè commendatissimi sunt. *Baccæ* saporis sunt acris, aciduli, & dant Spiritum inflammabilem per fermentationem. Expressæ dant *Roob*, alexipharmacum egregium in *Febribus malignis* & *petechialibus*. Ex hoc Roob elicitur *Essentia*, cujus dosis cochl. 1. in *Passione hystericâ*. *Tragea* ex iisdem granis in *Dysenteriis* paratur egregia. Ex *Semine* exprimitur *Oleum* & ad ℈i. datur. *Cortex interior* ad ℥ß. Vino infusus Aquas purgat. Spongiæ in Aquâ appropriatâ infusæ *Aphthis* & *Oculorum Affectibus* succurrunt. *Medulla* arboris Urinam egregiè ciet. *Auricula Judæ*, Holderschwämlin/ est Concretum fungosum, è trunco Sambuci enascens, leve, spongiosum, coriaceum, seu membranaceum firmum, supernè cinerea, infra nigricans, saporis terrei & aquosi, odoris nullius: ingreditur Gargarismata, tanquam potens adstringens, absorbens & refrigerans contra Inflammationes, Aphthas, Erysipelata, cum *Aqu.* *Sambucus.*

Flor. Sambuci, & paucâ *Camphorâ*, aliàs venen

Sanicula. V. *Sanicula* eſt ſaporis leniter adſtringentis, ſ amari, odoris nullius; virtutem habet non ſol vulnerariam, ſed etiam antihecticam, acido reſiſt tem, idque propter ſal alcalinum, blandè balſa cum, ac terreſtre.

Sanguiſorba VI. *Sanguiſorba Pimpinella*, ob ſal alcalinum bl do-volatile & alcalinum, ſulphureum, traumati cardiaca, abſorbens, edulcorans, aperiens, ſple tica & ſtomachica eſt, in *Dyſenteriâ*, *Menſium f xu nimio &c.* uſurpari ſolet cum fructu.

Santalum. Vid. *Lignum Sant.*

Semen cynæ. VII. *Santonicæ* ſ. *Cynæ* Semen, ſaporis ama odoris nullius, vi ſalis volatilis tenuis, ac ſulphu amaricantis, anthelminthicum ſpecificum eſt, *Confectione*, *Pulvere*, *Decocto*, &c. Præprimis *in Aq Zedoar.* propinatum *Vermes* enecat.

Saponaria. VIII. *Saponaria* ob Sal nitroſo volatile blandum & nonnihil viſcoſum, interdum additur *Decoct antivenereis.* In *Scabie* Folia Floresque in deco pro lotione & coſmetico adhibentur.

Sarſaparilla. IX. *Sarſæparillæ* radix calami craſſitie, longa, ſa mentoſa, ferè enodes, foras rugoſa ſtriata, ex flav pallida, intus candida, farinacea, ſaporis ſiccanti odoris nullius evidentis, ob ſal occultum volatil acidulum, terreſtrioribus alcalinis particulis, ſul phureiſque intimè combinatum, aperiens eſt, ſiccans Cacochymiam ſalſo-muriaticam, ſcorbuticam, ſca bioſam, atque veneream emendans, & ita ſangui nem purificans, in *catarrhalibus*, *venereisq́; Morbis* & pro ſcopo ſudorifero qualicunque admodum conducit.

Saſſafras. X. *Saſſafras* reſpectu ſalis volatilis aciduli, oleoſi fragrantis, terreſtrioribus firmius implicatum, ſic cans eſt *Lignum*, mundificans, antiſcorbuticum

anti-

nticolicum, diureticum, antivenereum, deobſtruens, quin & vi ſudoriferâ pollet, atque hinc in *Petechialibus* optimè uſurpatur. Paratur inde *Tinctura* cum *Aqua* ſpirituoſa *Serpilli*, quæ Lympham egregiè corrigit & Stomachum laborat.

XI. *Satureja* eſt ſaporis & odoris ad Serpillum accedentis, ſed jucundioris. *Satureja*

XII. *Satyrii Radix* ſaporis viſcidi, ſubdulcis, odoris nullius, recens ob ſuccum chyloſo-ſpumoſum, ſubdulcem, occulto ſale volatili muriatico, acriuſculo præditum, aphrodiſiaca, hinc *condita* Venerem ſtimulat. Pulvis autem analepticus eſt, & *Memoriam* confortat. *Satyrium maculoſum* coſmeticum eſt. *Satyrium.*

XIII. *Saxifragia alba*, odoris nullius, ſaporis acriuſculi ſubdulcis, ob particulas ſalino-nitroſas, ſubtiles, terreſtribus alcalinis miſtas, ac penetrantes, eſt diuretica, Calculos & Sabulum pellens; in *Decoctis*, *Infuſis*, *Elixiri*, *Spiritu*, *Pulvere* &c. *Saxifragia alba.*

XIV. *Scabioſa* propter particulas alcalino-ſalino-volatiles blandas, ac viſcoſas eſt ſudorifica, expectorans, diaphoretica, cardiaca, Venenis reſiſtens, hinc in *Pleuritide*, ut & omni *Abſceſſu* interno ſuppurato par non habet, inprimis Aqua & *Syrupus*. Etiam alexipharmaca eſt, in *Tuſſi epidemica* & *Variolis*, ubi Pulmones afficiuntur, egregia. Denique vulneraria eſt, & paratur inde *Balſamus*, qui *Vulnera recentia* optimè conſolidat. *Scabioſa,*

XV. *Schœnanthum*, eſt ſaporis acris, amaricantis, ſuavis; odoris fragrantis & jucundi. *Schœnanthum.*

XVI. *Scolopendrium verum* plantula eſt rara, aliàs *Aſplenium*, vel *Ceterach* officinis, ſaporis terrei, alcalini, leviuſculè acris, ſimilis *Capparibus*, modò minus oleoſa, nitroſa tamen, unde in *chronicis* & *quartanis Febribus* decocta ingreditur. *Vulgare* *Scolopendrium.*

Scolopendrium, s. *Phyllitis*, vel *Lingua cervina* Offi[cin.]
vi salis alcalini, terrestris, magis fixi, parum su[l-]
phurei, splenica est, antihectica, & antiscorbutic[a]
in *Decocto* vel *Infuso*. Saporis aliâs terrei, subacri[s,]
nonnihil viscosi, odoris terrei.

Scordium. XVII. *Scordium* est saporis acris, amari; odor[is]
Alliorum; adeoque sale tam fixo, quàm volati[li]
penetrante gaudet; hinc ferè cum *Allio* conspirat
unde in *Febribus malignis* adhibetur; *Vermibus* m[i-]
rè resistit, & *Ulcera putrida* curat, corruptionem e[o-]
rum corrigendo.

Scorzonera. XVIII. *Scorzonera* alcalina est & temperata:
odoris nullius, saporis dulcis, tantillum viscosi
propter sal blandum volatile, alcalinum, balsami[-]
cum, subdulce, alexipharmaca, aperiens, edulco[-]
rans, & cardiaca audit, leviter sudorem movet:
adeoque in *Variolis* nil præstantius.

Scrophularia. XIX. *Scrophulariæ* Radix odoris tetri, fœtentis;
saporis acriusculi, aromatici, ob sal volatile acrius-
culum, alcalinum, validè pituitam incidit, resolvit,
discutit, hinc in Pulvere ad ʒi. contra *Strumas*
propinatur. Vino infusa *Hæmorrhoides dolentes* ju-
vat. Externè ex Rad. succulentâ cum Butyro con-
tritâ, in fimo sepultâ, deinde liquefactâ & colatâ
cum Pinguedine humanâ, Unguentum dat contra
Hæmorrhoides optimum. Observavi etiam, quod Ra-
dix lumbis appensa *Hæmorrhoides* juvet.

Scylla marina. XX. *Scylla marina* odoris nullius, saporis visci-
di, acris, amari, acerrima est, adeo ut pustulas ex-
citet. Vis ejus inSale volatili acri consistit, unde mu-
cilaginem & omnem materiam viscidam, præprimis
biliosam, incidit, *Appetitum* excitat, & à *Peste* præ-
servat ejus *Acetum* ex infusione paratum; quod &
in *Affectibus soporosis* tam internè quàm externè na-
ribus admodum convenit.

XXI.

XXI. *Sebesten* cum *Jujubis* conveniunt. Lym- *Sebesten.*
ham acrem temperant, & in usu sunt diuretico.

XXII. *Secalis Furfures* in *Cataplasmate* vel *Sac-* *Furfur.*
ulis cum Aceto ebullitis, Ano admoti Intestina
bstergunt. *Panificii* alias artificium consistit in
ermentatione Secalis. Dum enim per Aquam
ffusam excitantur Salia fermenti & farinæ, fit mo-
us fermentationis, quâ omnis mucilago resolvi-
ur, & Sal cum Aquâ in Spiritum volatilem abit, Sto-
nacho gratissimum; ratione cujus *Panis* ritè fer-
nentatus nunquam nauseam movet. Tostio in
ibano facit ut Salia illa, nondum penitus spiritua-
sata, remaneant in concreto cum sapore acidulo
olatili. Panis denuo fermentatus dat *Spiritum volati-*
m, per se autem *Spiritum acidum*. Fit & *Essentia panis*
x crustis Vino generoso infusis & destillatis, unde
rimò *Spiritus*, & ultimò ascendit *Oleum rubrum*
legantissimi saporis, pro *Appetitu dejecto*, aliisque
tomachi affectibus egregium.

XXIII. *Sedi majoris* succus alcali temperatissimo *Sedi majoris*
urget, unde æstum temperat, & in *Prunellâ* vel so-
us, vel cum *Sale ammoniaco*, vel cum Aqua pro-
ria pro Gargarismate commodè usurpatur. Item
um Nitro plantis pedum, vel volis manuum fre-
uenter applicatus æstum egregiè mitigat. Contra
Ebrietatem & *Hæmorrhagiam narium* cum Nitro &
Aceto vini scroto alligatur; qui & in *nimio Men-*
um fluxu Mammis adhibetur.

XXIV. *Serpillum* admodum aromaticum est, sa- *Serpillum.*
oris acris, aromatici, penetrantis, odoris fragran-
is, sale gaudens oleoso, balsamico, unde ex Herbâ
ore madente, cum Vino generoso digestâ per 14.
ies, destillatâ & super recenti herbâ cohobatâ,
rodit Aqua spirituosa diuretica, in *Affectibus ca-*
arrhalibus & *menstruosis* egregia.

XXV.

Sigillum salomonis. XXV. *Sigillum Salomonis*, saporis viscidi, acri: odoris nullius, propter sal viscosum acre, volati le, alcalinum, incidit, aperit, attenuat, exterget, vu nerarium est, acidum putrefactivum corrigit, Sci rhos resolvit, verminosa Ulcera, ac Fistulas sana

Siliqua. XXVI. *Siliquæ* substantia dulcis contusa, & ebu lita cum Aqua Nymphææ contra Tussim laudatu Et lignea ejus Capsula in pulvere sumta *Sod* medetur.

Sinapi. XXVII. *Sinapi* cum *Erucâ* convenit. Vide *Eruc*

Solanum. XXVIII. *Solanum* respectu particularum salino crassiorum, impuro sulphure resinoso mistarum traumaticum, anodynum, & narcoticum est: in ternè non nisi in Aquâ destillatâ usitatum, qu paregorica est, & ad uncias tres quotidie bibi potest Externè folia contusa *Erysipelati*, *Cancro occulto* me dentur, & Capiti, contra *febrilem Ardorem*, applicata conducunt.

Sorbi. XXX. *Sorbi torminalis Baccæ immaturæ* in Pulv ad ℥i. *maturæ* in Succo inspissato, ad sedandas *Diarrhœas* exhibentur.

Spica. XXX. *Spicæ* omnes saporis acris, subamari, odoris fragrantis, sale volatili oleoso pollentes, *aromaticæ* sunt & *cephalicæ*, insigniter *oleosæ*. Unde penna *Oleo Spicæ* illita & Faucium tunicæ applicata Aphoniam curat. In *tendinum Morbis* nil melius *Oleo* vel internè ad gut. vi. vel externè cum *Spiritu Vini* crebrius illinendo. *Summitates* & *Flores* sunt admodum in usu cephalico, sapore pollentes acri, amaricante, odore fragrante balsamico, hincque sale volatili oleoso, penetrante. Externè *Oleum* capiti inunctum Pediculos fugat, noxam à Mercurio illatam corrigit; in *hystericis Passionibus* Umbilico illitum juvat.

Spinachia. XXXI. *Spinachia* abundat succo copioso, nonnihil

salino-nitroso, hinc *Alvum* laxat & emollit.

XXXII. *Staphisagria* odoris nullius, saporis *Staphisagria*
mari, propter sal acre parum oleosum pediculos
cat, & scopo inservit laxativo. In Lixivio
cta, & in Linimentum redacta *Pediculos* & simi-
fugat.

XXXIII. *Stœchas citrina* capillos colore flavo *Stœchas citrina.*
igit. *Arabica* habet odorem vol. qui magis de
le quam de Oleo paticipat: & omnes Compo-
iones cephalicas, inprimis pro *Senibus* & *Uteri*
fectibus, ingreditur. Virtute aromaticâ *Hyssopum*
cellit, unde & pectoralibus sæpissimè admiscetur.
œchadis Flores sunt saporis acris, amari, gravius-
li; hincque gaudent sale volatili aromatico, in-
lente & roborante.

XXXIV. *Succisa* vi alexipharmacâ & blandè dia- *Succisa.*
aoreticâ *Scabiosæ* præfertur; propter particulas al-
lino-salino-volatiles, blandas & viscosas diapho-
tica est, cardiaca, alexipharmaca, & sanguinem
umosum dissolvit. Externè Gargarismata mun-
ficantia ingreditur.

XXXV. *Symphyti* s. *Consolidæ majoris* Radix par- *Symphytum.*
culas gerit salino viscidas, mucilaginoso-balsami-
s, emollientes, vulnerarias, subadstringentes, unde
poris est mucilaginosi; odoris nullius. Hinc ejus
s consistit in substantia mucilaginosâ, glutinosâ
temperatâ: emolliens Decoctum ejus contra
æmoptysin & *Sanguinis concretionem* laudatur; in-
rea tamen non nimis diu coquatur, aliâs Decoctum
valde viscosum. Externè *Mucilago* applicata
ulnera consolidat, & *Hernias* optimè curat. In
ontusionibus partium, maximè nervearum, vel
eptâ Venæsectione accedente tumore, Radix vel
pulvere vel cum Vino calido in formâ Cataplas-
atis applicata, *grumosum Sanguinem* egregiè dis-
solvit.

ſolvit. *Emplaſtra* etiam vulneraria ingreditur.

T.

Tamarix. I. T*Amariſci Cortex* ſaporis acris, amari, cum vi adſtrictione; in Infuſis vel Decoctis tarrhalibus & hypochondriacis, ligno Saſſafras cedit.

Tanacetum. II. *Tanacetum* Planta eſt ſaporis acris, aromtici, & amari, odoris fragrantis & gravis; adeo ſale pollet volatili oleoſo, amaricante, acri, ſpituoſo, cujus intuitu valet contra Febres, Cephlalgiam, Vertiginem, Paſſionem hyſtericam, & Clicam flatulentam. Inprimis verò ejus *Semen* *Flores* contra *Lumbricos* loco *Santonici* ſubſtitu admodum conducunt; unde *Aqua* ejus, & *Ole* ibidem uſurpantur, ut & contra *Affectus uterinos*

Taraxacum III. *Taraxacum* amaricante ſucco, ſal fixum, troſo-ſulphureum, acriuſculum continente turg atque hinc diureticum, diaphoreticum, ſtomachicu bilis & ſanguinis æſtum temperans audit; quod *Pleuritide* aliiſque morbis grumos ſanguinis optim diſſolvit, externè Viſum clarificat, & Tunica corneam abſtergit Oculis inſtillatus, quin & ad *U cera putrida* poſt *Nicotianam* omnibus præfertu Planta contuſa Oculorum vel Capitis morbis afflict congruè applicatur.

Thée folia. IV. *Thee* folia ſunt ſaporis ſubacris, ſubama aromatici, leviter adſtringentis; odoris blandi grati, fœnum recens æmulantis. Horum vis i ſale volatili blando aromatico potiſſimùm conſi ſtit, acida quævis diſſolvente, & per Urinas edu cente. *Infuſio* potum præbet leniter aromaticum, q decoctum *Majoranæ* repræſentare videtur, ſi defi ciat odor. Hic potus digeſtionem primam roborat *Somnolentiæ* & *Vertigini* reſiſtit, *Memoriam* confor tat, & Maſſam ſanguineam per Urinam purificat

und

unde Chinenses certam illi tribuunt *Calculi* & *Podagræ* curationem. Ego profectò illo opus non esse arbitror, sed *Rorem marinum* illi substitui posse credo, qui paribus Virtutibus stomachicis & cephalicis pollet.

V. *Thymus* ob sal volatile oleosum, aromaticum, acre & fragrans cum *Serpillo* convenit, odoris tamen gratioris. *Thymus.*

VI. *Tiliæ* flores sunt saporis acris, subamari, odoris grati, aromatici; habent sal volatile blandum in temperatâ mucilagine, & vi antepilepticâ pollent. In Ligno *Viscus* reperitur *Visco quercino* vi dictâ non inferior. *Succus* ex Radice expressus idem præstat. *Folia* in lacte cocta *Tenesmum* curant. *Carbo Tiliæ* ex ligno combusto ad resolvendum *Sanguinem grumosum* adhibetur. *Tiliæ flores.*

VII. *Tormentilla* saporis terrei, adstringentis, odoris nullius, propter particulas terrestres, sale acido-austero impraegnatas, adstrictoriâ & siccante virtute præditas, putredinem verminosam destruit, alexipharmaca est & vulneraria, unde in *Alvi Fluxibus*, præsertim cum *Variolis* & *Febribus malignis* conjunctis certissimum est remedium. Hinc & *Extractum* ad ℥ß. vel ℥i. in vino datum *Diarrhœas* & *Dysenterias epidemicas* curat. *Tormentilla.*

VIII. *Trichomanes* odoris terrei, saporis subamaricantis, viscosi, terrei, ratione salis alcalini, crassiusculi, terrestris, sulphurei, est siccans, absorbens, acidum, deobstruens, antatrophon, spleneticum, adeoque cum *Ruta muraria* convenit. *Trichomanes.*

IX. *Trifolium aquaticum* sale volatili acri amaricante præditum, hinc saporis terrei, valdè amari, si sicca est planta; stomachica, hepatica, splenetica, ut adeo rectè à *Simone Pauli* commendetur à Vi antiscorbuticâ, penetrantiore ipsa *Cochlearia* & *Nasturtio*. *Trifolium fibrinum.*

Triticum. X. *Tritici farina sicca* cum fructu *Erysipelati* ad- spergitur.

Tussilago. XI. *Tussilago* est saporis subacris cum leni len- tore, ac in recessu vi adstrictoriâ; hinc ob succum salino-alcalinum, viscosum, insigne est expecto- rans. *Fumus* tubulis haustus contra *Phthisin* valet: & *Nicotianæ* fumo præfertur. Externè folia succu- lenta contusa *Ulceribus calidis Mammillarum* impo- nuntur. Decoctum laudatur contra *Asthma.*

V.

Valeriana. I. VAlerianæ Radix odoris fœtentis, aciduli, pe- netrantis, saporis acris, amaricantis, aroma- tici, ingrati, vi salis volatilis acidi, oleosi, gra- veolentis, incidens, aperiens, putredini vermino- sæ resistens, spirituum animalium orgasmum tem- perans, antispasmodica, ophthalmica & sudorifera est. In roborando Visu singularem vim obtinet, & vix par habet. Vi aliâs aromaticâ convenit ferè cum *Angelica* & *Levistico.*

Verbascum. II. *Verbascum* est Planta saporis lenti & subvis- cidi, in recessu nonnihil adstringentis; odoris vir- tutem emollientem arguentis. Ob succum viscoso- balsamicum, alcalino-salinum, blandum, est trau- maticum, emolliens, anodynum: cujus flores ex- ternè in Sacculis cum Lacte cocti anodyni sunt in *Tenesmo* & *Doloribus Hæmorrhoidum.* Certè post *Linariam* in *Hæmorrhoidibus* primatum obtinet. Contusi flores Soli in vitro clauso expositi *Oleum* reddunt per deliquium pro singulari anodyno ex- terno in quibuscunque *Doloribus arthriticis.*

Verbena. III. *Verbena* est saporis subamari & adstringentis, unde propter sal acidum volatile, blandè sulphu- reum, est cephalica, splenica, diuretica, lithon- triptica, vulneraria. Hinc contusa in formam Ca- taplasmatis, & fronti circumligata, vel ejus succus in-

inspissatus cum *Oleo seminis Hyoscyami* temporibus illitus *Cephalalgias scorbuticas* aliasque, extra *Febres*, mitigat.

IV. Vermicularis saporis viscoso-aquei, subacris, propter succum salino-nitrosum, acriusculum, diuretica, abstergens, antastmatica & antiscorbutica est. *Succus* Plantæ cum Aceto contusæ internè à *Tertianâ* liberat, & interdum Vomitus ciet, vel saltem sine vomitu Sudorem. Unà cum *Camphorâ* in *Tertianis* loco Amuleti usurpatur. *Vermicularis.*

V. Veronica saporis amari, subacris, subadstringentis, ob sal volatile, blandè oleosum, amaricans, & alcalinum becchica, cephalica, uterina, & vulneraria est internè & externè, unde contra *Ulcera interna*, imò & *Colicam* exhibetur. Diuretica etiam & pectoralis est, ubi expectoratione opus. *Veronica.*

VI. Vinca pervinca ob sal alcalinum, temperatum, viscosum, & terrestre exiccans blandè & vulneraria est, *Veronicæ* non cedens, sed magis adstringens, unde in *Sputo* & *Mictu cruento* præ aliis usurpatur. Externè in Vino cocta *Uvulæ Tumorem* discutit. In forma Cataplasmatis Mammis apposita *Lactis proventum inferre*, dorso verò Ubera omni *Lacte privare* dicitur. *Vinca pervinca.*

VII. Vincetoxici Radix saporis acris, amari, tantillum nauseosi, odoris fragrantis gravis, & parum molesti; sale gaudens blandè volatili, acriusculo, penetrante, aperiente, deobstruente, hinc urinam & sudorem valdè movet. Unde in *Hydrope*, *Strumis* & *Lue Venerea* laudatur. *Vincetoxicum.*

VIII. Violæ purpureæ folia sapore pollent amaro, ingrato, nonnihil nidoroso; prætereaob muriatico-viscosum, emolliunt; *flores* verò madidi dant *Syrupum solutivum*. Aliàs Lympham optimè temperant & expectorationem promovent. *Semen* odoris *Violaria.*

nullius, saporis viscosi, acriusculi, ob sal blande oleosum, acre, in desperata Urinæ suppressione potentissimè Urinam pellit, & simul blandè laxat.

Virga aurea IX. *Virga aurea*, Planta est saporis terrei, acriusculi, aliquid nitrosi diuretici habens intra se inclusum; hinc propter sal alcalino-sulphureum, amarum, alexipharmaca, lithontriptica, vulneraria, & diuretica quàm efficacissima audit.

Vitis vinifera. X. *Vitis* & omnia ejus producta ex alcali & acido cum Oleo combinata sunt. In *Vino* & *Aceto* acidum prædominatur, in *Fæcibus* alcali, in *Tartaro* uno ferè vigore gaudent alcali & acidum. Ceterùm acidum hoc ex Sale Aëris universali, omnia semina vegetante, & cum pluvia Sal terræ centrale constituente, originem habet; unde in *Vino*, *Aceto* & *Tartaro* vis residet Metalla penetrandi & eliciendi.

Ejus lacrymæ. *Lacrymæ* ex amputatis Palmitibus exsudantes, primum sunt *Ens Vitis*, & multum in recessu habent; gaudent enim diureticâ & singulari vi Massam sanguinis in debitâ crasi conservandi: in *Febribus purpuratis* Puerperarum, item *Ardentibus* & *Phlogosibus*, multum valent. *Externè* ratione blandissimi acidi volatilis, oculos abstergunt & aqueum humorem restituunt. Tandem *Tartarus*, ejusque *Sal fixum* beneficio liquoris volatilisari potest.

Folia. *Folia* blando succo acido turgent, unde pediluviis incoquuntur, & plantis pedum applicantur pro conciliando somno, imò & Capiti contra Æstus. Aliquali simul vi adstrictoriâ gaudent, unde non tantùm contra *Diarrhœas* & *Dysenterias* valent, sed &

Uvæ. *Appetitum* restituunt. Sequuntur *Uvæ maturæ* & *immaturæ*; hæ austeræ sunt, & *Syrupum* dant *adstrictorium*: illæ verò turgent principiis salinis per fermentationem subactis, unde fit mutua acidi & urinosi temperatura, adeo ut accedente Sulphure sapor

por dulcis evadat; & comeſtæ per renovatam fermentationem *Diarrhœas* facilè inferant. Adeoque in uſu medico magis conveniunt *Uvæ exſiccatæ* ſeu *Paſſulæ*, tam *majores*, quàm *minores*, quæ Sal & Sulphur connexum & temperatum continent, & proinde nil aliud ſunt, quàm *Muſtum concentratum*. Cùm admodum temperatæ ſint, nutriunt, pinguefaciunt, & *Atrophiam* ex acrimoniâ ſalsâ, nec non Phthiſin egregiè curant, ſive in Decocto, ſive Electuario. *Paſſulæ* (cùm muſtum concentratum ſint) contuſæ, in Aqua calida infuſæ, addito Saccharo vel fæcibus Vini aut Cereviſiæ, brevi turgeſcunt, & fit *Vinum* inſtar *Hiſpanici*. Cum *Succo Pomorum Borſdorfienſium* ſubactæ evadunt *Vinum hypochondriacum*. *Paſſulæ* etiam laxant, & ratione temperaturæ in *Aſperitate faucium* conducunt. Vinacea cum acinis collecta turgent fermentativis principiis copioſis, unde ſponte incaleſcunt (aut ſaltem injectâ Calce vivâ) & odorem ſpirant gravem, atque pro *Iſchiadico dolore*, *paralyticis Affectibus*, & *Tumore Teſtium chronico* egregium Balneum ſiccum conſtituunt. Ipſe tandem *Succus* ex Uvis expreſſus abit in *Vinum* cum motu fermentativo, ab acidi & alcali pugnâ oriundo, & flatuum eructatione, quando ſe unire incipiunt. Promovetur fermentatio à Calce vivâ, quæ acidum & alcali, occulta priùs, fovet; impeditur verò à Marte, quem acidum Vini aggreditur.

Paſſulæ. *Vinum.*

XI. *Ulmaria* ſaporis terrei, viſcoſi, ſubamari, odoris nullius ferè, propter ſal alcalino-ſulphureum, terreſtre, vulneraria, ſanguinem purificans, ac ſudorifera eſt, aliquantum adſtrictoria. *Ulmaria.*

XII. *Urticæ urentis* radix nullius odoris, ſaporis terrei, nitroſi, ſubamaricantis, vi ſalis occulti volatilis, alcalini, acriuſculi, incidit, diuretica, diaphoretica, deobſtruens, atque ſimul propter admi- *Urtica urens.*

ftas terreftriores particulas, adftringens, Hæmorrhagias compefcens notatur. Ejus fuccus nonnihil nitrofus eft, unde internè in *Hæmorrhagiis* ufurpatur ad ℥i. vel ii. quæ & externè in *Atrophiis* convenit. *Semen* odoris nullius, faporis exigui, in receffu acriufculi, propter particulas falino-tenues acriufculas, potenter attenuat, incidit, deobftruit; diureticum ac lithontripticum eft; *Decoctum* in *Gangrænâ* valet. Colligitur Urticæ femen maturum ante Solis ortum, & dein exficcatur.

Z.

Zedoaria. I. *ZEdoariæ* radix faporis acris, aromatici, amaricantis, odoris fragrantis, aut ad Camphoram accedentis; ratione falis volatilis, acris, aromatici, incidens, ftomachica, appetitum excitans, Vermes necans, deobftruens, antathropha, aromatica & alexipharmaca eft; hinc in ore geftata *Medicos* ab Ægrorum *contagio maligno* præfervat. Quin & ad vapores mineralium reprimendos conducit. Præterea Mucum ftomachi egregiè incidit. In *Colicis* & *Hyftericis* Aqua, Vinum & Oleum carminativa funt egregia. *Pulvis* ejus *Dolores poft partum* & *Lochia* pellit. In Aquâ cocta *Tuffi diuturnæ* ab Aëre frigido contractæ medetur. Pertinet huc *Effentia* extracta per Spiritum Vini tartarifatum, in Stomachi & prædictis Affectibus proficua.

Zingiber. II. *Zinziber* magis acre eft: Radix profectò faporem habet fervidum, amarum, aromaticum, odoremque nonnihil fragrantem; & pollet fale volatili, aromatico-acri, pituitam vifcidam Pulmonis ac Mefenterii incidente, obftructiones referante. Convenit, inprimis *conditum*, in *Vertigine*, *oculorum Suffufione*, & *Stomachi Affectibus*. *Decoctum* fudoriferum eft. Nonnulli addunt illud decoctis Lignorum contra *Afthmata chronica* & alios Affectus.

CLAS-

CLASSIS II.

De Alterantibus ſecundariis, videlicet Succis, Oleis, Lachrymis, Reſinis, Gummatibus, &c.

Pleraque hæc fundunt primo Liquorem acidum, deinde oleoſum, ex Corticibus enim Arborum utplurimum colliguntur, in quibus Spiritus eſt acidus. Reſinæ omnes ſunt oleoſæ, Gummata magis aquea, naturæ ſalinæ mucilaginoſæ.

A.

Acetum. ACETUM eſt Vinum per fermentationem ita alteratum, ut acidæ particulæ exaltentur & reliquas figant; quod Spiritum Vini in ſe reconditum habeat, id patet in deſtillatione *Sacchari Saturni.* Imò ipſum *Acetum deſtillatum* tertio ignis gradu aſcendit & continet Spiritum blandè acidum volatiliſſimum, qui longè pretioſior eſt Spiritu Vini & cum Sale ammoniaco acuatus optimum eſt menſtruum in *Alchymia.* In *Peſte* Aceto nil melius. In omni *Aceto* ſunt *Vermiculi* celerrimi motûs, hinc Melancholicis & partibus nerveis nocet, in ſpecie ſiſtit Menſtrua. Externè fumus ejus *Oedemata* diſcutit. In *Hæmorrhagiâ Narium* vel *Uteri* applicatum blandè ſanguinem coagulat. Alias & Narcoſin corrigit. *Deſtillatum.*

Gummi ammoniacum. II. *Ammoniacum Gummi* ſaporis amaricantis, odoris exigui, fermè caſtorini, coloris exterius ſubflavi, intus candidi, ſub digitis calidis molleſcens: propter ſal blandè volatile, ſubacidum, viſcoſo

oleosoque crasso succo involutum, emollit, attenua pituitam viscidam incidit, resolvit, digerit, expectorationem promovet; obstructiones Viscerum res rat: in Igne dat *Phlegma spirituosum acidum*, dein *Oleum*. Internè mucum quemcunque, etiam visc dissimum, in *Hypochondriacis*, *Tussi chronicâ*, & *Ast mate* desperato resolvit, ad ʒi. assumptum purg aliquoties. *Spiritus* ex *Gummi ammoniaco* rectificatu dicitur Asthmaticus. Externè *Tumores* duros quo cunque dissolvit.

G. Animæ. III. *Animæ Gummi* flavescens, oleosum, in gra norum formam coactum, si frangamus, citrinum odoris fragrantissimi, saporisque jucundi, ac supe carbones ignitos facilè liquescens. Ob particula salino-oleosas, subacidas, volatiles, tenues, destilla tum dat *Oleum*. Externè in Emplastris ad *Contu siones & Luxationes articulorum* utile est. Inprimi suffitus in *Catarrhis*, & *Affectibus Capitis* conduci

G. Arabicum. IV. *Arabicum Gummi* vitri modo pellucidum albicans, aut subflavum, minimè resinosum, i Aquâ solubile; quod virtute salis viscoso-subacid inspissat, acrimoniam humorum obtundit, Stranguriæ medetur, Tussim & Raucedinem lenit, lym pham temperat. Externè solutum *Serpigini* illi nitur.

Asa fœtida. V. *Asa fœtida* magis gummosa est, quàm resinosa Succus viscidus, maximè fœtens, in Aquâ, Aceto aut Vino super Carbones ignitos facilè solubilis Ob sal oleoso-viscosum, volatile, pessimè olen in *Suffocatione hystericâ* internè & externè convenit Menses & Venerem promovet. A Veteribns in Pectoris affectibus usurpata fuit. Essentiam dat anticolicam, & cum Castoreo anodynam.

B. I.

B.

I. B*Alsamum* habetur multiplex, & quidem primò *Verum* s. *Opobalsamum*, quod Liquor est oleosus, flavus, fragrantissimus, subamarus, acris, ex Arboris in Mechâ, *Balsami* dictæ, vulneratis corticibus extillans, ob sal amarum, oleoso-volatile incidens, extergens, deobstruens, consolidans, antasthmaticum, antiphthisicum, anodynum, appetitum suscitans. *Balsamum verum s. Opobalsamum.*

II. *Balsamum Indicum* s. *Peruvianum*, subalbidum, limpidum verum, nonnullis quoque Opobalsami nomine veniens, è Cortice Arboris Americanæ, *Balsamum* itidem vocatæ, sauciato exsudans, fragrans, coloris ex albo & nigro rubentis, saporis acriusculi & amaricantis, cujus guttula prunis injecta suaveolentem suffitum præbet. *Indicum s. Peruvianum.*

III. *Balsamum Indicum vulgare nigrum*, seu *Peruvianum crassius*, aliis *Xylobalsamum*, ex nigro-purpureum, suaveolens, è segmentis trunci, ramisque antea dictæ Arboris in Aquâ decoctis, liquori postmodum supernatans, collectum. Et hoc & antecedens Balsamum ob particulas oleoso-balsamicas, sale volatili blando amaricante, atque occultè acidulo stipatas, valdè traumaticum, anodynum, nervos roborans, discutiens, diaphoreticum, pectorale, stomachicum, cardiacum, emmenagogum, deobstruens, vias Urinæ expediens, extergens, consolidans. Ut adeo sit concretum anodynum balsamicum, cum nullo Oleo mixtum. Si eo utamur, dissolvatur cum vitello Ovi in Spiritu Juniperi; vel Pulvis misceatur cum Saccharo; vel sumatur in Ovo leniter cocto. Internè *Phthisi*, *Tussi inveteratæ*, *Catarrhis* & *Calculo* medetur. Externè *Vulnera*, præsertim partium nervosarum, sine suppuratione curat, mundificat, consolidat. Membris paralyticis, Stomacho & Doloribus Rheumaticis commodè *Indicum nigrum s. Xylobalsamum*

modè illinitur. In genere cum *Oleo Succini* conv[e]nit, & non tam vehemens eſt.

Tolutanum. IV. *Balſamum Tolutanum*, ſ. *de Tolu*, Liqu[or] oleoſus, valdè glutinoſus, coloris ex rubro aur[ei], conſiſtentiæ craſſæ, ſaporis dulciduli, non ingrat[i] vel nauſeabundi, odoris ſuaveolentis, ex Arbo[re] Pino pumili analogâ in Indiis exſudans, & partic[u]lis ac viribus cum Balſamis præcedentibus prop[e]modum conveniens. Præprimis autem in *Ulcer[i]bus Renum* ac *Veſicæ*, ut & *Gonorrhœâ*, cum vehicul[o] quodam calido præſentaneum eſt remedium: im[o] in uſu vulnerario externè Peruvianum antecellit.

De Copaibâ. V. *Balſamum de Copaibâ*, ex Arboris procer[æ] *Copaibæ Braſilienſis* Cortice ad medullam uſque in[ci]ciſo largiter extillans. Atque hinc propter parti[c]ulas ſpirituoſas, ſale ſubacido volatili, oleoqu[e] ſubtili balſamico ſociatas, Vulnera recentia ſanans[,] Ulcera externa & interna mundificans atque conſo[-]lidans; Gonorrhœam ſiſtens, Urinam & Calculos [ex]pellens, Serpentum morſibus medens, Diarrhœam[,] Dyſenteriam, atque Fluxus Mulierum albos com[-]peſcens, & ſanans, ad guttas aliquot ſubinde in Juſculo vel Emulſione ſumtum. Singulis tamen hiſce Balſamis, utcunque ſalubribus, ſubſtitui poſ-ſunt vel ſola Terebinthina, vel Remedia ex Succino, Maſtiche, Sulphure, & ſimilibus parata.

Bdellium. VI. *Bdellium*, Lacryma illa cujuſdam Arboris Arabicæ, cùm frangitur ſplendens, nigricans, ſapo-ris amari, odoris injucundi, inter fricandum pin-guis, facilè molleſcens. Lacryma hæc propter ſal[e] quoddam occultum acidum, terreſtribus & oleoſis particulis involutum, incidit, diſcutit, ſudorem pel-lit, Venenis reſiſtit, Calculos Renum atterit, Uri-nam ciet, Menſes immodicè fluentes ſedat, Fluo-remque album compeſcit. *Externè* durities & no-

dos

…os Nervorum reſolvit atque diſcutit in Empla…ris.

VII. *Benzoe* ſive *Aſa dulcis*, eſt ſuccus reſinoſo-…ummoſus, flavus, vel citrini coloris, ſuaveolens, …actu, liquatuque facilis, pellucidus, globulis can…idis refertus; qui ob ſal acidum, oleoſo-ſpiri…uoſum, incidit, attenuat, reſolvit, deterget, Tuſſi … Aſthmati medetur, adeoque Pulmonibus *internè* commendata, *Externè* verò coſmetica eſt, præprimis Tinctura cum Spiritu Vini, quæ faciem & manus ni…idas, & à maculis liberas reddit. Oleum deſtilla…um haberi nequit. Macerata in Aqua Roſarum & Violar. more ſolito Cryſtallos dat. *Benzoë.*

C.

I. C*Amphora* ſ. *Caphura*, Lacryma Arboris cujuſdam Japonenſis vel Chinenſis, in panes orbiculares, ingentes, fuſiles, ignis, vel Solis æſtu coacta, atque purgata, cryſtalli inſtar pellucida, candida tota, minime maculata, factitii inſtar Nitri, pulſa quoque tinnitum edens argutum, ſub dentibus …lenteſcens, ſubſtantiæ pinguis, digitis friabilis, valdè odoratæ, facilè flammam concipientis, quam etiam mediis in aquis inextinctam ſervat. Taliter autem ſeſe habens Camphora *genuina* eſt, atque ſuper diſſectum Panem, recens è Clibano extractum & adhuc calentem liqueſcit, cùm adulterata ſuper eundem potius exiccetur. *Camphora* propter ſubſtantiam totam blando-ſalinam, oleoſam, maximè volatilem & ſpirituoſam Lini aut Pſylli ſeminibus ſepeliri, ac in marmoreis vel alabaſtrinis vaſis aſſervari debet. Interim humorum acrimoniam lenit, putredini ac Venenis reſiſtit, ſudores movet. Dolores à quacunque ferè causâ ortos mitigat, ac Inflammationes externas, internaſque diſcutit. In *Peſte & malignis Febribus* par alexipharmacum non habetur, *Camphora.*

habetur, præprimis si *Delirium* adsit; nam ut volatilissima sit, narcoticam tamen vim obtinet adeoque in *Mania* & *Delirio melancholico*, præmisso Vomitu, raro fallit; vim etiam habet diureticam hinc in potu ordinario extincta in *Gonorrhæa*, *Furore uterino*, imò & *Hystericis passionibus*, cum distinctione prodest. *Spiritus Vini camphoratus* egregium est anodynum ad *dolores* sopiendos, & ad *Gangrænam* utile. Externè *Camphora* Linguæ admota Pustulas excitat; in nodulo præcordiis appensa febrifuga dicitur. Pro *Oleo Camphoræ* habendo optimè assumitur *Oleum Amygdalarum:* radicaliter autem non potest solvi, sed in Aquam denuò prodit. Sic nec in *Spiritu Vini* solvitur, etsi sit rectificatissimus, in Acidis verò facilius. *Oleum* cum *Bolo destillatum* in Aqua infusum *Camphora* est. Si digeratur *Camphora* cum *Oleo destillato Rorismarini*, & destilletur, prodibit *Oleum* pariter bonum. Sed Autoris modus tertius plus habet in recessu, præprimis in *Peste*.

Caranna. II. *Caranna* est resina duriuscula, tenax, *Tacamahacâ* nobilior, & nonnihil odoratior, splendidior, nigrior, densior & liquescere facilior, ex Arbore quadam resiniferâ novæ Hispaniæ Americanæ vulneratâ extillans. Vi anodynâ dolores frequenter sopit externè in *Dolore Stomachi*, *Cardialgia*, & *Anxietate præcordiorum* in *Febribus*. *Stomacho* commodè applicatur in forma *Emplastri* cum *Balsamo Peruviano*. Unà cum *Oleo Nucis mosch.* vomitum externè compescit, & *Dolores artuum*, præsertim à frigore post sudorem ortos, sedat. Quin & contra *Podagram* & *Contusiones* applicatur. In *Odontalgiâ* autem *Mastichi* cedit. Si cum *Vino* misceatur, & in Arena destilletur, reddit *Oleum* primò *album*, pòst *luteum*, denique *rubicundum*, quod quoscunque dolores in *Affectibus Coxendicis*, *podagricis*, *uterinis*, &c. optimè tollit. Hæc de *Ta-*

camahaca

[...]mabaca etiam intelligenda veniunt.

III. *Colophonium* eſt ſubſtantia reſinoſo-oleoſa, [...]da, & indurata, coloris ſplendidi ſubflaveſcentis, [...]lorata, friabilis, accenſa Thuris odoratu fumum [...]mulans, è Laricis, Abietis, vel Terebinthi Re[...]nis, coctione, dum purificantur, inſpiſſatis, & [...]gore induratis reſidua relicta. Quæ ob ſal reſinoſo-[...]eoſum, acidulum, ac ſpirituoſum emollit, glu[...]nat, & conſilidat. In *Unguentis* & *Emplaſtris*. *Colophonium.*

E.

ELemi Reſina balſamica eſt, pellucida, albicans, flavis particulis intermixta, in maſſam coacta, [...]avem odorem accenſa ſpirans, atque ex Arbore [...]ſiniferâ Æthyopiæ ſauciatâ extillans, in oleagino[...]s ſolubilis. Ob ſpiritum ſalino acidum oleo[...]um, in *Paralyſi*, *Contracturâ*, *Affectibus nephriticis*, [...]*ulneribus capitis* & *nervorum* ſuccurrens. Sic cum [...]*erebinthinâ* Cranii & Articulorum *Vulnera* optimè [...]onſolidat. *Oleum* fundit odoriferum & penetrans, [...] *Affectibus paralyticis*, & *Tremoribus* partium lauda[...]um. Internè *Elemi* nullum uſum habet. *Gum. Elemi.*

F.

FUligo, præprimis camini ſplendens, nil aliud eſt quàm Reſina ex Lignis exhalans & con[...]enſata, i. e. eorum Spiritus & Oleum in forma [...]icca; adeoque *Fuligo deſtillata* dat primò *Spiritum*, [...]uccedit *Oleum flavum* & *rubicundum*; & ex *Capite* [...]*mortuo* habetur *Sal fixum*, quod ab igne tantùm [...]rovenit. Ipſa enim mero gaudet Sale volatili [...]atione cujus cum aceto ſumpta ſudorem movet; [...]n *Pleuritide* ad ℥i. ſanguinem grumoſum diſſolvit; [...]*aſſionem hyſtericam* fugat, & *Partum difficilem* juvat. Ante Paroxyſmum febrilem propinata, vel pulſi[...]bus cum *Theriacâ* applicata conducit: Plantis pe[...]dum vel volis manuum cum Albumine ovorum admota, *Fuligo.*

admota, *Ardorem Febrium* mitigat. *Spiritus* (*rectificatus* in *Syncope* & *Epilepsia* potens est sud ferum. Cum alcali destillata dat *Sal volatile.* *Ole* ejus in *Suffocatione hysterica* & *Partu difficili* inte admodum convenit: externè verò illinitur locis . *dagrâ* affectis. In *Ulceribus* malignis *Sal fixum* *Oleum* resolutum mira præstat. *Oleum destillat* illi per congelationem *Glauberi* meritò præfert Denique ex *Fuligine* & *Succino* elicitur *Oleum*, Ca phoræ odorem repræsentans, & multum in rece habens. Beneficio quoque Fuliginis, speciat *Salis* ejus volatilis Auri solutio habetur. Diff autem *Fuligo* ratione lignorum, quod notandum.

G.

Galbanum. I. G*Albanum* Gummi est Ferulæ Syriacæ, *Met pium* nominatæ, intensè flavum vel subalbum facilè inflammabile, pingue, cartilaginosum, n lignosum, gravis & ingrati odoris, quædam in semina retinens. Vi spiritus acidi resinosi emolli resolvit, discutit, Menses atque Fœtum pellit, Cla vos pedum dissipati in Aceto aut Vino est solubil atque in *Affectibus hystericis, colicis, spasmodicis* *Paresi* partium *scorbuticâ*, externè admodum con venit, vel in forma *Emplastri*, vel *Olei still. rectif.* ve illius Compositi ab Authore descripti.

L.

Lacca. I. L*ACCA* Gummi est perspicuum, quod in or masticatum salivam rubore inficit, accen sum haud injucundum odorem spirat, & propte Spiritum salino-acidum sulphureum, deterget, Uri nam ciet, mundificat, blandè adstringit. Ejus *Tinctura* addito Alumine & Myrrhâ putredini seu Gangrænæ Gingivarum & Dentium vacillationi egregiè succurrit.

II.

II. *Ladanum* concretum eſt ſingulare, nec in *Ladanum.*
leo nec Aquâ ſolubile: videlicet Gummi ſ. Liquor
Ciſti foliis exſudans, friabilis, coloris cinerei, in
lularum formam vel ſolis digitis reducibilis, ac-
enſus gratum odorem ſpirans, aliâs earundem pe-
ê cum Galbano virium. Gummi in ſuffitibus
aximè deſideratum, & adhiberi ſolitum tanquam
ile ad *Catarrhos*, quippe vi anodynâ præditum.

M.

M*Aſtiche*, Gummi reſinoſum, ex albo citri- *Maſtiche.*
num, granulatum, pellucidum, haud inſua-
iter odoratum, ſi prunis fuerit injectum, è Len-
ſci Arboris cortice exſudans, friabile, ſtridens.
ed & Cedrorum annoſarum cortex tale quoque
ummi exhibere notatur. Propter ſal autem vola-
le, acidum, oleoſoque reſinoſas particulas, vim
abet emolliendi, Ventriculi tonum roborandi,
crimoniam humorum obtundendi, Catarrhos
iſſipandi. Sub deſtillatione fundit Phlegma ſpiri-
oſum acidum, Oleum flavum & deinde rubicun-
um. In *Stomachi Affectibus* admodum commen-
atur, adſtringit enim & roborat Ventriculum,& in
Cerebri morbis à Stomacho ortis egregia eſt. In
Diarrhæa Decoctum ejus in Aqua pluviali frequen-
er uſurpetur, vel affundatur ſubitò Aqua aliqua
aſi ejus fumo repleto, & ſic potum dat valde
tomachicum. In ſubſtantia ad gr. vi. vel x. Ap-
etitum conciliat. *Oleum* ejus internè Stomachum
nſigniter roborat, externè in *ſpiritu* vel *oleo* Sto-
nacho applicatur in *Doloribus*. In *Diarrhæis* etiam
: *Nauſeâ* uſum externum habet *Spiritus Vini cum*
Maſtiche & Galangâ deſtillatus. *Maſtix* ipſa maſti-
ata Salivationem eleganter movet.

II. *Myrrha* Gummi reſinoſum eſt, leve, friabile, *Myrrha.*
bſcurè rubeſcens, undiquaque concolor, amarum,
acre,

acre, leviter odoratum, consistens in glebis, fractu que venas candidas, Unguium formâ ostender ex Arboris cujusdam Arabicæ vulnerato corti exsudans, atque in globulos concretum; qu propter sal volatile occultum & oleum balsamicu amarum, vim obtinuit emolliendi, attenuan aperiendi, maturandi, discutiendi, putredinem a cendi, menses movendi, hystericis Passionibus r sistendi, sudores movendi, Hepar & Stomachu confortandi, atque Vermes necandi. Videlicet Balsamum naturale, nam *Spiritus Vini myrrhatus* co pora à putredine diutissimè præservat. In pellend *Mensibus, Lochiis* & *Fœtu* primarium est ingredien In *Peste, Febribusque malignis*, cum excretione cu taneâ conjunctis, *Tertianâ, Quartanâ, Variolis* ta pro expulsione quàm suppuratione, conduci *Tussim* & *Febres catarrhales* epidemicas egregiè tem perat. *Lumbricis* internè & externè adversatu Externè *Ulcera verminosa* Gangrænam minanti curat. In *Scorbuto Oris*, & *Gingivarum* putredin convenit cum *Lacca*. Mirum est *Concretum*, quo neque *Oleo*, neque *Aquâ* solvitur. Sed *Spiritus Sa lis*, vel *Spiritus Vini tartarisatus*, vel sola *Aqua* cu *Sale Tartari acuata*, vel *Spiritus Salis ammoniaci* Myrrham solvunt. *Oleum* ejus haberi nequi Authoris *Liquor per deliquium* egregium est Cos meticum contra *Maculas*, in specie *solares*, *Ruga faciei* & *Cicatrices* delendas. Alias Facies vapor Vini super ferro candefacto, & deinde *Myrrhæ* fu mo irrigata, continuando per septimanam, *Ruga* dimittit & Juventutem mentitur.

O.

Opium.

I. O*PIUM* est succus ex capitibus Papaveris alb maturescentibus leviter incisis exstillans ac inspissatus. *Meconium* verò ex Plantâ expressus,

ponde-

ponderosus, densus, inflammabilis & ardens, graveolens, amarus, acris, solutu facilis, niger, splendore quodam nitens, & Liquorem, in quo solvitur, nigricante magis quàm croceo colore tingens, quemadmodum id facit adulteratum Opium. Interim concretum istud propter particulas salino-volatiles, alcalinas, oleo vel sulphure fœtente copioso stipatas, vim habet narcoticam, hypnoticam ac simul anodynam, Spiritus nimirum impetuosè commotos, ad placidiorem influxum cogendi, sudorem movendi. Nimirum vis *Opii* narcotica fundata est in *Oleo* seu *Sulphure* cum *Sale vol.* combinato, unde Spiritus coërcet, humores compescit, dolores sistit, & somnum inducit. In *Deliriis febrilibus* sine dubio convenit: in *Delirio* autem *melancholico* somnia turbulenta infert, si non legitimo tempore & modo propinetur. In *Epilepsia*, *Doloribus Abdominis convulsivis* & *hystericis* præcavendis *Laudanum hystericum* paratur. *Febres benignas* in incremento sistit: in *Malignis* cum præcordiorum anxietate Alexipharmacis optimè miscetur. *Diarrhœam*, *Hypercatharsin*, & omnes fluxus sistit, excepto Sudore, quem promovet. In *Dysenteria*, tempore ritè distincto, convenit. In debilioribus, inprimis *Hypochondriacis*, *Scorbuticis*, & *Colicis*, purgantibus dosi auctis jungitur. In *Mensium fluxu*, si *Anxietates præcordiorum* adsint, usurpatur, sed cautè. In *Sputo viscido* non convenit. Sed in *Tussi siccâ* lympham corrigit, & acidum obtundit. Angli ex *Opio* cum *Ambra Electuarium* pro *Venere* fovendâ parant. Cæterùm radicem Morborum non attingit, nisi legitimo tempore, modo, & in debita præparatione usurpetur. *Tempus* quod attinet, in *Morbis acutis* in Incremento datur, non verò in Statu. In *Chronicis* ad præcavendos paroxysmos graviores:

aliâs non nisi cautè. *Modus* consistit in eo, ut nu quam solum, sed appropriatis mistum, nec unâ si partitis vicibus detur, & quamprimum somn sentitur, abstineamus. Præparatio tandem eo r spiciat, ut vis narcotica adimatur, retenta salte anodynâ. *Extractiones* cum *Spiritu Vini*, vel *Ro majali* nil valent. Tractatur itaque 1. per *aci* quæ Sal volatile figunt, unde *Acetum*, *Succus Citr phlegma Vitrioli*, aut *Spiritus Vini* cum *Spiritu Su phuris* acuatus elegantem *Tincturam* extrahun Omnibus interim præparationibus præferenda e *Tostio* super ignem. 2. Corrigitur per *Alcalia*, in primis per *Sal Tartari*, cum quo in *Spiritu Vini* elegan tem dat *Essentiam*; vel solvitur in *Lixivio Tartar* Cæterùm ut exactius corrigatur. 3. *Fermentati* cum *Succis Vegetabilium* instituitur, quibus conve nienter additur *Sal Tartari*, quod quidem imped fermentationem; interim si *Saccharum* addatu hæc restaurari potest. Infantibus etiam cautè ex hibetur *Opium*. Gravidas interdum abortire faci In quibusdam Mulieribus *Passionem hystericam* cura in aliis excitat.

P.

Pissasphaltos I. PIssasphaltos est species Bituminis, aut *nativum* quod Epiri ad Apolloniam gignitur; au *factitium*, mixtum videlicet Pici Bitumen, quo pro *Mumiâ* venditant. Utuntur aliqui hoc Bitu mine loco Asphalti, atque in loco profundior discutit.

Pix. II. *Pix*, resinosus ille succus, ex accensis Tædis, sive resinosis Arboribus, jam annosis, colliquatus, & nonnihil liquidus, qui si reiteratâ coctione de- phlegmatur, crassescit magis ac magis, & *Pix sicca*, *Palimpissa*, vel *Pix navalis* vocatur. Hic ergo Succus ob sal quoddam volatile, resinosis plurimis parti-

culis

ulis involutum, emollit, digerit, per accidens sic olores lenit, & validè discutit; *Podagræ* conducit artem nerveam roborando. *Oleum picis* melius fit er alembicum.

R.

TErebinthi Resina s. Terebinthina Cypria, referens Oleum inspissatum sive Balsamum, co- *Terebinthina.* ore ex albo flavescens, saporis acris, lenta, cuti enaciter adhærens, clara, pellucida, facilè inflammabilis, nonnihil odorata, è sauciatâ Terebinthi rbore in Insulis Maris Ægei, Chios, Cypri, nec on in Syriâ, Lybiâ, Judæâ, & Arabiâ proveniens. Ob sal volatile acidum, atque Oleum subtile, peetrans, utut destillata primò suggerat Phlegma cidulum, facultate pollet abstergendi, emolliendi, naturandi, demulcendi, leniter purgandi, consodandi &c. *Terebinthina vulgaris* est Resina è Larice rbore profluens, earundem cum priori, sed nonihil debiliorum virium. Terebinthinæ autem irtus præcipuè in Oleo consistit, quod malè detillatur per vesicam cum aquâ, quia resolvit Sal olatile alcalinum. Optimè contrà subigitur cum *Cineribus*, seu alio alcali fixo, & destillatur per Retortam; sic enim alcali retinet crassius, & *Oleum* rodit penetrantissimum. Internè *Renibus*, *Vesicæ*, & *Vasis spermaticis* dicata est. *Renes* purgat, *Calculum* præcavet, *Urinam* odore violaceo imbuit, *Ulcera Renum* atque *Vesicæ* sanat, & *Mictum cruentum* emperat, in *Gonorrhæa* partes nerveas abstergit, Pectori & Pulmonibus læsis succurrit. Optimè autem internè assumitur, si in *Balsamum sulphureum* redigatur. Externè balsamicum est decantatum. Cum *Melle* mista *Vulnera* sufficienter curat, *Ulcera* mundificat, maturat & suppurat. *Spiritus Terebinthinæ* internè nephriticus est, externè inunctus con-

tra frigus Mammarum, aliarumque partium val

S.

Saccharum. I. SAccharum, Succus ille Arundinis sacchari per elixationem extractus, atque inspissati crystallisatus nil aliud est, quàm Vinum conc tratum; unde solutum in aqua fermentando ab *Vinum* instar *Hispanici* propter facilem fermenta nem. Saccharum vi particularum dulcium Rau dinem faucium mitigat, excreationem promo gratum saporem cibis & remediis conciliat; propter spiritum in recessu acidum acrem, & oleo viscosas, lentas particulas, inspissat, ac tenacitat humoribus nostri corporis inducit. Sacchar interim haberi solet partim *purum refinatum*, part *purum non refinatum*, utrumque in Conos fusu Sed & porrò habetur *Saccharum candi* s. *candiu* partim *rubrum*, è Thomasio s. Thomasæo Insu S. Thomæ rubro Saccharo, partim *album*, è Can riensi, per coctionem atque inspissationem in Cr stallos coactum. Tandem habetur *Saccharum p nidium*, *rosatum* ac *violatum*. *Hypochondriacis*, *Sco buticis* & *Hystericis*; nec non *Pulmoni* & *Pectori* in micum est. *Oleum* ejus cum Spiritu Vini paratu *Asperitates Faucium* lenit Spiritus Vini etiam recti ficatissimus Saccharum non solvit, quod mirum Externè cum Spiritu Vini dilutum egregium est vu nerarium; inprimis in *Ulceribus putridis*. *Spirit* ejus *acidus* melius paratur, si *Saccharum* liquefia & cum *Lateribus* misceatur. *Oleum* ejus *per deli quium* cum Albumine ovorum *Oculorum Affectibu* dicatum est.

Sagapenum. II. *Sagapenum*, Gummi Arboris Sagapeni ferula cei, pellucidum, foris colore fulvo, vel ruffo, intu albido, odoris gravis, Porrum æmulantis, sapori acris; ob particulas viscoso-ramosas in recessu vo-

latiles,

lles, ſalino-ſubacidas, pituitam viſcidam incidit, enuat, expurgat, emollit diſcutit, præ cæteris nſtrua & Lochia promovet. Externè Emplaſtra at-ctiva ingreditur. Talia Gummata in aceto ſo-a cuti impoſita *Puſtulas* & *Pruritum* excitant & nores ſtagnare faciunt.

II. *Sanguis Draconis* propriè eſt ſubſtantia reſi-ſo-gummea, rubra, è parvis veluti grumis mo-in Panes ſ. Offas cocta, modò folliculis foliaceis luſa, collecta è Trunco Arboris Mexicanæ, *Draco* tæ, ſaporis adſtringentis & viſcoſi, & hinc in nis generis fluxibus uſurpatur, internè & ex-nè, cum *Capræ* vel *Hirci ſanguine* adulteratur, le nemo eodem niſi cautè utatur. *Sanguis Draconis.*

V. *Sarcocolla* ſ. Succus gummoſus, granulorum mâ ex Arbore Perſidis quadam ſpinosâ ac nodosâ fluens, coloris flaveſcentis, & ad pallorem ver-tis, ſaporis amariuſculi, ſubſtantiæ poroſæ, aquoſo-coſæ ac ſpumoſæ, facilis in aquâ ſolutionis, glutinat internè & externè. *Sarcocolla.*

V. *Succolata* eſt Maſſa quædam dulcis ſubacris, unda, è Nucleis Cacao, Fructu Vainigliæ, Aro-tibus quibuſdam, & Saccharo compoſita, ca-nei coloris; quæ pro diverſitate compoſitionis gis vel miſcus jucunda, & efficax evadit, per tortam dat primò *phlegma*, quod ſapit Juſculum nis; poſtea ſuccedit *Spiritus* adeoque *Phthiſicis*, cticis, *Atrophiæ* & *Scabiei* egregiè convenit. Anglis *Tuſſi* & *Catarrhis* in uſu eſt. Præterea quoque *Sperma* gmentat. Quin & in *Scorbuto* cum lacte ſumpta dum ſalſum temperat. Cæterùm nil impedit, o minus nos ſimilem mixturam ex Amygdalis ere poſſimus. *Succolata.*

VI. *Styrax calamita* eſt concretum reſinoſum, ngue, molleculum, è flavo rufeſcens, in grumos *Styrax.*

vel micas variæ magnitudinis collectum, è Trun Arboris Styracis, foliis Mali cotonei, in Insu Massiliensibus, & locis calidioribus, saporis subac lenti, aromatici, odoris suavis. Habetur eti *Styrax liquida*, quæ sponte fluit, estque concret resinosum, liquidum, Terebinthinâ crassius, spissi coloris è flavo-ferruginei, collectum è corticib Arboris Styracis, folio Mali cotonei, saporis acr aromatici, oleosi, odoris fragrantis, quod quibusd pro roborando Stomacho in Emplastri formâ ar num est.

T.

Tacamahaca. I. *TAcamahaca* est substantia resinosa, arida retorrida, è cinereo- & ruffo nigricans, Arbore Mexicanâ, *Tacamahacâ* proveniens, sapo aromatici resinosi, odoris fragrantissimi. Rem dium est nervinum, stomachicum, cephalicum quod & cum *Carama* convenit.

Tartarus. II. *Tartarus* usurpatur vel *generaliter* pro om acido vinoso, quod variat pro Vinorum varieta Quo magis enim matura Vina, eo Tartarus l magis volatilis est. Sic *Vinum Hispanicum* minore *Rheni* majorem, *Gallicum* quoque parcam *Tart* quantitatem suggerit. Vel *specialiter Tartarus* v catur, qui per fermentationem in fundum detr ditur, & nil aliud est, quàm *Sal essentiale Vi* Quoad usum, abstergit & laxat. *Tartarus martiat* ex Tartaro cum Limaturâ Martis cocto, in *Quarta* & *Scorbuticis* convenit. *Spiritus, Oleum, Sal fixum vol.* nec non *Tincturæ* ex Collegio Chymico p tent.

Thus. III. *Thus* s. *Olibanum*, est substantia resino è flavo pallescens, splendescens, in guttas Mastic similes, sed majores, concreta ac indurata, colle ex Arbore spinosâ Arabicâ thuriferâ, saporis am

ricant

cantis, resinosi, odoris fragrantis. Adeoque Resina est temperata, humores acres corrigens. Pomum excavatum & Thure repletum, in *Pleuritide* speciatim usurpatur. Alias ad *Diarrhœas* & *muliebria Profluvia* laudatur. Externè *Epilepticum* est primarium.

IV. *Tragacantha* est substantia gummea, lucida, alba, tenax, levis, gracilis, collecta è radice Tragacanthæ, quæ in Agris Massiliensibus copiosè alitur, saporis subdulcis & mucilaginosi. Ingreditur omnis generis Trochiscos, atque Rotulas in *Tussi sicca* & *Raucedine* lambendas. *Tragacantha.*

V.

I. V*Ainiglia* est planta convolvulacea, scandens, cujus fructus sunt instar Vaginæ, substantiâ subdulci, subacri, aromaticâ præditæ, in qua grana minutissima, odoris, dum recens, gratissimi hærent. Salem in substantiâ suâ mucilaginosâ fovet blandum, aromaticum, confortantem, virtute granis Kermes respondentem, Menses & Urinas pellentem, memoriam roborantem, Spiritus augentem; hinc ingreditur *Succolatam* Indorum. *Vainiglia.*

II. *Vinum* sub fermentatione partes suas oleosas volatilisat, & flatus naturæ sulphureæ emittit. In *Vino* prædominatur *acidum*, in quo partes spirituosæ sunt per fermentationem & volatilisationem Sulphuris concretæ. *Spiritus* autem *Vini* est compositus ex Spiritu sulphureo & acido, hinc cum Spiritu & Sale volatili Urinæ in offam coagulari potest. *Vinum.*

CLAS. III.

De Purgantibus primariis.

PUrgantium vis consistit in parte resinosa admodum acri, quâ Stomachum & Intestina irritare *Vis purgantium in quo consistat.*

tare ac M.S. in fermentativum motum ciere solen[illegible] Pro varietate hujus acredinis dividuntur in mitic[illegible] ra & fortiora. Præter vim purgantem adhuc spe[illegible] cificas qualitates obtinent, quarum intuitu eoru[illegible] delectus haberi debet, prout Morbis approprianti[illegible] Quia aliquid venenositatis habent, & de viribu[illegible] corporis deprædantur, ideo corrigenda sunt, no[illegible] per *Aromata*, quæ nil corrigunt, sed vel per *Sal[illegible] fixa* oleosum corrigentia, aut *Acida*, quæ alcalia [illegible] vim purgantem enervant, vel per *fermentationem* cum succis v. g. Pomorum Citri, &c. quæ texturan[illegible] variat. *Notandum* hic, *Antimonium diaphoreticum* purgantibus additum eorum vim augere.

A.

Agaricus. I. AGaricus quas eliminat sordes in formam mu[illegible] cilaginis transmutat. Saporis est primò sub[illegible] dulcis, mox amari & nauseosi, in recessu lenite[illegible] adstringentis. Acrimoniam purgantem in levi sua terrâ farinacea habet; immersione acidâ in terram abit cretaceam & adstringentem. Nocet stomacho & Tormina excitat, adeoque optimè corrigitur per Oxymella, seu blanda acida, quæ partim corrigunt & mucilaginosa resolvunt, partim abstergunt, quò facilius ab *Agarico* quis purgetur. Non usurpatur in substantia. Vis ejus consistit in Resinâ, unde optimè fit *Extractum* ex *Agarico troch.* cum *Sp. Vini.* Dos. ℈i. ad ʒß. *Pilulæ* ab Authore descriptæ in dosi tanta non usurpantur.

Asarum. II. *Asarum* odoris est nullius, saporis acris, tantillum nauseabundi, Linguam penetrantis, quod ratione sui salis acris, nonnihil acido-vitriolico-corrosivi, existit vomitorium & purgans per inferiora, imò simul diureticum & menses stimulans. *Radix* & *Folia* minutissimè pulverisata, à ʒß. ad ʒi. vomitum & urinam movent; grossa autem, per inferiora

feriora purgant, quia Stomachi plicas ingredi queunt, & *Quartanum* curant. In *Aquâ* ſi coxeris & propinaveris, non laxant ſed urinam movent, enſes ſtimulant, & in *Febribus intermittentibus*, Morbiſque chronicis pro reſolutionis ſcopo conveniunt; ſed in *Oxymelite* & *Aceto* vim laxativam retinent. *Radix* in ſubſtantiâ datur à ʒß. ad ʒi. *Extractum* à ℈ß. ad ʒß. *Folia recentia* Vomitiva ſunt; landè quidem, ſi No. 12. ſcindantur more *Tabaci*, ſtent infuſa per noctem in ℥iv. *Aquæ Cardui ben.* c poſtmodum Aqua hauriatur. Violentius autem, i cum piſtillo ligneo in mortario marmoreo conerantur, affusâ *Oxymelitis ſimpl.* ℥i. terendo, donec *Folia* in ſuccum liquidum ſint redacta. Validiſſimè verò, ſi ʒiij. *Succi ex foliis recentibus expreſſi* propinentur cum *Oxymelitis* ℥ß. & *Aquæ Cardui ben.* ℥i. quod ipſi *Antimonio* ſubſtitui poteſt. *Folia* in *Oxymelite* cocta Pectori ſuccurrunt.

B.

BRYONIA ſaporis ſubacris, viſcidiuſculi, odoris nullius notabilis, ob ſal acre, acidiuſculum & corroſivum incidit, aperit, purgat *Hydropicorum* ſerum, ſimulque grumos ſanguinis diſſolvit, & acidum temperat. Uſurpatur ad aliquot drachmas in infuſo vel ſucco, non in ſubſtantiâ. *Vermes* ſingulariter expellit, & in *Hydropis*, *Menſium* & *Podagræ* Affectibus prorſus ſingularis eſt. Si Radix excavetur & proprio operculo tegatur, liquor illic colligitur, qui locis podagricis illitus, & in grumis ſang. diſſolvendis, egregriè confert. Unde in *Gangrænâ* & aliis *Tumoribus* radix recens contuſa in formâ Cataplaſmatis conducit; ſed & regioni Renum ad *Aquas* collectas reſolvendas applicatur. *Bryonia.*

C.

Carthamus I. CArthami seu Cnici Semen oblongum, angulosum, læve, album, includens sub cortice duriusculo pulpam albicantem, saporis dulcis, postea acris & nauseosi. Ob sal acre sordes in forma phlegmatis abducit; mucilaginosum est, adeoque corrigitur per Aromata acria. Exhibetur in forma Emulsionis cum *Aquâ* aromaticâ: malè autem additur Decoctis vel Infusis. A modernis *Flores* in *Mensium affectibus* & *Ictero* usurpantur.

Cassia. II. *Cassia* dulcis & aromatica austeræ præfertur. *Pulpa* ejus saporis dulcis, subacris & nauseosi, ob succum viscosum, dulcem, suavem, sed sale tenui acriusculo, occultè acido stipatum, & hinc facilè acescentem, leniter alvum subducit, humores acres temperat, sordes flavescentes ejicit; vis in fermentatione consistit, unde *Hypochondriacis*, *Hystericis*, & *Gravidis*, imò & in *Febribus* minùs convenit. Contra *Stranguriam* laudatur. Sed nisi recentissima sit, acescit & Affectum auget. Eadem *Pleuriticis* convenit & *Arthriticis*, externè enim contusa, vel cum Herbâ *Solani* decocta & podagricis locis applicata laudatur. In Veterum præscriptionibus, pro scopo ciendi Menstrua, notavimus *Cassiam Fistulam*, sed tum *Cortices Cassiæ* potius intelliguntur.

Cataputia. III. *Cataputiæ* succus inspissatus serum purgat. Grana sunt saporis acris, ingrati, nauseosi, eorum decem vel duodecim decorticata & trita, cum ovo sorbili sumuntur. Si verò blandius operari debent, masticentur & deglutiantur.

Colocynthis. IV. *Colocynthis* saporis est acris, amarissimi, nauseosi, sale acri corrosivo, vehementer, per superiora & inferiora purgante prædita, resolvit succos cum acido concretos, in *Lue venereâ*, *Epilepsiâ*, Affectibus men-

menſtrualibus, & in ſpecie atrocioribus Abdominis *Torminibus*. Egregium eſt alterans æquè ac purgans. Optimè corrigitur cum Sale Tartari in Aceto, ſic enim fit Tinctura aurea amaricans, inſpiſſanda in *Extractum*. Externè Clyſteribus additur & Lotionibus capitis in *Tinea*. *Oleum* umbilico illitum *Vermes* abigit. *Spiritus vitæ aureus* melius cum Spiritu vini tartariſato perficitur.

E.

I. *Ellebori nigri* Radix & Folia ſaporis terrei, nauſeabundi, acriuſculi, odoris terrei, ſal gerunt reſinoſum blandè, ſubacidum, volatiliſſimum, & acerrimum. Calcinata parum dant Salis fixi. Vis ergo purgatrix conſiſtit in Sale volatili acri, quod inſimul corrigit acidum p. n. unde capiti in *Mania*, *Epilepſia*, *Vertigine*, *&c.* dicatur. Si per *acida* corrigatur, ab illis nimis caſtratur. Melius fit per *Alcalia*, ſc. ut ſero Lactis, vel Aquæ, Sale Tartari imprægnatæ, infundatur. *Extractum* optimè paratur cum *Aquâ ſimpl.* Alias in *Morbis chronicis* & *hypochondriacis* Decocta & Infuſa ingreditur. Externè Sternutatorium eſt, & *Coryzam* curat. *Elleborus niger.*

II. *Elleborus albus* ſaporis acris, nonnihil viſcidi, odoris nullius, ob ſal acre, corroſivum, volatile, errhinâ, potenter ſternutatoriâ & vomitoriâ qualitate pollet, externo magis quàm interno uſu commendatus, nonniſi in *Manioſis* & *Furioſis* exhibetur. Radix nempe ad ℨß. vel ℨi. coquitur in Vino, donec molleſcat, deinde novum Vinum affunditur, quod propinatur cum vel ſine expreſſione, prout fortius vel mitius deſideratur. Si tamen ritè corrigatur, exſiccando ter in *ſucco Roſarum*, vel cum *Sale Tartari*, uſurpari poteſt à ℈i. ad ℈iii. Quod ſi gravia eundem Symptomata ſequantur, maturè *Theriaca* propinetur. *Elleborus albus.*

III.

Esula. III. *Esularum* vis consistit in acrimoniâ causticâ, & Sale vol. *Cortex* earum nunquam tutò adhibetur, nisi vis caustica corrigatur per acida, v. g. *Succum Cydon. Citr. &c.* Optimè præparatur, si Radix per 24. horas in *aceto* macerata exprimatur, & hinc *Aquæ Menth.* cum *Sale Tartari* immersa inspissetur ad *Mellis* consistentiam. Exhibetur etiam in *Infuso*, quando *Radix* per acida correcta *Vino* infunditur, ad ʒii. vel ʒiii. *Conserva* è floribus violentum est Remedium.

F.

F*Rangula* Vino infusa à ʒiii. ad vi. serum, nunc per alvum, nunc per vomitum educit. In substantiâ nimis violenta est.

G.

G*Ratiola* est planta saporis acris, amari, nauseosi, sale acri emetico & cathartico prædita, hinc correctione multâ non indiget. Infunditur in Vino à ʒiii. ad ℥ß. pro *Hydropicis*, & propinatur.

H.

H*Ermodactylus* est radix Colchici siccati alba, rotunda, tuberosa, avellanæ magnitudine, compressa, saporis, dum recens, acerrimi, dum annosa, subdulcis, farinacei, parum viscosi, vel lenti, odoris nullius; sal volatile acre, purgans vehementer, in substantiâ suâ farinaceâ molleculâ fovet. Utplurimum apud nos radix effœta est, Tormina excitans. Unde rarissimè in usum adhibetur in *Maniâ*.

I.

Jalappa. I. J*Alappæ* radix saporis acuti, amariusculi, nauseosi, odoris nullius, est resinosa, sordes flavescentes abducens, contra *Lumbricos* appropriata. In pulvere datur ad ℈i. sed cum stimulo salino, Nitro nempe vel Tartaro, alias Tormina excitat. Paratur *Essen-*

tia

tia cum Spiritu Vini ex ejus Pulvere, è cujus ſolutione præcipitatur Reſina cum Aquâ communi, quæ tamen facilè Inteſtinis adhæreſcit.

II. *Ipecacuanhæ Radix*, ſ. *Radix Peruvianæ*, *Braſiliana*, eſt digiti plus longitudine, calamo tenuior, flexuoſa, nodoſa, quaſi geniculata, ſeu ex numeroſis in ſuperficie annulis exaſperata, foris fuſca, intus pallida, ſaporis ſubacris, amari, ingrati, pinguis, aut reſinoſi. Principio gaudet ſalino-ſulphureo, reſinoſo, cum tenui mucilagine, & terrâ adſtringente remixto; unde virtutem habet placidam emeticam, temperatam diaphoreticam, & lenem adſtringentem. Specifica creditur antidyſenterica; ſed & laudatur ad ſiſtendas Febres intermittentes, ad cohibendum Fluorem album, ad reprimendam Lienteriam, Diarrhœam & Fluxum hepaticum, ad immodicum Sudorem refrænandum. Habetur ex *fuſco nigricans*, quæ communis eſt; etiam *alba*, quæ rarior & acrior, & *flava* quæ rariſſima, atque circa montes Americæ auriferos naſci perhibetur. Recens eſt acris, & nauſeoſa ob particulas purgantes, tam fixas quàm volatiles. Vis maxima conſiſtit in Cortice, qui quo magis rectus, & craſſus, eo melior & efficacior, utpote abundans pluribus reſinoſis particulis. Doſis eſt ad ʒß. vel ℈ij. repetendo ſecundâ, vel tertiâ vice, ſed fractâ doſi in Dyſenteriâ ſedandâ. *Ipecacuanha.*

M.

I. M*Echoacanna* recens purgans eſt mitiſſimum, inveterata nil operatur. Serum mucilaginoſum educit, unde in *Tertianis nothis*, & iis, qui ſuccis viſcidis ſcatent, valdè convenit. In *Cruditatibus* Infantum ex lactis grumis ſuaviter purgat, guſtui enim vel odoratui minimè moleſta eſt. Datur ordinariò in ſubſtantia à ℈i. ad ʒß. vel infunditur *Mechoacanna.*

ditur ad ℥ß. aut ʒvi. in Aquâ aliquâ cum *Sale Tartari* in loco frigido. Vis ejus latet in Mucilagine gummosâ, adeoque *Extractum cum Spiritu Vini* nil valet.

Cortex Mezerei. II. *Mezerei* Cortex causticam vim in Sale volatili sitam habet; quæ corrigitur per *Succum Cydonior. immatur.* vel *Acetum.* Dos. à gr. vi. ad ℈ß. Particulæ ejus in lixivio maceratæ, auriculis perforatis inseruntur loco Setacei in *Affectibus Oculorum.*

Myrobalani III. *Myrobalani* saporem habent acidulum, vel subdulcem simul, saporem subacrem, nonnihil adstrictorium. Ratione pulpæ succulentæ moderatè laxant fermentando succos corporis, verùm ratione reliquæ substantiæ adstringunt, unde in *Diarrhœis, &c.* usurpantur. Qui & fermentationes blandè temperant sapore suo acidulo. Magis agunt in Infuso quàm in Substantiâ, quia mediante Aquâ succulenta pulpa magis resolvitur. Quò autem plus coquuntur, eò magis adstringunt.

P.

Polypodium. I. P*Olypodium* quernum optimum est, quia de acrimonia quercina nonnihil participat; saporis tamen dulcis, odoris nullius, coloris fusci, ob sal subacido-viscosum, occultum, acriusculum, aperit, laxat; hinc additur purgantibus, quia vi aliquâ abstersivâ & acidi temperativâ promovet purgantium operationem.

Psyllium. II. *Psyllii* semen saporis viscosi, odoris nullius, ob succulentas, mucilaginosas, blando sale nitroso stipatas particulas, emollit, lubricat, maturat, discutit.

R.

Rhabarbarum. I. R*Habarbarum Monachorum Hippolapathi* species est, saporis amari, nauseosi, odoris terrei, penetrantis; ob particulas plurimas terrestres, sale sul-

ſulphureo-acri amaro, & auſtero parum volatili intimè miſtas, lenius quàm verum Rhabarbarum purgat, & validius in receſſu adſtringit. *Rhabarbarum verum* in radice prægrandi, oblongâ, tuberosâ, Zonulis circularibus rugosâ, tuberibusque inæquali, leviter ponderosâ, nonnihil fungosâ, foris fuſcâ, intus croceâ, ſaporis eſt amari, nauſeoſi, pinguis, in receſſu cum lentâ viſcoſitate ſubadſtringentis; odoris gravis, nauſeoſi; quæ propter ſal craſſum, auſterum, amarum, muriaticum, acre, ſulphureum, nauſeabundum, terreſtribus ſimul particulis mixtum, virtutem nacta eſt blandè purgandi, ſimul & adſtringendi, atque fœces colore flavo tingendi, habet vim laxativam ſuperficialem, quâ ſeparatâ maximam partem adſtrictoria eſt. Ubi adſtringendi animus eſt, datur à ℈i. ad ʒß. Si torreatur, vis laxativa exhalat, unde tantum ferè adſtringit ac Terra ſigillata. Optimè infunditur in Menſtruo aqueo cum Sale Tartari, vel cum Cremore Tartari, modò ebulliat parum ad ejus diſſolutionem. *Extractum* ipſius verum, non cum Spiritu Vini, ſic enim nil valet, *Hepaticis* & *Calculoſis* commendatur, Bilis ſecretionem juvat, *Icterum* ſingulariter levat; & in *Cachexiis* ſeu *Hydrope* maximi eſt uſus. *Paracelſus* inde *Tincturam* paravit, in qua vim ſolutivam auferendam eſſe dicit, quod facit Sal Tartari. Hæc citò ad vias urinarias dilabitur, & *Calculoſis* ſuccurrit.

II. *Ricini Americani Grana*, *Tilli* vocata, ſunt *Ricinus.* Nuclei albi, oleoſi, ſaporis acerrimi, exedentis, fauces adurentis, ingratiſſimi & nauſeoſi, per ſuperiora & inferiora vehementer purgantes, Ruſticis robuſtioribus gr. 1. aliis verò 4ta pars grani ſufficit. Integrum iterum ſecedit, peractâ tamen operatione. Exprimitur inde *Oleum*, cujus guttæ ii. in

in juſculo carnis ſufficienter purgant. In hoc O ſingulare quid contra *Epilepſiam Infantum* latet, cum pinguedine erinaceâ in Linimentum redig tur, cujus grana quædam umbilico illita mira ciunt.

S.

Senna. I. SEnna Coluthea quoad folia & effectus ſimi eſt; in *Affectibus chronicis* exoptatum laxan Nauſeoſa ſunt ejus Folia, ſaporis acris, amarica tis, cum leni adſtrictione; odoris nullius. Sed eadem Folia ob particulas acuminatas facilè to mina excitant, adeoque in ſubſtantiâ raró dantu ſed in Infuſo, idque magis quàm decocto, qu ſi paulo diuturnior fiat coctio, vis laxativa magr ex parte perit. Menſtruum eſt vel *Vinum*, v *Aqua Tartareis* acuenda, quæ mucilaginem ejus re ſolvunt. *Rulandus* Decoctum ejus in Vino propi navit cum *Aquâ Cardui bened.* pro ſudorifero in *Fe bribus*. In *Hypochondriacis*, loco Aquæ, infundatu in *Succo Pomorum Borſdorf.* depurato. *Extractum* ſu ſpectum eſt, quia metus eſt, ne vis laxans evapora verit. Fit elegans *Tinctura* ex *Senna* & *Rhab.* cum *Solutione Salis eſſentialis Tartari*, ſed cum *Spiritu Vin* fieri nequit.

Soldanella. II. *Soldanella* eſt Planta ſaporis ſubſalſi, acris ſubamari, & nauſeoſi, unde per alvum purgand in *Hydrope* & ſimilibus Affectibus officium ſuum egregiè facit. Semper tamen *Rhabarbarum* ipſi addendum. Doſis foliorum à ℈ß. ad ℈ii. Pro Decocto verò ab ℥ß. ad ℥i. Quibuſdam ſuccus ad ℥ß. in uſu eſt, qui inſpiſſatus ultra ʒii. dari non debet.

Spina cervina. III. *Spinæ infectoriæ Baccæ* egregium ſuggerunt *Syrupum purgantem*. Inter reliqua præparata No. 3. *Extractum Rhamni* habet Author, quod elegans, cum vis Tithymali cauſtica *Aceto roſaceo* deſtruatur. Ob

Nitrum

Nitrum autem additum, in solutione acquiritur Alcali fixum, quod dum extrahitur, habetur *Tartarus* regeneratus, hoc est *Sal essentiale Tartari* ex *Aceto rosato* & *Nitro* ortum & compositum.

T.

I. TUrpethum radix resinosa est Convolvuli Indici, foliis Althææ similibus, oblonga, crassa, foris ferruginea, intus albida, saporis subacris, nauseabundi, resinosi. Tota planta lacte turget concrescente in Resinam, quæ omne, quod attingit, sub formâ mucilaginis viscidæ evacuare valet, unde inter Pituitam evacuantia numerari solet. *Tinctura aurea* inde elicitur cum Spiritu Vini tartarisato, egregium remedium, ubi validiore evacuatione opus. *Resina* elicita in Spiritu Vini blandè purgat, & *Vermes* egregiè deturbat. *Turpethum.*

II. *Tamarindorum succus* seu *pulpa* blando gaudet sale acido, salso, acri, purgante, quo bilem ejusque effervescentiam temperat. Propter aliqualem nitrositatem *Tamarindi* abstergunt & laxant. In *Febribus*, inprimis *scorbuticis*, æstum egregiè temperant, & Alvum apertum servant. Pulpæ dosis est ab ℥ß. ad ℥ii. Pro Decocto ℥iii. vel iv. adhibentur. Alias Tartarus ex Tamarindis fieri potest, qui tamen nil peculiare habet. *Tamarindi.*

Hæc sunt primaria Purgantia, è quibus sufficere possunt *Senna*, *Rhabarbarum*, *Elleborus niger*, *Jalappa*, & *Colocynthis*. Perlustremus adhuc Purgantia secundaria, quæ nil aliud sunt, quàm varia Vegetabilium producta.

CLAS. IV.

De Purgantibus ſecundariis.

A.

Aloë. ALoe lucida ſuccus ille amariſſimus, ob particulas acres, ſalino-amaras, ſulphuri reſinoſo, in receſſu aciduio, junctas, virtutem habet purgandi per alvum, hinc ſua *Tincturâ* fœces flavas reddit: unde malè *Cholagoga* dicitur. *Lumbricos* expellit: blandè purgat, Stomacho amica eſt, & mucum ibi hærentem abſtergit. Vim habet *balſamicam* unde inter omnia Purgantia *Aloe* & *Rhabarbarum* habentur innocua, cum reliqua de virulentiâ quadam participent. Duæ autem in *Aloe* ſubſtantiæ ſunt: 1. Mucilaginoſo-aquoſa, quæ ſola laxat & in Aquâ ſolvitur. 2. Viſcido-reſinoſa, quæ ſtyptica eſt & Hæmorrhoidum concitatrix, ac in Spiritu Vini ſolubilis. Vulgo lavant *Aloen*, ſed hoc ipſo eandem vi purgativâ ſpoliant. Pro ſcopo igitur purgandi extrahatur cum *Aquâ ſimpl.* vel quadam appropriatâ cum Sale Tartari, vel Oleo Tartari per del. acuatâ, deinde inſpiſſetur Tinctura in *Extractum*, ad gr. vi. egregiè laxans. Interim non nimium Salis Tartari addendum, alias vim purgandi omnino deſtruit. Tinctura cum Spiritu Vini non purgat. Si ritè paretur *Extractum*, ſuperflua eſt inſuccatio. Oleum ex *Aloe* deſtillatum Umbilico illitum *Vermes* necat. *Externè Aloe* balſamica eſt, & Vulnerum putredini reſiſtit. Fit *Aqua* ex *Aloe* in *Aquâ Abſinth.* ſolutâ, terendo probè & ſubigendo, qua abluuntur corpora pro enecandis *Vermibus* & *Crinonibus*, nec non Crinibus à defluvio præcavendis.

E.

E.

I. ELaterium succus est ex *Cucumere asinino* expressus, & per inspissationem collectus, quando flavescere & maturare incipit, amarissimus, ob sal acerrimum, & corrosivum etiam post correctionem manens, hincque purgans admodum violentum, in *Hydrope* specificè conveniens. Substantia non usurpatur; sed *Extractum* paratum cum Spiritu Vini addendo in fine *Oleum destill. Macis & Cinnam.* Dos. ejus à gr. xv. ad ℈i. Similiter ex Radice hujus Plantæ paratur *Essentia & Extractum* cum Spiritu Vini, addendo idem *Oleum.* In Gravidis cautè usurpandum. Aliàs per acida & fermentationem corrigitur. *Elaterium.*

II. *Euphorbium* nostrum à veteri differt. Succus est concretus acerrimus, ex incisâ Ferulâ Lybicâ extractus, ac inspissatus: aliàs si bonus existit, purus, transparens, candidus, flavusque, acri & urente sapore præditus; qui propter sal volatile acerrimum, causticum vehementissimè purgat, interno usu neutiquam commendatum. In acrimonia caustica cum succo *Esulæ* convenit, unde quæ de *Esulâ* dicta fuerunt, hic applicari poterunt. Datur contra *Quartanam Febrem* ad ℈i. prius tamen correctum cum *Succo Citri*; per *acida* enim vis alcalina caustica castratur. Externè in *Carie ossium* nil melius est *Euphorbio* Spiritu Vini irrorato. Sternutatorium est validissimum, adeoque debet ℈i. cum ℥i. *Pulv. Irid. flor.* misceri. In formâ liquidâ ℥i. *Euphorbii*, cocta in ℔i. Aquæ Lil. convall. ad gutt. aliquot potens Sternutatorium est. *Euphorbium*

G.

GUtta Jemou videtur esse *Gummi* quoddam, è *Radice Ricini* vulneratâ destillans, & *Croco Indico* tinctum. Aliàs *Gummi Gutta*, *Gutta gamba*, vel *Gutta Gamandra.*

Gutta gamandra dicta, & verosimilius est Succu gummoso-resinosus, induratus, flavus, è vulnerat Arbore pomiferâ Chinensi, Indis Coddampull dictâ, collectus, solutione in Aquâ pluviali purgatus inspissatus, lenissimo igne, ne nigrescat, in mas sam uniformem flavescentem, saporis primum re sinosi, hinc acris caustici; ob sal acre, acido-uren vim habet incidendi, resolvendi, per vomitum & alvum purgandi. Corrigatur necesse est, sive pe Alcalia sive per Acida. Lotichius exhibet à gr. iiii ad ℈ß. cum ℈i. *Tartari vitriolati.* Optima est illa *Magisterii* præparatio, ubi Oleum Tartari vel Spir Vini tartarisatus adhibetur. Quin & *Essentia aurea* inde elicitur. *Spiritus* autem *Vitrioli* acidus non tam corrigit, quàm castrat hujus purgantis vires.

M.

Manna. M*Anna*, succus ille gummeus, sunt grana ex albo-flavescentia, pinguia, figuræ multiplicis ex Arboribus Orni & Fraxini in Calabria, Siciliâ &c. potissimum diebus canicularibus collecta, saporis dulcis, subacris, pinguis, & nauseosi, odoris nullius, vel mellei, quæ propter Spiritum quendam ferè insipidum, leniter acriusculum, vel sal aliquod occultum acidulum purgant leniter alvum. Adulteratur *Manna* variis modis, & quidem nunc *Sacchare penidio* cum *Foliis Sennæ*: nunc eadem paratur ex *Amylo, Melle* & *Scammonio.* Sub collectione Martem in æruginem rodere valet, unde cum lapideis & ligneis cultris colligitur, ne nigrescat. Vis ejus laxativa consistit in motu fermentativo, unde abstergit sordes, easque flavas reddit; adeoque *Hystericis, Hypochondriacis* & *Febricitantibus* non convenit, alias in *Asperitate* & *Ariditate faucium* conducit. *Manna tartarisata* elegans est remedium, nam propter Tartarum minùs fermentat. *Spiritus Mannæ*

ad

ad ℥i. utut insipidus, sudoriferum est egregium, & singulare quid in recessu habens. Qui No. 6. ab Authore describitur, singularissimum menstruum est pro extrahendo Sulphure solari, Manna enim turget Rore, Sale aëris hermetico impraegnato, unde *Mercurium* seu *Spiritum* planè singularem dat, qui multum habet in recessu. Quidam *Electuarium laxativum* inde destillant per vesicam.

O.

OPopanax, Succus gummeus è Panacis heraclei vulneratâ radice fluens & concretus, coloris extus flavi, intus albi vel subflavi, odoris gravis, saporis valdè amari, consistentiæ solidæ & pinguis, facilè in Aquâ solubilis, levis, friabilis; ob sal volatile amaro-sulphureum, emolliendi, digerendi, purgandi, Urinam ac Menses pellendi virtute gaudens. Datus hinc ad ℨi. humores viscidos incidit, & fœces sub formâ mucilaginis abducit, sicuti omnia Gummata. *Heraclinum* maximè in usu est, quod à quisquiliis depurandum, solvendo in Aqua, Vino, vel Succo Citri. Externè Tumores discutit. Vis ejus in Sale alcalino acriori latet. *Opopanax.*

S.

SCammonium Veterum Succus fuit Radicis herbæ ejusdem è *Convolvulorum* genere; nostrum autem est *Succus Esulæ*, acerrimus, causticus & malignus. Sordes flavas & fœtidas reddit, unde Cholagoga falsò dicitur. Per se *Crudum* rarò præscribitur, sed loco stimuli aliis in Pulvere additur, ut & ejus *Resina* ad gr. ii. vel iii. Optimè depuratur *Glycirrhizâ* juxta modum Num. 5. quæ stimulos acerbos & volatiles inviscat & cicurat. Corrigitur vel per *Acida* nempe *Succum Cydonior.* ut Num. 2. & *Spiritum* *Scammonium.*

tum Vitrioli Num. 7. vel per *Alcalia*, quando *La-xivio Salis Tartari* Scammonium injicitur, und emergit *Tinctura rubicunda*, quæ inspissata, & cum Spiritu Vini extracta dat *Essentiam laxativam*; ubi pe *Sal Tartari* invertitur sapor & odor ejus nauseo sus. Ex *Scammonio*, vel ejus *Resinâ* fieri possun *Emulsiones*, cum *Saccharo* & *Aquâ Fumar.* vel *Succ Citr.* gustui gratissimæ. Huc referendus est *Succu Citri diagrydiatus*; sc. ℞. *Di gr. sulphurat.* ℥i. *affuna Succ Citri. depur.* ℔ ß. *stent in vitro obturato in loc calido per 3. dies. Ultimo die decantetur, & colatur cum Saccharo, blando igne, ad consistentiam redigatur Dos. cochl.* 1.

Et hæc de Purgantibus secundariis, ex quibu *Aloe* & *Scammonium* sufficiunt, adeo ut cæteris fa cilè supersedere possimus.



SCHRÖ

SCHRÖDERI DILUCIDATI

SECTIO II.

De Zoologia seu Regno Animali.

ANIMALIA jam sequuntur, quorum partes distinguuntur in *duras* & *molles*. Duræ sunt *ossa*, *cornua*, *ungulæ* & *dentes*, quæ acidum absorbent, non sine insigni effervescentiæ motu, quia *Sale vol. alcalino* turgent, adeoque sanguinem fluidiorem reddendo, simul sudorem movent. In Igne subministrant 1. *Phlegma aqueum*, cujus parum habet in recessu. 2. *Spiritum vol. mercurialem*, minus inflammabilem, & cum *Sale vol.* non effervescentem, volatilem tamen & potenter sudoriferum, adeoque mediæ naturæ inter salinum & sulphureum. 3. *Copiosum Sal vol.* quod rectificatum acida destruit, & fortiter sudorem movet. 4. *Oleum nigrum empyreumaticum*, quod per Retortam super proprium caput mortuum rectificatum aurei coloris fit, fœtorem deponit, instar Ignis penetrat, & sudorem ciet, acidum quodcunque simul destruendo. *Internè* in *Hystericis affectibus* & *Colicâ*; *externè* autem *Podagræ* illitum, optimè conducit. 5. *Caput mortuum nigrum*, quod aperto vase calcinatum prorsus albescit; quodque, utut iners, adstringit tamen, humidum acidum imbibit, adeoque in *Dysenteriis*, *&c.* convenit. *Partes molles* sunt *pingues* vel *non pingues*. *Non pingues* sunt *Viscera carnosa* & *Sanguis*, quæ turgent Succo pingui & Sale blando, suggeruntque *Sal vol.* pene- *Animalium Partes.*

 tran-

trantiſſimum. Ex *pinguibus Spiritus* & *Sal volatile* difficulter elicitur, ſed ſi putrefacta ſint, copioſum *Phlegma*, *Spiritum*, *Sal volat.* & *Oleum* ſuggerunt. Omnia autem animalium Salia volatilia conveniunt generaliter in eo, quod acida deſtruant & ſudorifera ſint. Attamen & ſpecificas ſimul dotes habent. Pinguiores partes, *Sevum* nempe, *Axungia*, &c. in eo conveniunt, quod conſtent parte ſulphureâ, quæ in receſſu ab acido occulto concentratur. Hinc cum Alcalibus in Sapones abeunt, ſicut & Olea vegetabilium, adeoque emolliunt, relaxant, attenuant, & plus minus anodynæ ſunt.

CLASSIS I.

De Animalibus terreſtribus perfectioribus.

A.

Ungula Alcis. I. ALcis Ungula contra *Epilepſiam* internè & externè in forma Amuleti valet. *Alces* nimirum beſtia eſt meticuloſa, & à ſtrepitu etiam arboris in fugam pellitur; hic metus in totum corpus transfertur, præprimis in *Ungulas*, & quidem poſteriores, unde vis hæc dependet. *Calcinata* & *Magiſterium* nil valent. De *Nervis* obſervetur quod Author habet. *Cornu Alcis* paratur etiam ſpagyricè ut C.C. imò *Spiritum* & *Sal volatil. antepilept.* ſuggerit.

Dens Apri. II. *Apri* dentes ad ʒi. in *Pleuritide* & *Inflammatione* interna ſanguinem coagulatum reſolvunt, & acidum abſorbent, quo abſorpto ſudor ſequitur. Deſtillati dant *Sal vol.* admodum penetrans. *Magiſterium* nil valet. *Gelatina* paratur ut *Gelat.* C. C. & in potu pleuritico egregium eſt remedium.

Sanguis Aſini. III. *Aſini ſanguis*, tempore verno prope aurem extractus linteo exceptus & exſiccatus in Camino, ut

rut de *Sale vol. Lignorum* participet, per annum servatur sine virium jacturâ, & cum *Aqua destill. Hyper.* & *Anagall.* propinatus specificum est egregium contra *Maniam*. Alias in *Atrophia* & *Phthisi* Lac ejus maximè salubre est, quia Asinus bestia est sana & longæva. Ante ejus usum cibus sit dulcis & minus acidus. Dein tempore matutino & vespertino propinetur tepidum, addito Saccharo, ne coaguletur. *Stercus* internè propinatum cum *Aquâ Plantag.* & *Syrupo Myrtill. Hæmorrhagias* sistit. In quem finem & externè ejus *Pulvis* naribus insufflatur, vel ipsum cum Aceto subigitur & intruditur.

B.

I. BOvis & *Vaccæ Cornu*, dum in coitu versantur, derasum, Venerem stimulat. *Fel* in Clysmate alvum proritat; externè umbilico cum *Aloe* illinitur contra *Lumbricos*, & si strictè adhæret, certò adsunt *Lumbrici*. *Aqua Fellis* destillata cicatrices Oculorum delet, & acrimoniâ volatili visum clarificat. *Essentia Fellis Bovis* inspissata & cum Spiritu Vini extracta, præter usum cosmeticum, egregia est in *Tinnitu aurium*, cum bombace illita. *Splenis Decoctum*, vel *Essentia* Menses ciet, & Appetitum promovet. In *Atrophia* & *Doloribus artuum* post Vulnera, immittuntur membra in *sanguinem Bovis*, recens mactati. *Stercus* in *Doloribus*, *Inflammationibus* & *Ambustis* externis egregium est anodynum. Aquam etiam destillatam suggerit, quæ cosmetica egregia est, & in *Suppressione urinæ* laudatur. In Ventriculo secundo generantur *Lapides* ex pilis invicem convolutis, mucilagine quadam obductis, qui nullius sunt usus. Illi verò in Folliculo felleo constant *Sale vol. alcalino* ab acido p. n. coagulato, & ad ℥i. cum Vino vel Aceto, in *Casu* sanguinem grumosum resolvunt, *Icterum* denique & *nephriticos* Dolo-

Cornu Bubulum.

res, ac ſcorbuticos per urinam & ſudorem curan
Lac conſtat ſubſtantiâ butyroſo-ſulphureâ, caſeoſo
ſalinâ, & vehiculo ſeroſo; adeoque quamlibet cor-
poris acrimoniam in *Scorbuto*, *Ulceribus Renum*, *Mi-
ctu cruento*, & *Dyſenteriâ*, temperat; egregium etiam
nutritivum eſt, contra *Atrophiam*, *Tabem*, *&c.* nil
melius. Pro ratione autem Beſtiæ & paſtûs variat.
Unde ſana ea eſſe debet, ac pro uſu antiſcorbutico
herbis antiſcorbuticis, pro vulnerario, vulnerariis
nutrienda.

Bufones. II. *Bufones vivi* furore perciti venenati ſunt, ſed
mortui omni carent veneno. Menſe Julio trans-
foſſi, exſiccati, & abſciſſis capitibus atque inteſti-
nis pulveriſati, ad gr xii. alternis diebus Hydropi-
cis dati egregiè ſanant. Externè *Bufo vivus*
contuſus Renibus in eodem Affectu applicatur. Alii
contra *Febres ardentes* exhibent ante paroxyſmum.
Quin & externè contra malignitatem peſtilentialem
adhibetur, latet enim in Bufonibus vis anti-peſti-
lentialis. *Lapis Bufonum* figmentum eſt, forſan
Cranium annoſorum. *Bufones* comburendo cæruleam
eructant flammam, unde ſuſpicor in illis latere
principium ſulphureum animale. *Pulvis* Bufonum
appenſus contra *Incontinentiam Urinæ* valet, & vir-
tute anodynâ pollere dicitur. *Sal ejus volatile* pene-
trans eſt diureticum. Paratur quoque inde *Oleum
anodynum* beneficio Salis marini & Olei Amygd.
dulcium.

C.

Catelli. I. C*Atelli Melitenſes* pro *Colicâ* & *Podagrâ* applicati,
anodyni ſunt; & poſtea claudicare dicuntur.
Axungia canina ob vim penetrantem vulnerariam
præ cæteris laudatur. Multi in Aceto contra *Phthi-
ſin* & *Epilepſiam* laudant. *Album græcum* Canis,
oſſibus ſine potu nutriti, multum habet in receſſu.

Omnia

Omnia enim animalium *stercora* gaudent *Sale vol. urinoso* & *acido*, quæ si in Stomacho fermentando acescant, *Sal volatile* transit, & *Sal salsum* remanet. Hoc Sal ubi alcali præcellit, in aëre cum Nitro aëris fermentatum transit in perfectum Nitrum. Omnia igitur *Stercora* sudorem movent, sanguinis grumos dissolvunt, & hinc in *Dysenteriis*, *Pleuritide &c.* egregiè conveniunt. Inprimis *Album græcum* quod & interne pro destruendo acido primarum viarum in *Passione hystericâ* vel *Colicâ*, ex acido austero ortâ, & alibi conducit: Pariter *Decocta vulneraria* meritò ingreditur, & in Angina faucium laudatur.

II. *Capri sanguis*, modo Helmontiano collectus & præparatus, sub formâ pulveris ad ʒi. in *Pleuritide* sanguinis grumos optimè dissolvit, & cum Aceto sumtus egregium est Diureticum, *Calculum Renum* & *Vesicæ* absumens, imò *Balsamum antipodagricum* inde paratur. *Sevum hircinum* Oleo non miscendum, alias enim nimis coagulat. In Clysmatibus, in *Dysenteriis* & *Tenesmo*, anodynum est & consolidans. *Lac caprinum* turget sero nitroso & *Nitro volatiliori*; unde eminenter omnes vires obtinet; quæ sero Lactis vaccini adscribuntur; præsertim pro æstu, in specie antiscorbutico, compescendo. Stercus in *Podagra* & *Oedemate* cum Urina ægri applicatum egregiè juvat. *Urina calida* diuretica est. *Capri vel Hirci sanguis.*

III. *Rupricapra* in secundo ventriculo suggerit *Ægagropilas*, ex Fibris durioribus vetegabilium, in specie *Doronici*, quæ difficilis concoctionis sunt, cum viscoso chylo generatos. Vi sudoriferâ pollent ad ʒi. in *Pleuritide*, *Variolis* & præ cæteris in *Partu difficili*. *Rupricapra.*

IV. *Capricerva orientalis* dat lapidem, *Bezoar* dictum, de copioso Sale alcalino participantem, vi alexipharmacâ pollentem. Sed inter mille vix unus genui- *Capricerva orientalis.*

genuinus. Imò licet omnes genuini ſint, non tamen omnes habebunt Vim alexipharmacam, ſed iſti tantùm, qui ex *Animalibus montanis*, Plantis ſalubribus veſcentibus, deſumpti ſunt. Adeoque *Calculus humanus* longè melior eſt.

Occidentalis. V. *Capricerva occidentalis* dat *Bezoar* Occidentale. Sed *Lapis fellis bubuli* ad ℥i. propinatus idem præſtabit, ac *Lapis Bezoar occidentalis*. Idem judico de *Orientali*.

Caſtor. VI. *Caſtor* decantatus eſt ratione *Caſtorei*, quod Liquor eſt in folliculis, à Teſtibus longè differentibus, contentus, oleoſus, penetrans, & Sale volatili impregnatus. Videtur eſſe *craſſa Lympha*, per ductum appropriatum in folliculum deducta, & per fermentationem partim ex ſudore, partim aliunde transmutata in talem liquorem. Vis ejus fundata eſt in Sale vol. oleoſo penetrante, & Senſus graviter afficiente; unde in *Affectibus nervinis*, in *Colicâ* item, & præſertim *Paſſionibus hyſtericis*, internè & externè, ſacra eſt anchora; auſterum enim corrigit, motuſque convulſivos compeſcit. Unà cum Myrrhâ *Fœtum*, *Menſes* & *Lochia* pellit, *Dolores poſt partum* ſiſtit. In *Lethargo*, *Comate* & *Caro*, ex gas liquorum fermenteſcentium orto, nil melius quàm *Caſtoreum*, præmiſſo Vomitu. In prædictis *Affectibus* hinc cum *Scammonio* ſæpè propinatur, ut alterando ſimul laxet. Si tempeſtivè ante *Febrem* exhibeatur, *Variolas* præcavet: præſente autem *Febre* expellendæ ſunt, propinando *Eſſentiam* ex *Aſâ fœtidâ* cum *Spiritu Vini tartariſato*. *Oleum per veſicam* cum ſ. q. Aquæ deſtillatum, efficaciſſimum eſt, & minus fœtidum. *Extractum Caſtorei* nil valet, ſed *Eſſentia* à ℈i. ad ʒß. in prædictis Affectibus potens eſt remedium, imò & Auribus purgatis ad gutt. i. vel ij. inſtillatur in difficili *Auditu*, *Tinnitu*, aut *Murmuratione*.

VII.

VII. *Cati sylvestris Axungia* liquefacta, habitâ sexûs ratione, & Umbilico ad gutt. aliquot instillata *Colicam* avertit. In *Atrophiâ partium* reliquis præfertur. In *Epilepsia* pariter certissimum est remedium. *Catus sylvestr.*

VIII. *Catus Zibethinus Zibethum* suggerit, liquorem per se fœtidum, licèt tantillum suavem spiret odorem. Internè *Moschus* ejus loco substituitur. *Externè* Umbilico illitum *Tormina* quæcunque *Abdominis* & *Passiones hystericas* alleviat, modò nares nimium non feriat. Porrò cum *Balsamo apoplect.* Glandi Penis illitum fœcundationem & Venerem promovet. *Zibethinus.*

IX. *Cervi Cornua* quotannis mutant, forsan quia *Plantis novellis* utuntur. *Castrati* autem nunquam *Cornua* deponunt. Colligenda sunt hæc *Cornua* inter 23. *August.* & 8. *Septembr.* tunc enim dura omninò, & Sale volatili copiosissimo imprægnata sunt. *C.C. ustum* nil valet, nisi nudâ adstrictione. Eligitur igitur *Philosophicè calcinatum*, vel coquendo vel suspendendo in Alembico; ita enim *Salis vol. & Olei* partem retinet, ratione cujus à ℈i. ad ʒß. elegans sudoriferum est, & malignitatem expellit. *Gelatina* coquendo elicita, est quasi *quinta Essentia*, ad ʒi. in potûs ordinarii *Mens.* i. æstum æquè ac malignitatem *Febrium* reprimit. Pertinet huc *Liquor C. C. succinatus*, qui elegantissima est medicina: *℞. Sal vol. Succin. & Sal vol. C.C. depur. ana. dissolve in Spiritu C.C. rectific. Hæc si destillentur, Salia vol. cum Spiritu ascendunt, & Liquorem huncce constituunt.* Quidam *Sal volatile* figere volunt beneficio acidorum, *Aceti, Spiritus Salis*, sed hæc vim ejus destruunt; præstat per se ad ℈i. in liquore proprio, h. e. *Spiritu Sale vol. imprægnato* ad ʒß. *Cornua* tenella putrefacta, non aliter, Sal volatile facilè dant. *Cornua Cervi.* *C.C phil. ppt* *Gelatina.* *Liquor C.C. succinatus.*

Aqua è Typhis. dant. *Aqua è Typhis* spirituosa in *Variolis, Epilepsii* & *Mulierum Purpurâ* vehiculum commune est. *Caligæ* ex Corio cervino ritè paratæ contra *Podagram* laudantur. *Os de Corde Cervi.* *Os de Corde Cervi* nil aliud est quàm musculorum Cordis tendo ætate inveteratus in os degenerans, & præ cæteris Ossibus reverâ nil peculiare habet. *Priapus Cervi.* *Priapus Cervi*, in coitu transfossi, Venerem maximè stimulat, & *Dysentericis* damnum infert. *Priapus* verò alio tempore transfossi Cervi, optimum euporiston est contra *Dysenteriam*, & *Affectus hystericos*. *Sevum cervinum.* *Sevum cervinum* Excoriationes superficiales, manuum à frigore Fissuras, & Ani procidentiam, calidè illitum, curat. *Lapis* componitur ex acido, & alcali urinoso prævalente, & *Lapidi Bezoar* æquiparandus, si non præferendus.

Cochlea. X. *Cochleæ testaceæ majores* circa vites repertæ, integræ cum istis contusæ, in formâ *Cataplasmatis* Abdominis aliarumque partium *Tumores serosos* discutiunt, inprimis si contusis inspergatur *Pulvis Fimi caprilli* & *Seminis Carvi*. Quin & contusæ suggerunt *Succum alcali temperato gaudentem*, qui in *Erysipelate* egregiè convenit, imò & *cosmeticus* est, *Testæ.* si cum *Sale Tartari* in loco frigidiusculo fluat. *Testæ exsiccatæ* & pulverisatæ *Hydropem* per urinam curant; vel in *Spiritu Salis, Vino, Aceto* solutæ, menstruo denique abstracto coagulatæ, per deliquium Liquorem suggerunt, egregiè diureticum in *Hydrope*, qui merito *Aquæ destillatæ* præfertur.

E.

Equus. I. EQuus non castratus *Stercus* suppeditat, quod in Vino expressum *Colicam, Passionem hystericam, Icterum*, (propter vim nitrosam vol.) *Variolas* præprimis *Pleuritidem* & *Inflammationes internas* singulariter alleviat. Sed verò ex *Stercoris Caballi*

avenâ

avenâ probè nutriti, Boiis cum *Plantis antiſcorbuticis, Naſturtii, Cochleariæ, Trifolii fibrini, Fumariæ, Apii Macedonici, Plantaginis aquaticæ*, &c. Aquam deſtillare conſuevimus, excellentem contra *Colicam, Arthritidem qualemcunque, Pleuritidem, Rheumatiſmum, Paſſionem hyſtericam*, aliosque Affectus chronicos. *Teſtes* temperato Igne exſiccati, deinde Eſſentiâ Myrrhæ irrorati, ut durent, & pulveriſati ad ʒi. *Colicam* admodum mitigant, *Partum* item *difficilem* & *Fœtum mortuum* egregiè promovent. *Teſtes equini.*

II. *Erinaceus* in juſculo coctus egregium eſt diureticum & anti-hydropicum; Calcinatus verò dat *Cinerem*, in *Incontinentiâ Urinæ* optimum. Ejus *Axungia* in *Herniis* Lumbis inungitur, ut Inteſtina retrahat & firmet. Contra *Epilepſiam* Infantum fit *Linimentum* ex hujus Pinguedinis p. iv. & Olei cujuſdam deſtillati p. I. *Erinaceus.*

H.

HOminis Capilli reverâ vegetantur, & in Pulvere *Hæmorrhagias* ſiſtere dicuntur; deſtillati dant *Spiritum*, & *Oleum*, quod capillos illitum generat. *Hominis Capilli.* *Ungues* ſeu Tendinum appendices in *Pulvere* vel *Vino* propinati vomitum cient. In Quercum perforatam immiſſi, *Podagram* alleviant, teſte *Marco Marci.* *Ungues.* *Saliva* Spiritu acido & alcalino turget, unde contra *Serpigines*, & *Maculas* ipſas *Variolarum* jejuna illinitur. In Homine iracundo adeo venenata eſt, ut ejus morſus *Gangrænam* facilè inferat. *Saliva.* *Cerumen aurium* non ſolùm anticolicum eſt, ſed & ad *Vulnera nervoſa* recentia egregium eſt vulnerarium. *Aurium Cerumen.* *Lac muliebre Phthiſicos* & *Venerem* roborat. *Lac muliebre.* *Sanguis menſtruus* ſanarum Fœminarum linteo exceptus, exſiccatus, & deinde cum Aceto ſcillitico extractus, internèque datus commodè menſtrua promovet. Externè Linteum hoc exſiccatum *Tumores eryſi-* *Sanguis menſtruus.*

eryſipelatoſos, ac *Dolores podagricos* ſiſtit; quin & co lo appenſum *Febrem tertianam* curat. Denique *Phi tra* exinde parantur, quibus *Secundina humana* pra parata contrariatur. Hæc autem, *Secundina* nemp multum habet in receſſu, unde & Bruta ſecundina ſuas avidè devorant. In *Doloribus poſt partum* *Partu difficili* reliquis remediis palmam eripit. I pulveriſatione partes volatiles avolant. Quaprop ter potius membranâ propriâ detracta in cucurbit vitreâ capaci (aliàs frangitur) probè clauſa, i loco calido putreſcat, ſed ſine *Vermibus*, qui i vaſe clauſo produci non ſolent. Sic fit liquor lim pidus cum horrendo fœtore, qui deſtillatus da *Spiritum oleoſum*, abjecto *Phlegmate*, & hic ad ʒß promptiſſimè *Fœtum* pellit, & contra *Epilepſiam* hæ reditariam commendatur. *Maculas* ſeu *Nævos* ma ternos alias cruentis adhuc Secundinis tangendo cu rare ſolent.

Secundina humana.

Urina.

Urina egregium eſt anodynum *Doloribus partium nervoſarum* applicatum. In *Podagr* Pediluvia inde fiunt egregia. Imò *Coſmetica* eſt *Maculas* poſt *Variolas*, *Fiſſuras* à frigore, & *Scabiem* auferens. In *Flatulentiis Abdominis* & *Hydrope*, pro Clyſmatibus egregia eſt. *Externè* mundificat *Vulnera* & *Ulcera*, & contra *Gangrænam Stercore Vaccino* & *Urinâ humanâ* nil melius. Deſtillata dat *Spiritum* & *Sal vol.* idque vel per crudam inſpiſſationem, vel, quod melius, per putrefactionem & fermentationem. Spiritus autem per fermentationem paratus *Olea deſtillata* coagulat, cum eorum occulto acido ſe uniens. Porrò ex *Capite mortuo* hujus deſtillationis elicitur Sal fixum, vel potius Salſum (fixum enim nullum in Animalibus reperitur) quod cum Boli p. iii. deſtillatum dat *Spiritum acidum*, ſimilem Spiritui Salis; quodque in uſu medico *Acidum*, & *Dolores* inde oriundos deſtruit,

Ejus Spiritus & Sal vol.

ſtruit, *Febribus* itaque & *Hydropi* reſiſtit. *Stercus humanum* volatile eſt, præ reliquis magis oleoſum, & minùs ſalinum. In *Tumoribus* tam *malignis* quàm *benignis* maturandis nil melius. In *Doloribus articulorum* Stercus vaccinum antecellit; cum Allii capitibus *Morſui venenato* impoſitum certum levamen adfert. Deſtillatum per retortam dat *Aquam* & *Oleum fœtidum*, quod in *Vulneribus fiſtuloſis* & ipſo *Cancro* ſummum eſt remedium. Si redigatur hoc *Stercus* cum ſ. q. *Aquæ* in pultem, & in Balneo vaporis ponantur, fœtor exibit, ſed dein gratum ſpirabit odorem; unde Mercatores *Moſchum debilem* ſolent in *Latrinâ* ſuſpendere, ut odor ejus intendatur. *Sanguis humanus recens*, ex homine decollato collectus, contra *Epilepſiam* hauritur. Deſtillatus dat *Phlegma* & *Spiritum*, & modò prius putreſcat, copioſum etiam *Sal vol. Spiritus* in *Epilepſia*, *Apoplexiâ*, *&c.* decantatur. *Oleum* ſuper Caput mort. rectificatum, propter luxurians Sulphur anodynum, *Dolores nervoſos*, ab acido oriundos, optimè ſiſtit. *Spiritus Sanguinis humani* additis *Camphora* & *Caſtoreo*, egregium fit *Antepilepticum* & *Hyſtericum*. Si *Spiritus* cum *Sale* & *Oleo* proprio digeratur & cohobetur, fit *Liquor rubicundus* ſeu *Quinta eſſentia*. *Sanguis* irrotatus cum *Spiritu Vini*, acuato *Spiritu ſalis* & *Myrrhâ*, imprægnato, fit *Mumia*. *Mumia* autem *Paracelſo* duplex eſt, *corporalis* ſc. ſeu partes corporis violentâ morte extincti ſolidæ; & *Spiritualis*, quæ Spiritus vitalis eſt unicuique concreto inditus, in quo conſiſtit fundamentum omnium Actionum *magneticarum* & *ſympatheticarum*. *Caro hominis* ſuſpenſi, aut rotâ confracti, *Myrrha* imprægnata, & in fumo è *Ligno* & *Baccis Juniperi* ſucceſſivè exſiccata, fit elegans *Mumia*, propter remanentiam *Spiritus vitalis mumialis*, ſingularium vi-

Stercus humanum.

Sanguis humanus.

Mumia.

Caro hominis.

rium

rium in *Sanguine congrumato* à Caſu ab alto, doſ.ʒ in vehiculo appropriato, expectando ſudorem. Im in *internis Viſcerum corruptelis* vi Balſamicâ corpu facilè reſtituit. *Externè Mumia artificialis* omn *Unguenta* in gravioribus Vulneribus ingreditu De *Calculo humano* vide Regnum minerale. *Cut* Cingulum *Paſſiones hyſtericas* levat. *Pinguedo human* præ reliquis temperata eſt & anodyna, item contr *Atrophiam* utilis. Deſtillata dat *Oleum*, quod recti ficatum ſuper Oſſa hominum calcinata ſingulare e conſolidans in *Luxationibus* & *Fracturis*. *Oſſa hu mana* acidum abſorbent, & præterea in *Doloribu artuum*, & *Dyſenteria* ſpecificè conveniunt, ubi tam *Oſſa præparata*, quàm *Sal volatile*, quod efficaciu eſt, conveniunt. Calcinantur autem ſine Igne, & ad ʒi. vel ʒii. per ſe alvum laxant. Præ cæteri autem *Oſſa Cranii* in frequenti uſu ſunt contra *Epilepſiam* cum *Aqua ſpirituoſa Lil. convall.* præparata. Fit etiam hinc *Galreda* contra *Vermes* cum *Spiritu Hyper. Uſnea Cranii Humani* ſeminium habet ex aëre, & ſuccum nutritivum ex Cranii liquore ; & rarò reperitur, niſi in Capitibus per longam annorum ſeriem Aëri expoſitis. *Hæmorrhagias* utique ſiſtit applicita, & *Epilepſiam* externè arcet. *Cerebrum humanum* in Mar. Balneo dat *Aquam*; & poſtea ex reliquâ maſsâ exprimitur *Oleum*, egregium cephalicum & antepilepticum, *Memoriam* roborans, & vi anodynâ in *Contracturis Tendinum* proficuum. Melior erit *Aqua*, ſi cum aromaticis deſtilletur.

Cigulum Cutis. *Pinguedo.* *Oſſa humana.* *Cranium.* *Cerebrum.*

L.

I. L*Eporis* pavidi, probè in venatione agitati, *Sanguis* ad ʒi. in Pulvere, vel Vino aſſumptus, ſingulare eſt remedium contra *Epilepſiam*. *Externè* Eryſipelas, locoſque podagricos & noctu dolentes levat

Leporis ſanguis.

levat. *Cerebrum Leporinum* gingivis Infantum illitum Dentium proventum juvat. *Cor leporis* in fugâ capti, lentè exſiccatum ad tertiam partem, in *Quartana* ante paroxyſmum commodè propinatur. *Axungia vetus* pro aperiendis *Abſceſſibus ſuppuratis*, & heterogeneis è *Vulnere* extrahendis, præ cæteris laudatur. *Cerebrum.* *Cor.* *Axungia.*

II. *Lupi Stercus* contra *Dolores colicos* eſt unum ex optimis remediis, ſed edat Judæus Apella. *Lupi ſtercus.*

M.

I. M*Oſchi Capreolus* ſuggerit *Moſchum* in Capſulis ſupra Genitalia; haud procul Umbilicum. Nimirum *Moſchus* eſt ſubſtantia grumoſa, pinguis, & unctuoſa, ſanguini congrumato ſimilis, collecta è Dorcadis, ſeu Capræ moſchiferæ Aſiaticæ folliculo, inter Umbilicum & Pudenda in Abdomine ſito, ſaporis ſubacris, amaricantis, odoris fragrantis & grati. Ob ſal volatile ſpiritibus analogum in ſpecie virtutem impetravit analepticam, cardiacam, confortantem, ad venereos congreſſus ſtimulantem, ſanguinem grumoſum diſſolventem, ac ſpiritus animales reſtaurantem. Sunt qui congrumata tubera *Capellæ* à *Canibus* agitatæ, exſiccant & pro Moſcho adulterino venditant. *Moſchi* autem odor non adeo rarus eſt, cum per putredinem intendatur æquè ac producatur. Cæterùm, ut potentius operetur, depurari debet ſuſpendendo ſc. in Cucurbitâ ſuperiori, cui alia lutata juncta eſt, linteo in medio poſito, & in diebus canicularibus Soli exponendo; ſic enim liqueſcit, & Oleum penetrans per linteum in inferiorem Cucurbitam deſcendit. Paratur etiam *Eſſentia* ex *Moſcho* vel *Zibetho*, miſcendo cum Oleo Amygdalarum dulcium, deinde affundendo Spiritum Vini rect. ſic enim Spiritus digeſtus & deſtillatus extrahit ſubſtantiam medicina- *Moſchus.* *Eſſentia.*

lem, Moſchi inerte corpore in fundo relicto. Cæterùm odores hi ſuaveolentes in iis, qui gravioribus meditationibus indulgent, aut quibus Spiritus animales agiliores & volatiliores ſunt, cautè uſurpentur. Ratio eſt, quia in majores & confuſos magis impetus aguntur: hinc qui pro confortandâ *Memoria* iis nimium utuntur, tandem Spirituum defectum inde ſentiunt. Legitimè verò uſurpata in *Affectibus Capitis* ſumma medicina ſunt.

Muris ſtercus. II. *Muris Stercus* ad gr. vi. cum lacte tritum & colatum alvum certiſſimè laxat.

Muris alpini Pinguedo. III. *Muris alpini Pinguedo* antipleuritica Unguenta ingreditur.

S.

Serpens. I. SErpens venenoſus non eſt, nec plagas infert venenoſas, niſi furore percitus. Venenum enim non tam in forma materiali quàm ideali conſiſtit. Internè certè nocivum non eſt. *Exuvias* tempore verno indubiè deponit, non tamen ea-propter juveneſcit, aliàs & *Araneæ, Lumbrici, &c.* idem experirentur. Vi quidem balſamicâ turget, & Remedia inde parata in *Morbis cutaneis*, nempe *Lue venerea, Scabie ferinâ*, inprimis autem *Leprâ* & *Ulceribus inveteratis*, primatum ducunt. Quin & *Decoctum Viperarum* in *Sterilitate* laudatur. Sunt

Viperæ. qui comedant *Gallos*, & *Gallinas*, quæ *Viperis* paſcuntur ad ſanitatem conſervandam. Porrò contra *Venena* vi alexipharmacâ *Viperæ* ſunt uſitatiſſimæ. Itali *Serpentes vivos* conciſos cum Aquâ ebulliunt, & hauriunt pro uſu anti-venereo ſudorifero. Inprimis autem *Juſcula viperina* parari in Galliis, & quotidie mane per aliquot hebdomadas propinari ſolent, ad ſanguinem purificandum, acrimoniam edulcorandam, Spiritus animales refocillandos, Genus nervoſum, imò Cerebrum confortandum.

Non-

Nonnulli quoque Carnes Viperarum ipſas comedunt ad eundem finem. Contra *Morſus Viperarum* laudatur *Crmphora* in *Petroleo* ſoluta, vel *Bufo vivus* applicatus, vel *Ferrum candens Morſui* admotum, quod Venenum extrahit. Cæterùm ex *Tuberculis* in Capite *Serpentis Indici* paratur *Lapis friabilis*, contra quæcunque Venena commendatus. *Hepar Serpentis* in *Pulvere* à ʒß. ad ʒi. egregium eſt in *Dyſenteria malignâ*. *Pinguedo* Strumas incipientes optimè diſcutit, *Maculas* & *Rugas faciei* delet, & calidè Palpebris illita Viſum acuit. *Exuviæ* ſponte depoſitæ commendantur contra *Icterum*, & *Urinam* pellunt. Externè Lumbis & Ventri circumligatæ *Partum* facilitant, antecedente prius *Linimnnto* ex *Cancris, Lumbricis* & *Axungiæ* q. ſ. *Pulveres Viperini* parantur non per calcinationem, ſed lentam phlegmatis in M. B. adſtractionem; qui tunc ſuo conſtant Sale vol. & ad ʒi. variè exhibentur. *Pinguedo.* *Exuviæ.* *Pulvis viperarum.*

II. *Suis Pinguedo* & *Lardum* temperata ſunt, emolliunt & reſolvunt. In *Odontalgiâ* dentes & gingivæ, prius ligno acuto fricatæ, lardo commodè illinuntur. Aſſerunt & *Tuſſim inveteratam* curari inunctione plantarum pedum veſperi prope ignem cum *Linimento ex Axungia porcina* & *Allii capitibus*. *Stercus* quibuſcunque *Hæmorrhagiis* confert, internè cum *Vino* & *Saccharo* miſtum, externè parti admotum. Sunt qui *aridum* cum *Succo Plantag.* inſtar Cataplaſmatis adhibent. Quæ habet Author de *Veſicâ*, potius de *Vulvâ* intelligantur; calcinata enim certum eſt levamen in *Incontinentiâ Urinæ*, in pulvere data. *Porri axungia.* *Stercus.*

T.

I. T*Alpæ Sanguis* papyro exceptus *Gangrænam* ſiſtit, ſi papyrus ſub uſu humectetur aquâ, & imponatur. In *Eryſipelate Mammarum* & *Cancro* *Talpe ſanguis.*

manus, in qua mortua eſt Talpa, impoſita ſingulare quid confert.

Taxi axungia. II. *Taxi Adeps* calidior & penetrantior eſt *Adipe ſuillo.*

V.

Viperæ Oleum. Sal volat. I. VIperæ *Oleum* cum *Spiritu* ejuſdem *rectificato* dat Liquorem alexipharmacum. *Sal volatile* & *Spiritus* parantur more conſueto in igne aperto in vas recipiens capax. In *Eſſentiis*, cum *acidis* paratis, deſtruit Sal volatile. In illis autem cum Spiritu Vini parum elicitur: adeoque ſufficit Spiritus cum Sale volatili.

Vitulli Medulla. II. *Vituli Medulla* ex oſſibus extracta, temporibus illita, *Agrypniam* arcet, præſertim in *Febribus malignis*, & *Puerperarum Febribus*, ubi narcotica adhiberi non poſſunt. Idem iis, qui noctu meditabundi ſunt, conducit.

Unicornu. III. *Unicornu terreſtre* eſt non ens. *Cornua* enim illa vulgaria quæ habentur, ſunt nil aliud, quàm *Dens* ſuperioris maxillæ Piſcis cetacei Groenlandici. Hic *Dens* in *Epilepſia*, ab acido ortâ, multum confert. Verùm C. C. raſpatum eadem præſtat.

Urſi axungia. IV. *Urſi Pinguedo* lumbis illita in *Herniâ* conducit: imò contra *Prolapſum ſinus pudoris* ſummum eſt levamen.

Vulpis lingua. V. *Vulpis Lingua* menſe Martio exſecta, exſiccata, & ſub uſu in Vino macerata, Vulneríque impoſita, omnia heterogenea exhrahit. Quidam pro maximo ſecreto habent.

CLAS-

CLASSIS II.
De Avibus.

A.

I. *AVium Excrementa* reliquis animalium excrementis acria magis & nitroſa ſunt; perfectum enim Nitrum cryſtallinum efflorefcit, ſi Aquæ immittuntur, idque inprimis in Stercore columbino. *Avium excrementa.*

II. *Alaudæ* caro Urinam & Calculum proritat. *Alauda.*

III. *Anatis* ſanguis inter Alexipharmaca refertur. *Anas.*

IV. *Anſeris* pinguedo præ reliquis penetrans eſt. Umbilico illita alvum contumaciſſimam ſolvit. Quia ſubtilis eſt, membra à frigore, & inde productis fiſſuris præſervat. *Membris paralyticis* illinitur Pinguedo defluens ex Anſere exenterato Plantis nervinis repleto, & aſſato. *Stercus* ad ʒi. contra *Icterum* ègregium eſt; vi ènim nitroſo-ſulphureâ multum laudatur, ſed melius erit, ſi Herbis veſcantur Anti-Ictericis. Imò in *Scorbuto deſperato* in Vino hauſtum ſæpè ſummum eſt remedium. Ob vim nitroſam in Hydrope etiam convenit. Stercus junioris Anſeris deſtillatum dat *Aquam Ophthalmicam* egregiam. *Anſeris Pinguedo.* *Stercus.*

C.

I. *CAponum Axungia* in Pleuritide & Tuſſi pectorali inungi ſolet, intusque etiam contra Raucedinem & Tuſſim exhiberi, cum *Melle* vel *Saccharo.* *Capo.*

II. *Ciconia* tota alexipharmaca eſt, quia *Bufonibus*, *Ranis* & *Serpentibus* veſcirur. Ex ſanguine paratur *Electuarium* mirificum contra *Venena.* Stercus *Podagræ* illitum egregium eſt. Ex Pelle fiunt tibialia pro curâ *Podagræ*, poſſet & *Sal vol.* pro uſu ſudorifero adhiberi. *Ciconia.* *Stercus.*

Columba. III. *Columbæ Sanguis* Oculis instillatus grumescit, & malum exasperat. *Fimus* nitrosus est, adeoque diureticus & antihydropicus. Ex illo tosto & in Vino maceraro extrahitur *Lixivium* summè diureticum. Vel cum *Semine Anis.* & *Cortice Aurant.* in *Vino malv.* destillatum *Aquam anticolicam* egregiam suggerit. *Externè* propter acrimoniam nitrosam inter Psylotra refertur. Usurpatur vel per se Aquâ humectatum, vel cum *Sem. Sinapi* tritum, & impositum in *Morbis chronicis.*

Coturnix. IV. *Coturnix* Elleboro nigro vescitur, adeoque ejus Excrementa sunt antepilepticum haud contemnendum.

G.

Gallus & Gallina. I. G*Allus* vel *Gallina* integra, juxta podicem deplumata, *Tumoribus malignis* & *Morsibus venenatis* applicata, brevi moriuntur. Repetentur igitur donec nulli amplius moriantur, & res erit in vado. In *Phrenitide* graviore per medium dissecta & cruenta capiti raso cum fructu imponitur, sed post quadrantem horæ horrendum fœtet. *Sanguis* Galli destillatus suggerit *Spiritum* egregiè *venereum*, & rectificando acquiritur *Spiritus urinosus* optimus. Vana sunt, quæ de *Tunicâ Ventriculi interiori* narrantur. *Guttur* Galli tostum & pulverisatum ad ʒi. *Incontinentiam Urinæ* juvat; quod cum *Erinaceo* combusto, & *Vulvâ suillâ*, omnibus in illo Affectu palmam eripit. *Ovum* recens in Vino sumptum vires refocillat & nutrit. *Testæ*, ex quibus Pulli modò exclusi fuerunt, inprimis diureticæ sunt. *Albumen ovi* habet temperatissimum Alcali volatile, unde *Vulnera Oculorum* consolidat. Plus autem nutrit *Vitellum*. Ad duritiem coctum & cum *Aceto rosaceo*, cumque contusâ *Nuce mosch.* sumptum contra *Diarrhæam* excellit. *Oleum* exinde paratur, quod purifican-

Marginalia: Spiritus. Guttur. Ova. Testæ. Albumen. Oleum Ovorum.

rificandum, scil. liquefactum sponte per linteum colando, postea in patellâ stanneâ, addito tantillo Ceræ, lavando cum Aquâ fontan. & agitando cum spatulâ ligneâ, ut Aquâ eluat impuritates; dehinc exponendo Soli ad aliquot dies, ut fæces subsideant, & supernatet *Oleum*, quod contra *Ambusta*, *fissuras* à Frigore, valet; & egregium est cosmeticum, si faciei illinatur post lotionem cum Aquâ simpl.

H.

HIrundinis excrementa nitrosa (non autem *Nidus* (*Anginam* & *Inflammationem Tonsillarum* levant, vi enim nitrosâ ardorem compescunt & maturant. *Hirundo.*

O.

OLoris pellis Stomacho applicata *Colicam* mitigat, accedente per pellem fomentatione calidâ, quæ forsan magis agit & juvat, quàm reliquæ omnes pellis partes. *Cygnus.*

P.

I. PAsseris in coitu transfossi Cerebrum *Venerem* stimulare, & *Triglotites* assatus ab *Ischuriâ* liberare dicitur, sed operandi rationem nondum scimus. *Passer.*

II. *Pavonis Stercus*, habitâ rationesexûs, in Pulvere cum Vino *Epilepsiam* & *Vertiginem* curat atque præcavet, expectando sudorem, sed sæpius in usum trahendum. *Pavo.*

V.

VUltur cum Mastiche tostus & pulverisatus, *Hæmorrhagiam uterinam*, & *Dysenteriam* desperatam curare creditur, si sæpius cum Lacte amygdalino ad ʒß. assumatur. *Vultur.*

CLAS. III.

De Piscibus.

A.

Anguilla.

ANguillæ Pinguedo defluens dum assatur, & foliis Lauri excepta, Auribus tepidè instillatur pro restituendo *Auditu.* Ejus *Hepar* perforatum, blando Igne exsiccatum unâ cum felle, egregium est ad ℥ß. datum, ia *Partu difficili.* In *Prolapsu sinûs pudoris*, suffitus ex *Cute Anguillæ* eleganter instituitur.

B.

Barba.

BArba cautè comedenda est, ne *Choleram* morbum excitet.

C.

Canceri.

I. CAncrorum Succus expressus in *Delirio* & *Cephalalgiâ* graviore feliciter fronti applicatur cum Opio & Croco. *Lapilli* sunt Liquor lacteus, qui mense Julio, dum ægrotant Cancri, concrescit in substantiam lapideam super Stomachum sitam; reperiuntur hi Lapilli quando crustam mutant, & hinc ejusdem naturæ sunt & substantiæ cum Crustâ seu Putamine eorum, quod illis substitui potest. Et *Testa & Lapilli* turgent Sale volatili alcalino, minùs tamen acri, quod beneficio acidi occulti indurescit, hinc affuso *Vino* vel *Aceto* effervescunt propter luctum acidi & alcali interni. Cæterùm acidum maximè destruunt, adeoque in *Sodâ* ab effervescentiâ acidâ, *Torminibus*, *Pleuritide*, *Anginâ*, *Casu* & *Inflammationibus* internis, acidum coagulans per sudorem & urinam expellunt. In *Quartanis*, ubi nimium frigus excedit, præmisso *Vomitu*, hi cum *Saccharo Saturni*, curam perficiunt. Insigniter etiam

Lapides.

Testa.

diuretici

diuretici ſunt, inprimis ſi cum *Sale vol. Succin.* vel *Vino* vel *Aceto* propinati, unde in *Stranguriâ*, *Calculo* &c. præſervativum ſunt & curativum. Mirè etiam pro uſu vulnerario in *Febribus* poſt *Vulnera* conveniunt. Licet enim Vinum *Vulneribus* & *Inflammationibus* noceat, Lapilli tamen adjuncti ejus acidum deſtruunt; imò & bibacibus Arthriticis optimè ſuccurrunt, acidum Vini per diureſin evacuando. In *Gonorrhœa* item, & *Ulceribus Renum* aut *Veſicæ*, cum Vino ſacra ſunt anchora.

II. *Carpionis Fel* gaudet alcali temperato, unde præ omnibus acidum Eryſipelatis deſtruit. *Lapilli* conveniunt cum *Lapidibus Cancrorum*. *Carpius.*

III. *Conchæ* omnes vi *febrifugâ* & *diureticâ* conveniunt, quatenus acidum deſtruunt. *Margaritiferæ* conſtant Sale vol. magis digeſto, & cum *Perlis* conveniunt; de quibus in *Regno Minerali*. *Oſtreæ* turgent ſucco alcalino, qui in *Atrophiâ*, *Phthiſi*, *Lue Venerea*, *&c.* convenit. Ex *Margaritiferis* paratur *Specif. antifeb. Strobelb.* non tamen ſolùm, nec ſine aliis præmiſſis uſurpandum, aliàs duplicatur *Febris*. *Conchæ.*

H.

I. H*Alecum muria* in *Hydrope* egregium eſt Clyſma, & externè ulceroſas partes eluit. *Halecum muria.*

II. *Huſonis* Gluten, *Ichthiocolla* dictum, Gelatina eſt conſolidans. *Ichthiocolla.*

L.

L*Ucii fel* Oculis ſuccurrit, nam fella piſcium minùs acria ſunt, quàm illa *Perdicis*, *Bovis*, *Hominis*, *&c.* Hoc *Fel* gaudet Sale volatili penetrante, adeoque attenuat, & reſolvit. Hæc tamen habet incommoda, 1. quod nimis viſcidum ſit & oculis adhæreat. 2. Quod acrimoniam habeat, quæ temperari debet Aquâ ſperm. Ranar. *Mandibulæ* ad ʒi. in *Pleuritide* acidum abſorbent, & grumos diſſolvunt. *Lucii fel.* *Mandibulæ.*

vunt. Pinguedo pedum Plantis illita *Agrypniam* curat. Paratur ex Felle Aqua, quæ tutius instillatur Oculis quàm ipsum Fel, vel cum Spir. Vini fit Essentia in *Oculorum Affectibus* egregia.

M.

Mustulæ Hepar. MUstelæ infœcundæ *Epar*, in Vitro probe clauso Soli expositum, resolvitur in *Liquorem oleaginosum* penetrantissimum, qui vel Palpebris, vel ubi fortius agendum, ipsis Oculis illitus, in *Visûs hebetudine*, *Suffusionibus*, *&c.* singulare est specificum.

P.

Percæ Lapis. PErca *Lapidem* suggerit in capite & Spinâ dorsi, præ cæteris diureticum, facilius solubilem quàm *Oculi Cancr.* quippe in *Dysuriis* ab usu Acetorum acidum melius destruit.

R.

Ranarum. RAnæ in *Peste Carbunculis* sub axillis infesta singulare sunt remedium, præferuntur, quæ in Aquis puris degunt. *Sperma Ranarum* nil aliud est, quàm Ova mucilagine aqueâ involuta. Pro usu itaque Medico ova eximantur. Applicatur hoc *Sperma* cum *Aceto ros.* Pubi aut Lumbis contra *nimium Mensium fluxum*. Quin & in *Ambustis*, *Ophthalmiis*, *Ulceribus inflammatis*, *cancrosis*, *&c.* æstum & calorem coërcet. Destillatur *Aqua* ex *Ranis* per 3. dies in Aquâ putrescentibus, quæ internè ad ℥ij. in *Hæmorrhagia Uteri*, *Fluore albo* & *Gonorrhœâ* admodum conducit. Quin & ex *Spermate* in M. B. vel V. B. lento igne destillatur *Aqua*. Sed colligendum est Mense Aprili, cavendo Novilunia, alioquin *Aqua* fœtebit.

Sperma. *Aqua.*

S.

Sepiæ os. SEpiæ os ad ℈ii. in Pulvere vel Emulsionibus in *Gonorrhœâ* specificè convenit.

T.

T.

I. THymalli Axungia, in vitro clauso soli exposita, dat Liquorem oleosum, qui foveas *Variolarum* singulariter delet, & Vulnera citra cicatricem consolidat. *Thymalli Axungia.*

II. *Tinca* applicatur plantis Pedum, vel Hepati contra *Icterum*.

CLAS. IV.

De Insectis.

Insecta Aquatilia temperatissimum habent *Sal volatile*, *Terrestria* verò *Sal acre Oleo* nonnihil temperatum.

A.

I. APes calcinatæ contra *Alopeciam* laudantur. *Apes.* Materia *Mellis* colligitur per linguam, & sub lingua in vesicula, quadam parva seponitur, quam tandem per fermentationem maturatam evomunt Apes. *Cera* viscidior est substantia, non in corpore, sed ad pedes ultimos secreta. *Cera.* *Mel* continet *Mel.* extractum Roris, qui resinam ex floribus exhalantem coërcet, ratione cujus *Mel* Spiritu universali turget, Metalla enim nobilissima dissolvit, à putredine præservat, & vim vitalem mirificè suggerit. Gaudet acido & alcali. Destillatum vel fermentatum suggerit acidum; imò instar Musti fermentatum dat Potum vinosum, Senibus optimè convenientem. Facilè in Stomacho fermentationem subit, adeoque *Febricitantibus*, *Hypochondriacis* & *Hystericis* non convenit. Sed propter vim balsamicam Pectori, Pulmonibus, & Renibus succurrit. Ut *Spiritus Mellis* habeatur optimus, priùs ad tempus *Ejus Spiritus* putrescat

putrescat Mel. *Spiritus* hic *acidulus* cum phlegmate circulatus dat *Menstruum* singularium virium quia in eo latet Sal Roris. *Oleum mellis* extern. *Ulcera* mundificat. *Oleum* ejus compos. Num. 2 nil valet. *Cera* subjectum est resinosum, quod in ipsâ *Aquâ forti* adduratur magis, quàm liquefit. Cum Ossium calcinat. p. ii. mista, & destillata dat *Oleum naturæ alcalinæ*, quia Ossa retinent acidum *Ceræ*, quod ad gut. iv. *internè* diureticum est, & Uteri Procidentiam præcavet. *Externè* attenuat *Tumores frigidos*, lenit nephriticos Affectus, & cum *Oleo ovorum* valet contra *Ambusta*, & læsiones ab Aquâ fervente.

Oleum.

Araneæ.

II. *Araneæ* in vase conclusæ, se mutuis puncturis interficiunt, & post mutantur in liquorem fœtidum, qui destillatus dat Spiritum urinosum & Sal vol. Pulverisatæ *Febres intermittentes* pellere dicuntur, ut & externè *Oleum Aranearum major.* pulsibus applicatum.

Aselli s. Millepedes.

III. *Aselli* inter fissuras murorum antiquorum collecti, Sale nitroso vol. scatent, suntque insigniter diuretici contra *Calculum.* Mucum etiam acidum viscidum resolvunt in *Asthmate.* Contra *Arthritidem vagam*, *Dolores scorbuticos* & inprimis in *Morbis convulsivis*, adhibentur. *Externè* infusi in *Oleo Lini* dant *Oleum anodynum*, specificum contra *Dolorem hæmorrhoidum.* Quidam cum *Vino* vel *Spiritu Salis* & *Vitrioli*, imprægnant & exsiccant, sed hæc volatilitatem ejus absorbent. In *Ulceribus inveteratis Aselli* miram vim habent.

C.

Cantharides.

CAntharides turgent Sale vol. acerrimo, & colliquefaciendo acrimoniâ suâ succum corporis, *vesicas* excitant, imò & interne quandoque *Ardorem urinæ* & *mictum cruentum.* Abjiciuntur pedes & capita, ut inutilia. Vulgò *Pulvis Cantharidum* cum *Fermento acri* & *aceto* applicatur; sed hic modus non procedit, nisi ubi mitius agendum, quia acida castrant vim

vim veſicantem. Elegantius inſpergitur *Pulvis Emplaſtro* ex *Terebinthinâ* cum *Cerâ liquefactâ.* In Infantibus adhibetur *Emplaſtrum citrinum.* Cæterùm & internè laudantur contra *Suppreſſionem Urinæ*, & *Gonorrhæam virulentam*; ad pellendas Aquas in *Hydrope* & promovendum *Calculum.* Scilicet ʒi. *Pulvevis Canthar.* infund. *Vini Rhenani* ℥iv. in loco tepido per aliquot dies. Deinde Colaturæ cochlear. viii. cum Cantharo vini miſcentur, ita ut Cochleare i. ſufficiat (aſcendendo tamen in doſi) ad pellendam Urinam.

F.

FOrmicæ naturales optimæ ſunt, quæ circa reſinoſas Arbores & Betulas colliguntur menſe Julio, Lunâ creſcente, hæ enim ſpirant odorem acidum. Generantur etiam *artificiales*, *Alatæ* dictæ ex fermentatione *Mellis* cum *Pane ſecalino.* Colliguntur *naturales* in Cucurbita, in cujus fundo fruſtum caſei, quod illos alliciat, repoſitum ſit. Deſtillatæ cum Spiritu Vini aromatico dant *Spiritum*, qui externè Auribus in *Difficili auditu* & *Tinnitu ſuccurrit*; uti & *Ova Formicarum*, quæ aliàs intus ad ʒi. ſumpta ructus & flatus excitant. Pro *Iſchiadicis*, *Arthriticis*, *Paralyticis*, imò & contra *Sterilitatem*, *Balneum* ex *Acervo Formicarum* multum confert. Infunduntur *Formicæ* in *Oleo*, quod Penis radici, Scroto, & Teſtibus illitum armat in Venerem; præfertur tamen *Spiritus.* Cæterùm ſi Formicæ per ſe deſtillentur, dant *Spiritum acidiſſimum*, qui Martem rodit, & odore ſuo corpus mirè reſtaurat. Si putreſcant ante deſtillationem, dant *Spiritum urinoſum*, & *Sal vol.* elegantiſſimum. Quin & cum Calce viva, affusâ Aquâ, reſolutæ dant *Spiritum urinoſum*, quia aciditas omnis à Calce viva abſorpta eſt. Hic *Spiritus urinoſus Sale vol. acuatus* egregium eſt diureticum in *Scorbuto* ac *Hydrope*; & externè in *Malo iſchiadico*, *Doloribus artuum vagis & ſcorbuticis*, imò in *Paralyſi* & *Tremore* omnino præferendus eſt. *Spiritus acidus* cum *Spiritu Vini* deſtil-

Formicæ.

Spiritus.

latus analepticum est egregium, præprimis in *Catarrhis suffocativis*. *Memoriam* dein & omnes Sensus roborat, magnanimos reddit, & Venerem stimulat.

H.

Hirudines. HIrudo applicatur Temporibus, Pedibus, Brachii pro evacuatione sanguinis lentâ; Podici in *Hæmorrhoidibus*; & Vulvæ in *Mensium suppressione*. Servatur in *Aqua* cum *Saccharo*, ut nutriatur & purificetur. Si pertinaciter nimis loco adhæreat, insperso sale decidit.

L.

Lacertæ. I. LAcertæ quadrupedes sunt, non *Insecta*. In *Aceto* macerantur, ut corrigatur earum malignitas deinde exsiccatæ propinantur ad ℥ß. cum *Melle* in forma Electuarii pro *Strumis* curandis. *Oleum* optimè paratur infundendo in *Oleo communi* in loco tepido; quo inunguntur loca Herniosa.

Lumbrici. II. *Lumbrici*, qui annulos habent flavescentes circa collum, meliores sunt. In Affectibus chronicis conducunt; inprimis existunt *diuretici* & *diaphoretici*. In *Ictero*, *Scorbuto* & *Arthritide vagâ* sunt adhuc celebres. In genere in *Morbis chronicis* & *hydropicis* idem præstant, quod vegetabilia amara; infusi sc. vel cocti cum herbis aperientibus. *Externè* contusi & applicati *Dolores arthriticos* & *scorbuticos*, nec non *Panaritium* vi anodynâ egregiè tollunt. In *Punctura nervorum*, & *Vulneribus articulorum*, *Oleum* per *infus.* cum *Oleo communi* paratum, conducit. *Liquor* per Solem destillatus probè filtratus inspissetur ad tertias, & in loco frigido positus, Crystallos generat inflamabiles instar Nitri. *Liquor* verò Authoris illitus Symptomata convulsiva præcavet. Tostio nil valet quia sub eâ *Sal volatile* avolat. Destillantur per se, non autem cum *Spiritu Vini*, ne virtus in fundo remaneat. Scilicet in vitro capaci, ne disrumpatur, Soli exponuntur, & Liquor filtratus atque destillatus dat *Spiritum urinosum* cum copioso *Sale vol.* cujus dos. à ℈ß. ad ℈i. pro diuretico & sudori-

Eorum Oleum. *Liquor.* *Spiritus.*

dorifero, qui & externè in Doloribus majora præstat quàm *Spiritus Salis ammoniaci,&c.* Caput mortuum in prata projectum Lumbricos generabit. *Essentia* parata ex vegetabilibus artheticis cum *Spiritus Lumbric. p.* i. & *Spiritus C.C. succinati p.*ii. egregia est in *Arthritide vaga.* *Essentia.*


P.

PEdiculi 4. vel 5. Peni immissi urinam proritant. *Pediculi.*

S.

I. S*Carabæorum cornutorum Cornua* in Pulvere *Partum difficilem* promovent. Illorum *Oleum per infusionem* auribus contra Dolores instillatur; pulsibus verò illitum Febrem producit, *Scarabæi pilularii* Oleo Lini infusi & cocti, dant Oleum singularissimum anodynum in *Doloribus aurium* & *Hæmorrhoidibus cæcis. Unctuosi* gaudent alcali vol. acri, quod Tartarum salinum in Nephriticis & Podagricis per urinam evacuat. Paratur inde remedium Anti-tartareum hoc modo: Scilicet *Scarabæi unctuosi*, mense Majo absque manuum attactu collecti, suffocantur in Spiritu Vini, deinde exsiccantur, & ex eorum medio eximitur liquidum viscosum, quod cum ipso corpore pulverisato formatur in *Balsamum.* Deinde ℞. *Hujus Balsami* ℥i. *Olei Anis. & Caryoph. an. gut.* iii. *f. Pill.* Propinentur gr. ii. in *Aqua Florum Sambuci* mane jejuno Stomacho; sequetur Stranguria per tres dies durans, sin minus, repetatur secundo die, & optatum habebis eventum in curando *Calculo.* *Scarabæi.* *Oleum.*

II. *Scorpius* ad gr. I. Venerem stimulat. *Oleum* ejus per infusionem gaudet acrimoniâ volatili, & Pubi vel Lumbis illitum egregium est Diureticum in *Suppressione Urinæ.* In *Dolore* quoque *aurium* anodynum est. Item pro usu *Anti-pestilentiali* pulsibus & membris illinitur. *Scorpius.*



SCHRÖDERI DILUCIDATI
SECTIO III.
De Regno minerali.

Mineralium principia.

MIneralium principia sunt *Sulphur*, *Mercurius &* *Sal*, i. e. *substantia pinguis*, *substantia humida radicalis*, & *terra fixa*. Quorum varia combinatio ratione variæ fixitatis differentiam Mineralium & Metallorum constituit. Fusius tractatur hæc materia sub titulo, *De Metallis* in genere, tam in *Collegio Chymico*, quàm in hac ipsa *Schröderi dilucidati* Sectione.

CAPUT I.
De Terris.

Terræ medicatæ.

I. TERRÆ *medicatæ* constant terrâ alcalinâ, fumis sulphureis volatilibus imprægnatâ; sunt enim rudimenta metallica, quæ propter defectum Mercurii non potuerunt compingi. Hæ *Terræ* imbibunt humiditates & aciditates, adstringunt etiam & sudorem movent. Sed & specificas virtutes habent pro ratione Sulphuris metallici, de quo participant. Sic *Terræ solares alexipharmacæ* sunt; *Martiales anticachecticæ, &c.*

Earum præparatio.

Præparantur vulgo *Terræ* 1. *Lotione*, quæ purum ab impuro secernit. 2. *Præcipitatione*, quæ nil valet, saturantur enim Terræ ab acido, & remanet Calx viva nullarum virium. 3. *Destillatione*, ubi phlegma dant acidulum.

Terra Melitensis.

II. *Terra Melitea* candida commendatur à vi alexipharmacâ.

III.

III. *Terræ sigillatæ Germanicæ* gaudent Sulphure solari. Unde contra *Venena* & in *Variolis*, inprimis si adsit *Alvi fluxus*, valent. Cæterùm pro usu adstrictorio exhibentur cum *Aceto destill.* vel *Spiritu Nitri*; sic enim aluminosæ evadunt. Per se suggerunt *Spiritum acidum* in *Febribus malignis* usurpatum. Si imbibantur *Spiritu Nitri* vel *Vitrioli*, deinde exsiccentur, terantur super marmore, & in loco frigido in sacculo ponantur, liquescunt in *Liquorem*, vel *Aurum potabile*, cujus gut. xii. vel xx. in *Fluxibus malignis* egregiè adstringunt. *Sigillata.*

IV. *Bolus communis* de *Marte* participat & *Sole* simul; unde egregiè adstringit, vitiosas cruditates absorbet, & maximè sudorifera est. In *Sputo sanguinis* laudatur. Externè fronti admota cum Aceto destill. *Fluxum narium* compescit. Ingreditur etiam non sine ratione Emplastra styptica. *Bolaris.*

V. *Creta* participat de *Saturno*, unde adstringit & aciditates edulcorat. Si Spiritu Sulphuris imbibatur, fit perfectum *Alumen*. A ℥ß. ad ℥i. *Sodam* in momento compescit. Cum Lacte caprillo sumpta *Lumbricis* resistit. Externè imbibit aciditatem *Ulcerum* & *Vulnerum* maximè nocivam. *Creta.*

VI. *Terra Japonica* s. *Catechu*, est compositum artificiale ex *Glycirrhizâ*, *Sang. draconis &c.* corrigit Lympham acidam. *Terra Japonica.*

VII. *Marga* Saxorum substantia est tenera, parum de *Sulphure* participans. Dicitur & *Lac Lunæ*. *Sanguinis grumos* ad ℥ß. potenter resolvit, *Incontinentiam urinæ* corrigit, & acidum vitiosum absorbendo *Lac* multiplicat. *Externè* inspersa acidum *Ulcerum* & *Vulnerum* absumit. Mirum quantum promovet consolidationem *Ulcerum tibialium*. *Marga s. Lac Lunæ.*

VIII. *Ochra* de *Venere* & *Marte* participat. Raro usurpatur, & non nisi externè. *Rubrica Marte* turget, *Ochra.*

adeoque adstringit & aperit; externè nimis fluentem sanguinem sistit, & *Ulcera* consolidat. Si solvatur in Spiritu Salis, extrahetur totum concretum martiale, remanente Limo.

Tripolis. IX. *Tripolis* species est *Ochræ*, sed principiis *Martis* vacua, adeoque nil valet.

CAPUT II.
De Aquis.

Aqua. I. OMnes *Aquæ* oriuntur à Mari; imbibuntur nempe à Terrâ, tanquam spongiâ; & cùm Terra intus caleat, evaporat Aqua relicto Sale, unde dulcis evadit. In *Fontium* autem origine reperitur Limus viscosus, in quo concentrantur hi fumi, ubi dehinc in Guttulas abeunt, & è Guttulis tandem fiunt Aquæ manantes. Illi Fontes, qui per loca saxea manant, meliores sunt, quia aquæ turgent Nitro. *Aqua stagnans* pessima est.

Pluvia. II. *Aquæ aëreæ* sunt *Pluvia, Nix & Ros.* Generantur ex effluviis Terræ, & singulariter agros fœcundant. Optima ex pluviâ, quæ mense *Martio, Aprili* & *Majo* cadit; eaque, quod mirum, adeo *balsamica* est, ut non putrefiat *Aqua tonitrualis* semper habet aliquid teporis, quia *Sulphure* constat; cùm *Tonitu* nil sit nisi *Sulphur* & *Nitrum* accensa: inspissata autem ac destillata dat *Spiritum, Sal vol. oleosum*, & *Sal fixum* in Capite mortuo.

Nix. III. *Nix* fœcundat campos; in recessu habet *Sal* singulare, unde suggerit *Tincturam*, Corallia solventem. Inspissata dat *Oleum pingue*, unde ad ℥i. purgat & Urinam movet.

Ros. IV. *Ros* digestus & destillatus suggerit *Spiritum vol. striatum* empyreumaticum; & magma relictum attractâ aurâ sponte turgescit, & suggerit *Nitrum* penetrans, ratione cujus Ros vegetabilia fœcundat. Habet & *Ros Sulphur*, unde *balsamicus* est, & multum habet

in

in recessu. *Sal* hoc *nitrosum*, cum *Terrâ* concentratum & fermentatum, occultum est omnium nutrimentum. Si in vehiculo se abscondat, dicitur *Nitrum*; nam ex *Terrâ* Nitro exhaustâ, & Aëri expositâ, ope *Salis* hujus *aërei* & *universalis* fit novum *Nitrum*. Ratione illius *Salis sulphurei* in *Rore*, multa exinde parantur *Menstrua* egregia, beneficio *Nivis*, pro extrahendis & solvendis corporibus durioribus.

V. *Acidulæ* nil aliud sunt, quàm solutio *Vitrioli Martis*, *Mars* enim à *Spiritu Sulphuris* solutus *Terram virgineam* impraegnat, hæc autem Terra solvitur ab Aquâ. Malè probantur *Acidulæ* per *destillationem* & *evaporationem*, sic enim volatilis substantia evanescit, & ea quæ remanet mediante Igne alteratur. Si autem de *Sale* participent, evaporatione perquam commodè dignoscitur. Optimè probantur per *Præcipitationem* cum *decocto Gallarum*, nam si de *Marte* participent, nigrescunt: affusâ Aquâ salsâ, si aliquid *Nitri* habeant, turbantur & lactescunt. Nullatenus autem metuendum est, ne *Vitriolum Martis* de *Venere* participet, quia acidum sulphureum lubentius aggreditur *Mars* quàm *Venus*, adeoque incompatibilia sunt: unde fit, quod *Acidulæ*, nisi excessimè sumptæ, vomitum non excitent. Patet itaque hinc, Acidularum vim consistere in *Spiritu Sulphuris volat. acido* & *Marte corroso*; quamobrem mucum primarum viarum resolvunt, urinam movent, sanguinem purificant, & quæcunque salia acida vitiosa absorbent, atque in nigris fæcibus deponunt. Cavendum autem, ne *Hydropici*, *Phthisici*, & qui stomachum habent debilem, illas affatim potent. Sed & videndum, ut gradatim hauriantur ascendendo sub initium, & sub finem descendendo in dosi, corpus interea movendo, sed sudorem avertendo, & alvum, ubi opus, laxam servando beneficio Clysmatum, ne fortè pedes intumescant. Ante *Acidulæ.*

 usum

usum præmittatur *Venæsectio*, & inprimis *lenis Purgatio*, ut facilitetur operatio & transitus Acidularum. Hauriri debent in ipso loco natali, si enim ad tempus in lagenis stent, acidum Martem in totum dissolvit, & in forma Præcipitati dejicit. Parantur quoque *Acidulæ artificiales*, sed *Acidum artificiale* non adeo penetrans est, ac *Sulphur* illud *embryonatum naturale* in Venis Terræ.

Thermæ. VI. *Thermæ* constant ex *Minerâ Nitri*, *Sulphure embryonato* (i. e. imperfecto) impraegnatâ. Usurpantur externè pro *Paralysi Artuum*, *Tremoribus diuturnis*, *Hemiplexiis*, *Affectibus cutaneis*, & *Sterilitate* à vitio Uteri, præmittendo tamen aut *Acidulas* (in Morbis chronicis) aut blanda *Diaphoretica antimonialia*, vel *lene Purgans*; alioquin *Febreos* instat periculum. *Arthriticis* autem, *Podagricis* & *Ischiadicis* subinde nocent. *Internè* cum impetu purgant, quod periculosum est, nam *Nitrum* & *Sulphur* substantiam lapideam secum vehunt, cujus particulæ affiguntur lateribus in Stomacho. Parantur *artificiales Thermæ* ex *Calce vivâ*, quæ *Minera* est *Nitrosa* (non autem è Nitro ipso) cum s. q. *Sulphuris* & *Aquæ*. Sic enim effervescunt, & sub ebullitione dissolvitur *Sulphur*.

CAPUT III.

De Lapidibus, Gemmis, Coralliis, Margaritis, & illis, qui minùs pretiosi sunt.

Principium Lapidum. I. IN *Lapidibus* dominatur *Principium terreo-salinum Sulphure* saturatum, cum minima *Mercurii* quantitate. Sunt autem in triplici differentia. 1. *Facilè funduntur* in Igne & vitrificantur; hi *alcali* abundant. 2. *Non funduntur*, sed suggerunt Calcem vivam; in his *alcali* est sufficienter Sulphure impraegnatum, unde *Calx viva* constat Terrâ mortuâ, & sulphure acido,

acido, alcali coërcente ne fluat. 3. Sunt qui neque *funduntur*, neque *calcinantur*; sed si probè candefacti extinguantur in Aquâ, tandem pulverisari possunt. Hi v. g. *Amiantus, Silices &c.* occultum habent acidum, quod tamen non sufficit toti corpori fundendo. *Lapides* constare ex aquâ verissimum est, ista enim si clara feurit, dat *Gemmas*, si terreis particulis admista fuerit, dat *Corpus opacum*. Sic *Adamas* & *Crystallus* non differunt inter se, neque à glacie, nisi duritie. Et beneficio *Olei Sulphuris* cum *Oleo Lini* parati, fieri potest *Tinctura Crystallorum*. Quacunque ratione calcinentur *Lapides*, (sive siccè adjecto corpore salino, sive humidè per Spiritum Salis comp. &c.) mutationem naturalis texturæ subeunt. Salia lapidum sunt tantùm concretum novum ex menstruo acido & corpore corroso. Volatilisatio insulsus labor est.

II. *Gemmarum Color* & Vis amuletica in *Collegio Chymico* nostro tractantur. *Gemmarum color.*

III. *Corallia* nutrimentum capiunt à *Succo lacteo* & *aqueo*, qui super Aquam induratur, & fit naturæ mineralis ex Acido sulphureo & Sale aqueo urinoso. *Corallia calcinata* dant *Calcem vivam*, quæ cum aquâ effervesçit, ita tamen, ut prædominetur *alcali*, & præcipitetur *acidum*. Per se destillata per Retortam dant *Phlegma acidum*. Notum est, quod *Corallia* destruant *acidum* in primis viis, adeoque in *Ructibus hypochondriacis*, *Dysenteria*, *Torminibus*, *Affectibus chronicis*, in *Hæmorrhagia* cum *Aceto*, in *Soda* cum *Laudano opiato*, in *Gonorrhœa Virorum* rubrâ, atque *Mulierum* albâ, sunt decantatissima. In calcinatione siccâ, quæ nil valet, acidum Lignorum vel Carbonum, illorum pondus auget, & Sulphur tingens adeo occultatur, ut mutetur *Color*. *Sal Corallorum* ex Capite mortuo nihil est, quia à Sulphure non potest separari. Corallia fervida *Aceto destillato* extincta, in *Corallia* *Eorum Sal.*

 novum

novum corpus salini-forme concrescunt, quod facil[e] in loco frigido resolvitur, & ad guttas xxv. in ℔. i[n] potûs ordinarii in *Febribus* multum præstat. Quævis acida solvunt *Corallia.* Ast *Spiritus Viridis Æris, Spiritus Panis, Spiritus Roris, Spiritus Nivis*, non tam solvunt, quàm extrahunt illorum *Sulphur. Pulvis Corallorum vitriolatus* aluminosum quid est, & pro scopo adstrictorio in usu. *Sal dulce Corallorum* habet aliquid in recessu propter Rorem majalem. Ex *Coralliis* in *Succo Citri* solutis & inspissatis fit *Tinctura rubicunda* cum Spiritu Sassafras. *Magisterium* ex solutione cum *Succo Citri* est quidem cujusdam usus: illud autem per solutionem in acido & præcipitationem cum alcali nil valet. *Spiritus Viridis Æris* solvit *Corallia*, ita tamen ut denuo abstrahatur cum sua aciditate *Tinctura. Tincturæ Corallorum* vulgares nil valent; vera enim *Tinctura* fit extrahendo principium sulphureum beneficio Salis aëri ex *Spiritu Roris* vel *Nivis. Spiritus* quoque *Panis* idem præstat; sed melius est *Menstruum* ex Farinæ triticeæ part. 4. Fermenti p. 1. in Clibano tostis & destillatis. Fit quoque *Tinctura* vera cum *Sale Tartari volatilisato.* Tinctura *Hartmanni* est *Extractum Salis Corallor.* Tinctura *Holsatica* non contemnenda est, si omnes adhibeantur encheireses. Nec *Tincturæ* cum *Oleo vegetabili arom.* negligendæ sunt. Ex *Floribus* cum *Sale ammoniaco* elevatis non absonum est, fieri posse *Tincturam. Oleum Corallorum succinatum* non est genuinum.

Tinctura Magisterium.

Margarita.

IV. *Margaritæ* sunt primo exortu animale quid, sed tandem in naturam mineralem degenerant. *Calcinatæ* enim relinquunt *Calcem vivam*, in Aquâ affervescentem. Concrescunt originaliter ex liquore lacteo aquescente salino, in quo præponderat alcali temperatissimum, quo ipso in consistentiam duram coagulatur. Ipse hic Liquor seu substantia mollis supremum

mum eſt remedium pro *Tabidis, Phthiſicis, Febricitantibus, &c.* Hinc tentant Spagyrici Perlas in *ſuccum primigenium* reducere. *Perlæ* igne aperto deſtillatæ dant *Sal*, ſed admodum pretioſum. Commune autem earum eſt novum compoſitum ex acido ſolvente, & Perlis deſtructis. *Magiſteria, Eſſentiæ, & Tincturæ* nil valent. Optimè præparatur reducendo ad ſuccum primigenium, beneficio *Menſtrui* ex *Rore, Nive* vel *Aëre* parati.

V. *Ætites* Partum facilitare dicitur, ad ℥i. in Aquâ appropriatâ datus. In medio continet ſubſtantiam lapideam, & quandoque Terram argillaceam, contra *Peſtem* commendatam. *Ætites.*

VI. *Alabaſtrites* ingreditur *Unguentum de Alabaſtro*, quo illinuntur Tempora & Frons in *Agrypniis* & contra *Dolorem capitis* à contuſione. Cum lacte hauritur contra *Dyſenteriam*, nec inconvenienter, quia acidum deſtruit. *Alabaſtrites*

VII. *Amianthus* ab *Alumine ſciſſili* differt; nam nec menſtruis nec igni cedit, & cuti applicatus non urit. Ejus Pulvis ad ℈i. in Vino vel Spiritu Vini in *Fluxu albo* convenit. *Linimentum de Amiantho* contra *Tineam* Puerorum, & *Ulcera inveterata manantia*, euporiſton eſt certum. *Amianthus*

VIII. *Lapis armenus* & *Lazuli* pertinent ad *Marmora*, ſed participant de *Venere*, prior quidem de ſolâ, poſterior autem unâ cum corpore *Solis*; nam cum *Mercurio vivo* miſtus ſuggerit *Sulphur Solis* animatum. Attactu acidorum degenerat in *Vitriolum venereum*, unde purgat infra & ſupra. *Cæruleus color Lapidis Lazuli* procedit à *Venere*, ſine *Luna*, adeoque malè pro *Affectibus capitis* commendatur. *Tincturæ* cæruleæ ex ejus Venere ſolùm extrahuntur, & ubi cum Sale ammoniaco parantur, Sal ammoniacum plus facit quàm *Lapis Lazuli*. Ex *Floribus* quidem cum *Sale ammoniaco* *Lapis Armenus.*

ſublimatis facilè poteſt præparari *Tinctura*. *Magiſterium* cum *Aceto deſtillato* nil aliud eſt quàm Venus. Interim hic Lapis vix calcinari poteſt; ſed lotus & pulveriſatus à ℥ß. ad ℥i. propinatur pro ſcopo purgandi.

Lapis calcarius ſeu Calx viva. IX. *Lapis calcarius* conficitur ex lapide ſulphureo *Calcis Vivæ*, in quo luxuriat *Sulphur*, quod alcali ſaturavit. *Sal* non poteſt elici, propter pinguedinem ſulphuream. *Calx viva* non niſi externè pro uſu cauſtico uſurpatur. In uſu medico eſt *Calx* illa *mortua*, quæ ſubſidet, ſupernatante acido & alcali cum ſubtili pinguedine inſtar *Cremoris*. Eſt maximum abſorbens acidorum in *Ulceribus antiquis*, vel *venereis*, contra *Ambuſta*, & pro ſcopo Cicatricem inducendi. In *Lixivio* ſupernatante, ſive Aquâ Calcis vivæ, præponderat *Alcali* inter alia principia ſalina, unde in *Inflammatione*, *Ardore Ulcerum* vel *Vulnerum*, & in *Gangrænâ* externè nil melius. Paratur exinde cum *Mercurio dulci* & *Spiritu Vini Aqua Phagedænica*, in *Sphacelo* ultimum refugium. *Scabies* item & *Ulcera verminoſa* ſeu *putrida* curantur externè beneficio *Aquæ Calcis vivæ*. Ubi tantillum *Sulphuris* cum *Calce viva* in *Oleo Lini* ſubigitur in mortario ſaturnino, fit *Linimentum* egregium contra *Ambuſta*. In dictâ *Aquâ Calcis vivæ* ſupernatat *Cremor*, qui alcali eſt temperatum à Sulphure, optimum in *Ulceribus cancroſis*. Si cum *Aqua Calcis vivæ* jungatur *Oleum Roſarum*, fiet coagulum butyroſum ſeu *Sapo*, remedium in *Ambuſtionibus* præſtantiſſimum, quodque Veſicas certò præcavet; & præterea in *Vulneribus ſclopetariis*, ubi empyreuma ſulphureum remanſit, egregiè putredinem arcet. Quin & Aqua phagedænica ſequens ibidem prodeſt: Sc. ℞. *Aquæ comm.* ℔. xx. *Calcis vivæ*, ℔. iv. *Arſenici* (quod virulentiam alcali in Calce viva corrigit non ſecus ac Nitrum fixum) ℥ij. *Ubi probè ebullierint, adde Mercurii dulcis* ℥ij. *Quæ ſi probè fuerint*

agitata,

agitata, *Calx viva subsidebit, & clarus Liquor successivè separabitur. Huic liquori adde Spir. Vini* ℥v. Et hoc optimum est remedium in *Gangrænâ, Sphacelo,* & in *Arthritide* sub formá lotionis. Sunt qui *Tophos Podagræ* sequenti *Gelatinâ* resolvere conantur. ℞. *Calcem vivam fervidam ex furno, cum Spiritu Vini alcoholisato super Sal Tartari, & Igne forti destilla, sic prodit Spiritus urinosus, qui accensus relinquit Gelatinam instar Cremoris.* Interne *Aqua Calcis vivæ* pro *Phthisi* & *Ulceratione* partium internarum commendatur. In *Clysmatibus abstergentibus* valdè convenit. Ex *Calce vivâ fixante Sal vol. fit Sal ammoniacum.* Sed *Lixivium Calcis vivæ* affusum *Sali vol.* illud in *Calcem insipidam* mutat. *Spiritus Calcis vivæ alcalinus* ritè destillatus, (non ut noster Author) *Menstruum* est singulare, & remedium contra *Calculum* non inelegans. Pro scopo etiam antinephritico fit *Tinctura* cum Spiritu Vini rectificatissimo super coagulum solutionis, & cocturæ *Calcis vivæ p.* iv. atque *Tartari crud. p.* I. cum Aquâ fontanâ.

X. *Lapis calaminaris* est *Minera Martis* cui pars Mercurialis deficit. Externè pro scopo adstrictorio Croco Martis præfertur, *Ulcera* abstergit & cicatrice obducit, absorbet etiam acida, & in *Excoriationibus* præsentaneum est remedium. Ex *Lapidis calam. p.* xxx. *& Veneris puræ* partibus centum fusis fit *Orichalcum.* Si imbibatur hic lapis Spiritu Salis, Nitri, vel aliis acidis mineralibus, acidum retinet, dum primò prodit *Phlegma*, & deinde sequitur *Spiritus concentratus acidissimus.* *Lapis calaminaris.*

XI. *Calculus humanus* constat ex alcali vol. concentrato per acidum præternaturale. *Destillando* remanet *Calx viva*, quæ ad ℈i. egregium est diureticum & sudoriferum in *Morbis malignis* & *Peste.* In *Lithiasi* summum est remedium, præprimis si in ens primum resolvatur. Calcinationes & Solutiones in acidis ejus vim plus imminuunt quàm promovent. *Calculus humanus.*

XII.

Crystalli. XII. *Crystalli* aliæ ſunt molliſſimæ in *Dyſenteriâ biliosâ, Cholerâ,* & poſt aſſumptum *Mercurium ſublimatum* egregiæ. Sunt etiam in nephritico uſu, ſi candefactæ in Aqua appropriatâ extinguantur.

Hæmatites. XIII. *Hæmatites* eſt *Minera Martis* purior: unde fit *artificialis Hæmatites* ex *Saccharo Saturni* & *Vitriolo Martis* ſimul ſublimatis. Adſtringit itaque in *Dyſenteria, Hæmoptyſi, &c.* Si nondum Aquam experiatur, ſed ſub formâ Pulveris irrorati cum *Oleo Nucis moſch.* addito *Extracto Croci,* exſiccetur, pro uſu medicinali eſt optimus. Deſtillando dat *Phlegma* ſpirituoſum & acidum ſimile iſti, quod ex Vitriolo elicitur. Sublimando unà cum *Sale ammoniaco* dat *Flores crocei odoris,* in quibus dum Sal acidum rodit corpus durum, Sal volat. Urinæ cum Sulphure lapidis aſcendit; adeoque magni in Medicinâ uſus ſunt. In *Quartanis, Cachexiis, Hydrope,* & *Morbis chronicis,* ſanguinem purificant, atque ſudorem optimè movent. Paratur & inde *Tinctura Lap. Hæmatites. Caput mortuum,* ex ſublimatione Florum relictum, in Aëre frigido abit in *Liquorem aurei coloris,* blandè adſtrictorium, & in *Cachexiis* egregium. Hic *Lapis* cum menſtruo ex Sale Tartari & Calce vivâ Tincturam dat, quæ deſtillata redigitur in *Oleum,* Sulphure ſolari repletum; tale enim eſt ejus Sulphur.

Flores cum ſale ammon.

Lapis Judaicus. XIV. *Lapis Judaicus* blandè diureticus & nephriticus eſt. Cum aliis lapidibus diureticis, in Spiritu Salis ſolutus, ſolutione inſpiſſatâ, in Coagulum reducitur, quod pulveriſatum, & in loco frigido expoſitum, ſolvitur in Liquorem, qui iterum coagulatus & liquefactus egregium eſt nephriticum. Has compoſitiones *Lapis Lyncis* ingreditur.

Ceraunius. XV. *Lapis Ceraunius* de genere Pyritum eſt, & Sulphure ſcatet, *Ictericis* & *Hydropicis* prodeſt.

Magnes. XVI. *Magnes* in Pulvere attractivam vim amittit, unde in *Emplaſtro* ad *Hernias* nil habet in receſſu. Uſus

tamen

tamen idem esse potest, quàm Martis; licet multo debilior sit.

XVII. *Marmor* dat Calcem instar Calcis vivæ. Hinc *Lixivium* exinde, ut & *Unguent. contra Gangrænam*, singularissima sunt. *Marmor.*

XVIII. *Osteocolla* difficilimè solvitur vel Aquâ, vel aliis menstruis. Ad ʒi. in *Vino* vel *Aceto* data in *Fracturis ossium*, Callum mirificè generat. Adhibetur etiam contra *Febres intermittentes* & *Fluorem album*. *Osteocolla.*

XIX. *Pumex* participat de *Venere*, unde *Tincturam* dat *viridem*. Duo tales lapides in lacte extincti, & mutuo affricti in *Pulverem* abeunt, pro *Dentifricio antiscorbutico* egregium, quippe cum *Arcano duplicato* in cura *Strumarum* miscetur. *Pumex.*

XX. *Silex* in aridis locis reperitur; adeoque differt à *Pyrite*, qui in pinguibus tantùm locum habet. Imprægnatur *Sulphure*, quandoque *martiali*, quandoque *solari*, quandoque *lunari*. Per se nec calcinantur *silices*, nec fluunt; per additum *Alcali* vitrescunt, sed ne vel guttula Liquoris ipso Igne fortissimo extrahi potest. *Candefacti* Silices in Vino extincti, illud egregiè diureticum reddunt. *Silex* cum *Aquâ Salis Tartari* fusus abit in *Vitrum*, quod per deliquium fluit in liquorem, vi alcalinâ intensâ præditum, & cosmeticum egregium. Ex *Silicum calcin.* ℥iv. *Antim.* ʒvi. & *Sal. Tartari* ℥x. simul fusis, & deinde pulverisatis fit *Tinctura* cum *Spiritu Vini* rectificatissimo, quæ sanguinem optimè mundificat. Hic enim alcali Tartari & Antim. elicit sulphur Silicum. Ex *Silice* cum *Nitro fixo* & *Tartaro* fit *Oleum*, Vinum coagulans. Ex *Silicibus*, *Antimonio*, *Nitro* & *Tartaro* fit *Tinctura nephritica Amelungi*. *Silex.* *Tinctura.*

XXI. *Lapis spongiæ* solvitur facilè in Spiritu Salis, adeoque ingreditur *Liquores nephriticos*. Calcinatus adhibetur pro curâ *Strumarum* & *Scrophularum*. Ipsa Spongia calcinata valet contra *Strumas*. Destillata dat *Lapis spongiæ.*

Spiri-

Spiritum, Sal vol. & *Oleum empyreumaticum.* Eſtqu medicina contra *Scrophulas.*

Talcum.

XXII. *Talcum* participat de *Sulphure metallorum rubrum* quidem de Solari, & ſic deinceps pro ration coloris. Internè vix uſurpatur. Duriſſimum eſt, & vi ullo artificio in pulverem redigitur. Præparatione ejus cum acidis minimè ſuccedunt. Oleum ipſiu coſmeticum fruſtra deſideratur. Convenientius cum Borace calcinatum in fluorem cedit coſmeticum. Revera Talcum eſt intractabile, & non non niſi cum Sale Tartari mediante Aëris concurſu ſolvitur.

Unicornu foſſile.

XXIII. *Unicornu foſſile ſpurium* nil aliud eſt, quàm Os animalium poſt putrefactionem in *Terrâ* per vapores tepidos & humidos calcinatum. *Verum* autem eſt *Marga* quædam intercurſu liquoris ſalini indurata, & reperta in forma Dentium elephantinorum, Oſſium, Capitum majorum &c. Quoad uſum, cum *Terris ſigillatis* convenit; adſtringit enim & ſudorem expellit: unde in *Variolis, Morbillis*, in ſpecie ſi *Diarrhœa* ſuperveniat, egregium eſt remedium.

CAPUT IV.

De Metallis in Genere.

Metalla ſunt mixta.

I. METALLA, licèt *homogenea*, ſunt tamen mixta; ex illis enim ſeparari poſſunt partes, quæ non amplius ſunt reducibiles in perfecta Metalla, teſte *Croco Martis*. Subeunt etiam mutabilitatis Leges, nam generantur ex fluidâ quadam & unctuoſa, non aqueâ materia, ſeu fumis ſulphureo mercurialibus, qui manus quidem non madefaciunt, ſed inter ſaxa duriſſimasque petras ſe inſinuant, & in Terrâ quadam ſalino alcalinâ, tanquam matrice, gradatim in Metallum perfectum concreſcunt. Poſt certum denique

temporis

temporis intervallum Metallum halituum formâ absumitur, cujus matrix Metallo suo spoliata Lignum exsiccatum exactè refert. Unde & experti *Metallurgi* interdum ante debitam Metalli perfectionem per cuniculos subterraneos venam ejus se nudâsse conqueruntur, sicut contra interdum se tardius ac serò nimis, post Metalli geniti denuò consumptionem, & ab effluviis subterraneis resolutionem, se advenisse pronunciant.

II. Materia *Metallorum* proxima ex *Mercurio, Sulphure* & *Sale* constat. Primum à secundo, sicut Alcali ab Acido, coagmentatur, & in tertio unà in *Metallum* coëunt. Ex his Principiis deducendæ sunt Metallorum proprietates & differentiæ. Metallorum *ponderositas* à Mercurio oritur, unde *Aurum*, quod copiosissimum habet Mercurium, est etiam ponderosissimum. *Ductilitas sub malleo* procedit à firmo Sulphuris & Mercurii, sese mutuo complectentium nexu, qui in Sole maximè locum obtinet. *Ignibilitas* à *Sulphure* oritur. *Fusibilitas* autem ortum ducit à *Mercurio, Sulphur* quantitate superante, & cum *Sale* probè unito. Varia itaque horum principiorum proportio differentiam dat *Metallorum*. Eruuntur *Metalla* ex *Mineris*, diversimodè mixta, adeo ut Ignis vi per modum liquefactionis ex illis elicienda sint. Nociva autem sunt *Metallis* adjuncta *Sulphura mineralia* seu *Sulphur commune, Arsenicum, Antimonium, &c.* quorum acidum volatile rodit junctum *Metallum*, & partim secum deflagrat, partim ei adhærendo minùs fluxile reddit. Semper itaque in *Metallorum liquefactione* addendum est aliquod *Alcali*, quod Sulphur illud figat, ejusque acidum infringat, ut hujus medio *Metalla pura* per fusionem haberi queant; huic Artificio optimè inservit *Saturnus*, omne acidum sulphureum avidè absorbet, & aliorum Metallorum sulphura tanquam magis cruda

Metallorum Materia.

Mineræ.

Usus. cruda imbibendo, Solem & Lunam à cæteris separat.

III. Pergo ad *Metallorum* Usus. *Usus Chymicus* est ignobiliora in nobiliora transmutare; sic purus Mercurius, Sulphure solari fixo impragnatus & concentratus, *Sol* evadit. Artificium hoc dicitur *Lapis philosophicus*, qui non sanitatem sed *Metalla* perficit. In *Usu medico* Metalla corpora nostra activè non alterant, sed tantùm passivè. Habent quidem vim medicinalem, sed in Sulphure sita est, quod sine aliis particulis commodè extrahi nequit; nisi habeatur Menstruum, quod radicaliter & amicè Sulphur mercuriale à principio terreo salino separare queat. Nam vulgares *Tincturæ* & *Solutiones*, licèt exhibeant *Metalla potabilia*, ipsum tamen Metallum integrum est, & corporaliter præsens; utut pro præparationum varietate in formam nunc *Sulphuris, Olei, Tincturæ, &c.* combinetur. Idem dicendum de *Salibus*, quæ ex *Metallis* eliciuntur, quod nempe de integra Metalli naturâ participent, & denuo in verum Metallum reduci possint. Utut autem reductio Metallorum in prima principia res sit ardua, utilia tamen medicamenta per sublimiorem præparationem exinde elicere fas est. Metallum nempe in minutissimas, licèt integras particulas reducendo, & ita saltem earum texturam alterando, ut quodam̃odo aperiantur & sulphuream substantiam quasi extravertant, quæ aliàs in concreto intimè clausa delitescit; res exemplo patebit. *Mercurius præcipitatus* per se Sulphur suum extravertit, & fit pulvis rubicundus diaphoreticæ virtutis; qui facilè reducitur in *Mercurium vivum*, in quo illud *Sulphur* quasi obrutum delitescit, & qui alias possidet proprietates. Pro his ergo & elegantioribus Metallorum præparationibus, Metalla in minutas particulas rediguntur, vel ope acidorum in igne, fumo, aut liquore; vel ope amalgamationis cum *Mercurio*, qui quasi alcalinus est, & cum *Metallis* magnam habet affinita-

Lapis philosophorum.

Salia.

finitatem. *Mars* quidem & *Antimonium*, aliaque *Mineralia*, propter *Sulphuris* abundantiam, & *Mercurii* paucitatem, non ſunt per ſe amalgamabilia cum Mercurio. Reliqua Alcalia Metalla non ſolvunt, in ſolutis tamen, ſi volatilia ſint, texturam intimius penetrant, & Sulphur extravertunt; talia ſunt *Spiritus Vini* cum *Spiritu* vel *Sale volatili Urinæ* ſociatus, *&c.* Inſerviunt etiam Alcalia *Mercurificationi*, vel *Mercurio* ex *Metallis* parando, non quod verum *Mercurium* extrahant, ſed *Sulphur Metallorum* ita alterent ſui interpoſitione, ut coagulum evadat metallicum ſub formâ Mercurii vivi. Hujuſmodi Salia *alcalina* ſunt *Sal Tartari, Cineres clavellati, Sal Urinæ &c.*

CAPUT V.
De Auro.

I. A*Urum* eſt puriſſimus *Mercurius*, à fixiſſimo Sulphure coagulatus; unde ejus ductilitas, ponderoſitas & indeſtructibilitas deducuntur. Per ſe nullam efficaciam habet in corpore noſtro: adeoque neceſſe eſt, ut priùs *Sulphur* ejus eliciatur, quod ſanè quoſcunque Affectus cito & jucundè curat. Ad extrahendum autem hoc *Sulphur* requiritur 1. *Ut volatiliſetur* Aurum. 2. *Ut extrahatur per menſtrua non corroſiva*, quæ ſuperficiem rodunt, ſed *inſipida & blanda*, forſan ex Aëre, Nive, &c. cum quibus ita præparatur, ut in *Flores* poſſit ſublimari, & tandem extrahi *Tinctura* ſeu *Aurum potabile*. Purgatur *Sol* vel *miſcendo* cum Luna, & ſolvendo in Aqua regia aut Aqua forti; vel *fundendo* cum Antimonio; vel *calcinando* cum Salibus & farinâ Laterum; vel denique cum Saturno (ſed non adeo benè.) De his in Collegio Chymico actum eſt. *Calcinatur* Sol *immerſivè* in Aquâ regiâ, cujus baſis eſt Sal com̃. quod tamen per ſe non ſolvit Aurum crudum, niſi participet de Nitro. Et *Spiritu*

Aurum eſt Mercurius

Ejus ſulphur.

Purificatio.

Calcinatio immerſiva

ritu Nitri, qui *Lunam* dissolvit, *Solem* non attingit, nisi addatur Sal. Ratio est, quia Aurum torum fere Mercurius coagulatus est; & in Sale communi est Terra mercurificans, quæ cum *Sole* in radice convenit. Solutum tamen Sal comm. *Solem* non attinget, nisi adatur *Spiritus Nitri* penetrationis ergo. Pertinet huc *Aurum fulminans*, de quo notandum, quod si subtus Ignem admoveas fulminabit, sin superius minimè.

Aurum fulminans.

Calcinatio vaporosa.

II. *Calcinatio* Solis *vaporosa* multum habet in recessu. Si Solis fiat S. S. S. cum taleolis C.C. crudi non usti, in tortura Ignis Sal volatile C. C. rodet Solem liquefactum, & evadet *C. C. solare*, quod ad ℈i. in *Morbis malignis, petechialibus*, & Puerperarum *Purpurâ* commendatur.

Auri volatilisatio.

III. *Sol* facilè volatilisatur cum *Spiritu Nitri bezoardico*, & *Mercurio sublimato* Fiunt etiam *Flores Solis* beneficio *Salis vol. Urinæ*. Item ex *Auro fulminante*. Sed omnes hi *Flores* per Salia alcalia reduci possunt in corpus aureum.

IV. Quod attinet *Extractiones*, certè *Tinctura prima* à *menstruo* non ab *Auro* habetur. Sexta elegans est. Item undecima. Mala autem est descriptio quæ No. 13. habetur in Schrœdero nostro.

CAPUT VI.

De Argento.

Argenti purificatio.

INter *Argenti* præparata occurrit 1. *Purgatio solvendo* in Aquâ forti (ex Spiritu Vitrioli & Nitri paratâ) vel *fundendo* cum Saturno. Si solutio Lunæ in Spiritu Nitri, per abstractionem inspissetur, fit appropriatissimum Purgans anti-hydropicum ad gr. ij. Paratur & inde *Lapis infernalis*. Ex solutione in *Aquâ forti*, cum *Sale com̃.* præcipitatâ, fit *Argumentum carneum*. Quæ reliqua sunt in Collegio Chymico tractantur.

CAPUT

CAPUT VII.

De Marte.

IN *Marte* notabile eſt *Sulphur* quod facilè inflamma- *Martis Sulphur.* tur, quodque poſt incenſionem cum *Nitro* hocce figit, & quod ratione occulti acidi corpora metallica corrodit, imò proprium ipſius corpus in rubiginem vertit, modò medio aqueo vel aëreo ſolvatur. *Aqua* enim per ſe nullum rodit Metallum, nec *Aer*, ſed habeant acidum neceſſe eſt. Quoad uſum *Martis*, ad- *Uſus.* ſtringit, & per accidens acidum primarum viarum abſorbendo aperit, deobſtruit; ac ſi in corpore ab acido corrodatur, in *Vitriolum* abit, quod laxativum eſt. Quod acida abſorbeat, exinde patet, quia *Spiritus Salis*, & alia acida ſuper *Marte* dulceſcunt. Pro varietate acidi, quod in corpore hoſpitatur, nunc aperire, nunc obſtruere dicitur; quandoque *Menſes ſiſtit*, quandoque *movet*, prout nempe Craſin ſanguinis vitiatam ad ſpiſſitudinem diſponit, vel venas uterinas ab acido obſtructas reſerat. Si acidis in corpore, vel extra corpus occurrat, in ſubſtantiam aluminoſam vertitur & adſtringit, unde *Vomitus*, *Alvi fluxus*, *Hæmorrhagias* quaſcunque, *Gonorrhæas*, & *Fluores muliebres* ſupprimit; acida etiam, membranas nerveas ſpaſmodicè contrahentia, & *Mali hypochondriaci* ſeu *Cachexiæ* fomitem, efficaciter enervat: *Ictero*, *Parheſi*, *Hydropi*, *&c.* medetur, & omnia planè acida coagulativa, quæ Viſcera obſtruunt, potenter abſorbet. *Limatura Martis cruda* *Limatura Martis cruda.* trita in Porphyritide, & irrorata cum *Oleo deſtillato* appropriato (ne facilè alteretur) iis quorum fermentum Ventriculi eſt p. n. acidum, comodè propinatur. Debilioribus autem non convenit. Quod Præparationes attinet, *Alkalia* tam *fixa*, quàm *volatilia* Martem non ſolvunt, ſed acida. Verum eſt, quod *Mars* lixivio *Salis Tartari* irroratus in *Crocum flaveſcentem* fatiſcat, quem

Crocus Martis. vocant *Crocum Martis* aperitivum cum Salibus, sed potius est phlegma Alcali diluens, quod actuando acidum Martis, illum in *Crocum* seu *Rubiginem* rodit. *Mercurius* etiam ut subjectum alcalinum, & propter defectum Mercurii in Marte, in Martem non agit amalgamando. Utut autem in *viâ humidâ Alcalia* nullam actionem edant in *Martem*, dubium tamen est, annon in *via sicca*, antecedente Ignis motu, penetrare, & plus minus solvere possint. Etenim quidam *Sal Tartari* cum *Calce viva* calcinatum, & ita acuatum, cum *Marte* calcinando, ejus sulphure impraegnari volunt. *Tinctura vitrioli Martis.* Facit huc *Tinctura Vitrioli Martis*, extracta cum liquore, in quo solutum est Nitrum fixum; quae est omnis odoris & saporis expers, & vim habet laxandi; Item *Tinctura*, quae fit coquendo Vitriolum Martis cum Liquore Silicum, donec massa fluat, hanc ponendo in Cellâ & Aquâ irrorando, ut instar pultis evadat; postmodum huic pulti inspissato affundendo Sp. Vin. & digerendo per 8. vel 10. dies in Balneo Mariae; sic enim extrahitur *Tinctura*, quae menstrui abstractione exaltari potest, & magnarum est virium in *Morbis chronicis*, nam de *Sulphure Martis anodyno* participat.

Acidis Mars tractatur. II. Aliàs ordinariò *acidis* tractatur *Mars*, unde emergunt Concreta vitriolica. Sunt haec *acida* vel *interna* & Martis propria, ab humido quodam soluta, quando Ferrum *ignitum* in *Aqua* aut *simplici* aut *Cotis*, extinguitur, aut *crudum* Aquâ irroratum in *rubiginem* vertitur; vel sunt *externa*, idque vel in via *sicca* vel *humida*. In *via sicca* fit *Crocus obstructivus*, calcinatus ab acido Ignis, illeque à ferramentis Chymicorum pede leporino abstersus, cui tamen commodè praefertur iste ex *Vitriolo Martis* in *Aquâ* soluto, & cum *Oleo Tartari* praecipitato. Non arridet *Calcinatio* illa *fusoria*, ope Magdaleonum Sulphuris, admotorum Marti ignito, sic enim saturatur acidis extra corpus, & ulterius ab acido Stomachi

machi corrodi nequit adeo, ut Ventriculum oneret. Sunt qui hunc *Crocum Martis aperitivum* dictum miscent cum *Pulvere Lumbr. terrestrium* non incommodè, sic enim eleganter operari inquit *Freitagius*. Ex *Calcinatione cæmentatoriâ* cum *Sulphure* fit *Crocus*, qui solvitur in Aqua calida; & illa demum filtratur, evaporatur & crystallisatur, unde *Virides Crystallos* seu genuinum *Martis Vitriolum* acquirimus. Paratur etiam Mars in *viâ siccâ*, dum *sublimatur* in *Flores* cum *Sale am̃oniaco*; vel *destillantur Scoriæ Reguli martialis sine Saleparatæ*, cum *Mercurio sublimato*, (quo in casu redeunte Mercurio vivo acidum Salis commun. Marti partim in formâ Butyri, partim in Capite mortuo facilè liquescente, adhæret:) vel *detonatur Mars* cum *Nitro* in pulverem sanè inertem. Notandum, si in Retorta institueretur detonatio, colligi possent *Flores Martis* & *Nitri*, usus egregii. Fit denique in *Via sicca Regulus Martis* ex *Tartari*, *Antimonii* & *Sulphuris* an. ℥ii. *Lim. Mart.* ℥iv. simul fusis, & in Conum fusorium præcipitatis. *Regulus Martis.*

III. In *Via humida* præparatur *Mars* per *im̃ersionem*, *evaporationem* vel *illinitionem*. Per *immersionem* quælibet acida Martem corrodunt, v. gr. succus Acetosæ, Decoctum Tamarindorum, Acetum, &c. imò Vinum suo modo solvit Martem, unde Vina extinctionis Martis igniti, vel Infusionis Martis in loco calido, egregia sunt Anticachectica. *Tartarus* etiam ratione acidi Martem commodè solvit, simul fluendo super Igne. Vel ℞. *Lim. Mart.* ℔i. *Tartari alb.* ℥xxxii. *Aq. fervent.* ℔xii. *bulliant per horas* 12. *affundendo Aquam recentem prout evaporaverit*; Liquor filtratus, & cochleatim haustus est optimum remedium. Huc pertinet *Tartarus martialis*, & *Noduli* vel *Infusa martialia* cum Tartaro & herbis appropriatis, in *Aqua*, *Vino* vel *Cerevisia*; quæ egregia sunt in *Morbis chronicis*. Fit etiam *Tinctura aperitiva Martis* cum *Spiritu*

Præparatio Martis per im̃ersionem.

Tartarus martialis.

Tinctura aperitiva Martis.

Crocus Mart. *Viridis æris. Crocus Martis odoris violacei* paratur, solvendo *Martem* in *Urina*, in qua *Sal comm.* & *Sal ammoniacum* soluta sunt, post abstractionem subsequente Calcinatione reverberatoriâ. Imò quilibet Spiritus mineralis Martem promptè solvit, præ cæteri *Spiritus Sulphuris*, & qui idem est, *Spiritus Vitrioli*, modò phlegmate proprio vel *Spiritu Vini* diluatur, in rectificato enim particulæ acidæ sunt adeo concentratæ, ut uno impetu in Martem irruant & se invicem impediant. Harum solutionum (in Spiritu Sulphuris vel Vitrioli) inspissatione, genuinum habetur *Vitriolum*, vel *Magisterium Chalybis vitriolatum*. Observandum autem, *Vitriolum* factum cum *Sulphure* melius esse eo, quod fit cum *Spiritu Vitrioli*; quia Sulphur acutissimis flammarum stimulis adactum particulas metallicas exactius dissolvit. Parant quidam *Vitriolum hermaphroditicum* ex *Miner. Vener.* ℔iii. *Limat. Mart.* ℔i. *Vitrioli com.* ℥xiii. *digerendo in Aqua, evaporando* & *crystallisando*; sed tantùm est *Vitriolum Martis*, quia Mars Veneris consortium nunquam patitur. *Croci* per Calcinationem *vaporosam* & *Illinitionem* acquisiti sunt pessimæ præparationes, propter nimiam acidi actionem.

Volatilisatio. IV. Sequitur *Volatilisatio*. Quam proponit Autor, *Aqua Martis* nil valet, melior est *Burrhi*, qui *Aquam simplicem Marti* affusam in Cucurbitâ sub fimo equino asservat; sic Mars à proprio acido soluto roditur ac incalescit, & aqueæ particulæ, Gas Martis impregnatæ, per Alembicum sine Igne transeunt; sic acquiritur *Aqua* egregiè *ophthalmica*. *Mars* itidem in *Spiritu Salis* solutus in vase clauso, blandissimo Igne *Gas* reddit *martiale*, quod in receptaculo coalescit. De *Spiritu Vitrioli Mart.* vel *Vener.* notandum, quod non sint *simplices* Spiritus acidi, sed participent de particulis metallicis *Ferri* vel *Cupri*, injecto enim al-

cali

cali pulverem præcipitant, & per alembicum propulsi metallicum pulverem in fundo relinquunt. Paratur etiam *Spiritus hermaphroditicus* ex *Vitriolo Mart. hermaphroditico*; imò ex ana *Martis* & *Vitrioli Veneris* elicitur *Spiritus*, qui cohobatus Moſchi odorem ſpirat.

V. Pergo ad *Extractiones* ſeu *Tincturas* cum *Spiritu Vini* extractas. Hic *Spiritus* in *Martem* non agit, adeo ut neceſſe ſit, prius Martem diſſolvere in menſtruo acido, v. gr. *Succo Pomorum Borſdorfianorum*, deinde Solutioni ad mellaginem inſpiſſatæ affunditur Spiritus, qui cum acidis facilè ſe jungit. Inter *Tincturas aperitivas* elegantiſſima, ſi quæ alia, eſt illa ex *Terrâ foliatâ Tartari* & *Vitriolo Martis* ſimul pulveriſatis, Aërique humido expoſitis, unde in *Liquorem rubicundum* defluunt, qui vel per ſe, vel cum *Spiritu Vini* mixtus & filtratus, in quamplurimis Morbis à ʒß. ad ʒi. propinari poteſt. Huc facit *Eſſentia martialis* ſequens. ℞. *Antimonii in Crucibulo fuſi* ℔i. *Limaturæ Mart.* ℔ß. *fluant, contundatur maſſa, addatur iterum Limaturæ Chalybis, & procedatur ut antea. Harum* ℥ii. *affunde guttatim Spiritus Sal.* ℥iv. *digerantur, & extrahatur Aquâ communi Vitriolum & coaguletur.* ℞. *Hujus Concreti vitriolacei antimonialis, q. v. deſtilletur in Arena, & acquiritur Spiritus, tandem fortiſſimo Igne aſcendet Sublimatum in altum, quod ſolvatur in Spiritu, & ſervetur tanquam melior Eſſentia* ad uſum. Inter *adſtrictivas Tincturas* non inelegans eſt illa cum *Spiritu Veneris* vel *Viridis æris* inſtituta, vel illa ex *Croco Martis Quercetani* No. 3. ubi notandum, quod ex ejuſmodi *Croco* per *Aquam fortem* parato cum *Aceto deſtill.* elicitur adhuc *Crocus*, qui cum *Mercurio ſublimato* tandem *Lunam* in *Solem* tingit. Loco *Baſilii* No. 5. longè melior eſt *Tinctura* illa *adſtringens*, quam *Sulphuris Vitrioli* vocant, parata ex *Terra Vitrioli dulci* poſt *Vitrioli Martis* deſtillationem & exactam edulcorationem reſtitante,

Tinctura cum ſpiritu Vini.

Tinctura adſtringens.

vel, quod melius, ex *Croco Mart. præcipitato* ex *Vitriolo Mart. soluto in Spiritu Nitri à Sale abstracto*, hic enim Spiritus Martem, qui naturæ est solaris, potentius penetrat. Elegans est *Tinctura* No. 6. ex inspissatâ *Extractione* cum *Spiritu Vini.*

VI. Sequitur *sublimatio.* Hinc *Flores* cum *Sale ammoniaco*, qui aureum acquirunt colorem, & sanè perquam egregii sunt in *Febribus* & *Morbis chronicis.* Parat *Zwelf. Sulphur anodynum* ex *Marte cum Sale ammoniaco. Sal Martis genuinum* haberi nequit; *vulgare* autem concretum novum est ex re aliquâ Martem corrodente.

CAPUT VIII.

De Cupro seu Venere.

Venus cum Lunâ facilè miscetur.

I. VEnus cum *Luna* facilè miscetur ratione *Mercurii* copiosioris, & difficilis est separationis, unde vera *Lunæ Tinctura* rara avis est. Propter convenientiam in Radice, *Venus* facilè in *Martem*, & *Mars* in *Venerem* mutari potest. *Venus dealbata* beneficio *Arsenici*, est *Luna immatura* minùs fixa, nam *Arsenicum* principium est metallorum *alborum*, sicut *Sulphur rubeorum. Venus cruda* non usurpanda; sed si pars sulphurea volatilis figatur, aut pars sulphurea fixior inde eliciatur, certè summa inibi Medicina est recognita, unde *Sulphur Vitrioli Veneris* adeo nobile est medicamentum. ℞. *Vitriolum Veneris, solve in Aqua; præcipita cum Sale Tartari, & Venus sic in fundum cadit, nonnihil fixata. Dos. gr. aliquot, quæ laxant alvum.*

Sulphur vitrioli veneris.

Calcinatio.

II. *Calcinatio* Veneris *immersiva* fit vel cum liquoribus *acidis*, qui *viridem*, vel *urinosis*, qui *saphirinum Liquorem* producunt. *Spiritus Sulphuris* mediæ quasi naturæ est, & *Venerem* in *Vitriolum cæruleum* elegantissimum transmutat. In *Ærugine viriditas* fit ratione *acidi, cæruleum* verò ratione *Urinæ. Viride æris* destillatum

ſtillatum cum Arena *Spiritum* reddit *acidum volatilem*; vel deſtillantur *Cryſtalli ſolutionis Viridis Æris* in *Aceto deſtill.* inſpiſſatæ, & ſic acquiritur *Menſtruum* penetrantius *Aceto deſtillato*, verùm prior modus melior eſt. *Solutio Veneris* cum *Spiritu Vitrioli*, *Vitriolum Veneris* producit, quod ſulphure gaudet anodyno, & virtute illius Sulphuris vi ſympatheticâ pollet: unde etiam paratur *Sulphur Vitrioli fixum*, quod *Helmontius* vocat *Ignem Veneris*, cui ſuccedaneum parari poteſt, ſi *Spiritus Vitrioli* vel *Sulphuris* cum *Oleo Terebinth.* miſceatur; exinde fit efferveſcentia; poſtmodum deſtillantur, & remanet *Corpus ſulphureum inflammabile*, inſignem vim anodynam habens. *Vitriolum Veneris.*

III. *Venus* cum *Mercurio ſublimato* deſtillata *Spiritum* reddit *viridem*. *Tinctura Veneris* non habetur *genuina*, niſi Sulphur Veneris fixum legitimè extractum fuerit. *Saliæ Veneris* ſunt tantùm corpora ſaliniformia per acidum corroſa. Sublimari poſſunt *Flores* cum Sale ammoniaco, ſed vomitorii ſunt. Primum *Ens Veneris* nil aliud eſt, quàm *Caput mortuum Vitrioli Veneris* cum *Sale ammoniaco* ſublimati. Beneficio Alcali fixi *Mercurius* è Venere faciliùs, quàm è Marte elicitur. *Spiritus viridis.* *Ens Veneris*

CAPUT. IX.

De Saturno ſeu Plumbo.

SAturnus continet copioſum Mercurium crudum volatilem & in radice convenit cum *Luna*. Externè acida imbibit, & in *Ulceribus cancroſis*, *Ambuſtis* & *Inflammationibus* utramque facit paginam. Purgatur *Saturnus* fundendo & detinendo eum in fluore per quadrantem horæ, dehinc injiciendo *Sal ammoniacum*, & agitando cum ſpatula ferreâ, donec *Sal ammon.* in auras abierit. Hinc impuritates ſupernatantes *Plumbi purificatio.*

 abjice,

abjice, & *Saturnus* inſtar *Lunæ* ſplendens videtur. *Minii rubedo* demitur ſublimando aliquoties cum Sale ammoniaco; ſic enim in formâ Calcis gryſeæ in fundo ſubſiſtit. *Saturni vitra* laxativa ſunt, per intuſionem in Aqua. Elegans paratur *Saccharum Saturni*, ſi loco *Aceti deſtill.* ſumatur *Spiritus viridis æris*. *Ceruſſa* fit etiam elegantior, ſi paretur cum *Aceto*, in quo aliquantulum *Salis ammoniaci* ſolutum. In *Oleo Saturni balſamico* nil prodit, niſi *Spiritus Terebinth.* Cæterùm de *Saturni floribus*, *Deſtillatis* & *Extractis*, hactenus in Collegio Chymico diximus.

Saccharum Saturni.

CAPUT X.

De Jove ſeu Stanno.

In Jove ſulphur luxuriat.

VEteres *Jovem* ſæpè alio nomine vocarunt *Biſmuthum*; imò & apud illos *Saturnus candidus* audiebat. Luxuriat autem in *Jove* Sulphur, unde minus ab acidis ſolvitur quàm verò *Saturnus*. *Crudus* quidem contra *Lumbricos* & *Affectus oculorum* laudatur. Mutatur *Jupiter* in *Flores* beneficio *Nitri*, ubi Sulphur ſuperfluum deflagrat, & flores magis tractabiles ſunt, atque in acidis ſolubiles; egregiè etiam ſudoriferi, & hyſtericis maximè appropriati. *Sali Jovis* præferendi ſunt *Cryſtalli ex Minerâ*, in *Chymia* deſcripti. In deſtillatione primus Authoris proceſſus eſt elegans, inprimis ſi *Butyrum Joviale* figatur *Spiritûs Nitri* trina abſtractione, & *Spiritûs Vini* deflagratione. Huc pertinet *Antihecticum Poterii*, ſcil. ex *Jovis p. v. & Reg. Antim. p. iv. cum triplo Nitri detonatis*; cavendo ut poſt fuſionem & ablutionem Pulvis *albus* ſit, non *cæruleus*, ne vomitus faciat ratione adjuncti *Sulphuris vel Jovis*. Doſ. à gr. xv. ad ℈i. in *Febribus malignis, hecticis, lentis & Purpurâ Mulierum*. Authoris modus ſublimandi non ſuccedit. Præſtant *Flores* cum *Nitro* parati.

Flores ejus.

Cryſtalli.

Antihecticum Poterii.

CAP.

CAPUT XI.

De Mercurio & Cinnabari.

I. Mercurius Vulgi habet *Sulphur acidum*, Martem in rubiginem corrodens, & ſalivationem in corpore noſtro inducens; ratione cujus ejus activitas in *Metalla* coërcetur: Si enim abeſſet, poſſet Mercurius Aurum ſolvere. Convenit Mercurius crudus in *Iliaca paſſione ad* ℔ii. *vel* iii. & contumaci *Alvi obſtructione*. Ejus *Infuſum* vel *Decoctum in Aqua Hyperic. Lumbricis* maximè adverſatur. In *forma ſiccâ* cum Succ. vegetab. datur ad ʒi. in eundem finem. *Externè* inungendo una cum pinguedine *Salivationem* inducit, *Scabiem* pellit, *duros Tumores* reſolvit, & *Ulcera deſperata* à *Gangræna* præſervat. Imò & *Coſmeticum* eſt; notandum autem, quòd *Rugas* in Facie producat, & *Gingivis*, inprimis *ſcorbuticis*, noceat. *Mercurius Vulgi.*

II. De Mercurii *Purificatione* dictum alibi. Si *Mercurius* cum *Silic.* ſolaribus in Igne arenæ detineatur, exaltatur *Sulphur Silicum*, & dehinc *Sulphur Mercurii*; & ſic ambo coëunt in *Pulverem*, qui vocatur impropriè *Mercurius præcipitatus. Arcanum corallinum* Num. 6. deſcriptum, malè *Corallinum Paracelſi* exiſtimatur, hoc enim *Terra* fuit *balſamica. Aurum horizontale* eſt *Mercurius vulgi præcipitatus* cum *Aqua regia*, imbutus *Sulphure fixo Veneris*, à quo poſtmodum *Spir. Vini* extrahitur, & remanet *Pulvis fixus*, remedium diaphoreticum optimum contra *Scabiem*. *Præcipitatio* cum *Tinctura Smiridis* nil valet. Ut corrigantur *Præcipitata*, adduntur alia, quandoque alcalia fixa, ubi albeſcit. *Præcipitatus luteus* Num. 14. contra *Icterum* ſummum eſt remedium. In *Præparatis metallicis*, præſertim *ſolari*, Sulphur externum nonnihil figitur, unde mitius evadit. *Vitrum Mercurii* eſt non ens. *Purificatio ejus.*

Præcipitatus. Præparatio illa *Lanug. perlat.* ſeu *Mercurius argent. Claſſ.* Num. 7. non eſt legitima. Si verò ritè præparetur, maximi eſt uſus. De *Mercurii deſtillatis, Butyro* nempe *Antimonii, Mercurio Vitæ* & *Bezoardico minerali,* tam *ſimplici* quàm *compoſito,* in *Chymia* egimus. Notandum autem, in præparatione *Bezoardici mineralis Spiritum Nitri* ideo figere *Sulphura*, quia ejus acidum ſe aſſociat cum pinguedine, & hujus inflammabilitatem deſtruit.

De *Cinnabari nativa* & *artificiali* ſupra egimus. Egregiam habent vim alexipharmacam, antivenerearn, & ratione ſulphuris Solaris analepticam.

CAPUT XII.

De Antimonio.

Antimonium habet duo Sulphura. ANtimonium duo habet *Sulphura;* unum *volatile crudum,* in quo conſiſtit ejus vis *maligna, venenoſa,* & *vomitiva;* aliud *fixius* & *ſolare,* unde vis *analeptica* & *ſudorifera.* Obſervetur itaque, Antimonialia in volatilitate ſuâ eſſe maligna. *Flores.* *Antimonii flores* vulgares violenti ſunt, niſi corrigantur beneficio Salis Tartari cum aceto deſtill. ſaturati. *Flores Cheiri* dicti in loco frigido liqueſcunt in Oleum arcanum contra *Fiſtulas.* *Clyſſus Antimon.* *Clyſſi antimoniales* non ſuccedunt ſecundum autoris methodum, propter abundantiam enim Sulphuris impeditur deflagratio ejuſdem, & figitur in Nitrum. Modus genuinus hic eſt: ℞. *Antimonii* ℔i. *Nitri* ℔ij. *Sulphur.* ℥iv. *deſtilla per Retort. & habebis Flores incarnatos, & Spiritum volat. acidulum, quibuſcunque mineralibus pro vi diuretica præferendum.* In Aqua ſtimmi tartarea Num. 21. eſt *Spiritus diaphoreticus* & *diureticus*, ſed nil aliud eſt, quàm *Tartarus* in forma *Spiritus* ſuper proprium Caput mort. rectificatus. Ex *Vitro Antimonii* fiunt *Infuſa emetica*; ut & *Roob* (vomitorium optimum) cum *Succ. Cydon.* vel

Pomor. Borsdorff. digerendo & inſpiſſando. Hæc infuſa etiam *Oculis* ſuccurrunt. *Reliqua Antimonii præparata, illorumque virtutes medicas vide ſis in Collegio chymico.*

CAPUT XIII.

De Recrementis metallicis naturalibus.

HÆc ſunt nil aliud quàm *Metalla immatura:* inter quæ *Cobaltum* Venus eſt immatura, turgens copioſo Sulphure venereo & purè arſenicali. *Cobalthum.*

Biſmuthum gaudet *Lunâ immaturâ*; paratur exinde *Magiſterium coſmeticum,* ſolvendo in *Aqua forti* & præcipitando cum *Oleo Tartari,* quod etiam ſurſum & deorſum fortiter purgat. De Recrementis artificialibus vide Authorem. *Biſmuthum*

CAPUT XIV.

De Salibus: in ſpecie Sale communi, Sale Gemmæ, Nitro, Alumine, Sale Ammoniaco & Vitriolo.

INter *Salia* primatum ducit *Sal commune;* reperitur hoc vel in *forma ſicca,* & dicitur *Sal Gemmæ,* quod aëri expoſitum durèſcit & inſignem gravitatem acquirit; eſt autem *abſterſivum* & commendatur in Clyſteribus ad ʒi. *Balſamus Salis Gemmæ* legitimè paratus eſt, quando in tantum exaltatum eſt Sal, ut ad candelam liqueſcat; dehinc adde *Olei Terebinth.* parum, & abſtrahatur aliquoties à Sale, donec in fundo remaneat *Balſamum* contra *Rupturas.* Reperitur etiam *Sal* in *forma liquida,* eſtque vel *marinum,* quod ſulphureum & pinguius *Sale Gemmæ*, vel *fontanum*, quod in granula non concreſcit, niſi additione *Fellis* vel *Sanguinis bubuli.* Eſt igitur *Sal* concretum ſalſum, compoſitum ex acido concentrato in ſubjecto terreo alcalino; ſic *Spiritus Salis acidus* *Sal comũne.* *Balſamus Salis Gem̃æ.*

alcali

Quid Sal. alcali affusus in perfectum *Sal salsum* abit. Reperitur tamen *Sulphur* in *Sale*, adeo ut ejus alcali sit pingue sulphureum. In Usu medico *Sal decrepitatum* egregium est remedium *carminativum* & *discussivum*. Pro usu verò interno, *Spiritus* ejus egregium est stomachicum, ut & diureticum inprimis in *Hydrope*. Dulcificatur *Spiritus Salis*, vel cohobando cum *Spiritu Vini* probè *rectificato*, vel *per se* ope diuturnæ digestionis. *Author noster* Num. 10. varios habet processus, ubi tertius modus videtur singularium & magnarum virium. *Spiritus Salis compositus* hic maxima ex parte est *Spiritus Nitri*, participat tamen de Spiritu halituoso sulphureo Salis. *Spiritus Salis communis viridis* virorem habet ab adjunctis *Lateribus* à Spiritu solutis. Parat *Rhumelius Crystallos* ex coagulatione *Spiritûs Salis* cum *Sale volatili Succini*, qui potens sunt diureticum, & antihydropicum, unde & *Liquor nephriticus* paratur.

Sal decrepitatum.

Spiritus Salis.

Crystalli.

Nitrum. II. *Nitrum* veterum nobis est ignotum, licèt adhuc colligatur in *Ægypto*, quod naturæ saponariæ est. Nostrum autem colligitur vel *coquendo* ex terrâ, pingui redditá à stercoribus, vel Urinâ animalium, & radiis Solaribus imprægnatâ: vel *elixiviando* ex muris antiquis & cellis subterraneis, ubi Sal calcis vivæ animatur ab aëre. Constat *Nitrum* ex copioso Sulphure excrementorum, cum occulto acido & alcali volatili. *Terrâ exhausta* aëri exposita novo *Nitro* saturatur, quamdiu pinguedinem habet. Qui noscunt prius separare Spiritum corrosivum Sulphuris, acquirunt *Crystallos Nitri dulces* non deflagrabiles, qui in *Febribus ardentibus* summa sunt Medicina. *Spiritus Nitri* affusus *Sali Tart.* vel *Nitro fixo*, regeneratur in novum *Nitrum*

Unde.

Ex quo constet?

trum

trum denuò *inflammabile.* In *uſu Medico* ratione Sulphuris dicitur *anodynum*; ſanè nil magis efferveſcentiam febrilem coërcet; in *Salacitate venereâ* Spiritus ferocientes figit, & denique potens eſt diureticum. Sed antequam in uſum veniat, *purificari* debet à *Sale communi* mediante *deflagratione*, & à *Sulphure* mediante *Sale ammon.* vel, quod melius, per *alcalia fixa.* Inter ejus *calcinata Lapis prunellæ* nil valet, avolavit enim *Spir. Nitri* & remanet *Salſum* compoſitum ex acido Sulphuris & alcali Nitri. *Nitrum ſaturniſatum* remedium non ſpernendum eſt in *Peſte* cum *ardore* conjunctâ. *Nitrum antimoniatum* optimè paratur cum *Regulo Antimonii,* qui à ſuperfluo Sulphure fuit liberatus, eſtque illius uſus inſignis in *Febribus ardentibus,* æquè ac *malignis*, ad ʒi. *Nitrum purificatum* crebriori fuſione in crucibulo, & repetitâ ebullitione in aqua, adhibetur feliciter ad ℈i. pro cura *Febrium periculoſarum.* *Nitrum vitriolatum* (cujus præparationem vide in *Collegio Chymico*) in *Febribus intermittentibus*, in ſpecie ubi nullum frigus præcedit, planè ſingulare eſt ad ℈i. Præterea in *Menſium defectu, Suffocatione hyſterica* & *Febribus ſcorbuticis* mirè conducit; & ſi *Camphoram* addideris, fit quaſi ſpecificum in *Affectu hypochondriaco,* inprimis cum phlogoſi & æſtu conjuncto, nam ad Somnum diſponit. *Nitrum* per ſe deſtillatum abit in *Spiritum,* addito autem *Sulphure* prodit tantùm pars in Spiritum. Pro uſu Medico dulcificatur *Spiritus Nitri,* miſcendo guttatim cum duplo Spiritûs Vini. Sunt autem qui Spiritum hunc *appropriatum* reddunt, abſtrahendo à Plantis aromaticis carminantibus, qui *anticolicus* dicitur, & in omnibus *flatulentis Affectibus* non habet par remedium. Pari ratione abſtrahitur à Plantis pleuriticis in *Pleu-*

Nitrum ſaturniſatum *antimoniatum.*

Vitriolatum

Spiritus.

ritide.

ritide. Cæterum ipſe *Nitri Spiritus* magis convenit in *Febribus*, quàm *Spirit. Vitrioli*, & vi diuretica *Spiritus Salis* antecedit. *Spiritus Nitri bezoardicus* Aurum optimè ſolvit. *Aqua fortis* nil continet de *Spiritu Vitrioli genuino*, ſed ſolus eſt *Spiritus Nitri*, qui ſecum rapit aliquas particulas, inprimis *Venereas* ex *Vitriolo*, ejus enim Fumus laminam ferream colore *venereo* tingit. Paratur *Aqua regia* planè ſingularis ex *Spir. Nitri* & *Sale ammoniaco.*

Aqua fortis

Regia.

Alumen.

III. *Alumen*, eſt corpus terreum à *Spiritu Sulphuris* ſolutum & coagulatum, unde *Creta* ſimiliter ſoluta & coagulata in *Alumen* abit. Veterum *Alumen*, mellis conſiſtentiam habens, nobis eſt incognitum. Medicamenta ex *Alumine præparata* de *Alumine rochæ* intelliguntur. Optimè purificatur *Alumen*, ſi ſub coctione *Urina humana* injiciatur, ſic enim ſeparatur omnis pinguedo, & tandem in fundum præcipitatur, quod inutile eſt. *Alumen* autem adſtringit validè in omni *Fluxu nimio.*

Sal ammoniacum.

IV. *Sal ammoniacum* Veterum, in locis ſabuloſis ſponte efflorеſcens, nos latet. Noſtras autem *artificiale* eſt, ex *Urinæ hum. p.* 5. *Salis com̃. p.* 1. & *Fulig. p.* ß. coctis & inſpiſſatis, donec ſublimetur *Sal ammoniacum*, quod *Aquila cœleſtis* dicitur, quia *Sulphura metallorum* ſecum rapit. *Sal ammoniacum crudum* ſingulare eſt Stomachicum ad ℈i. in *Vino abſynth.* ut & Febrifugum, præſertim in *Quartana*, & tandem ſudoriferum. Sed tum *Salibus alcalibus* non miſcendum eſt, ne pars volatilis expiret. Externè in *Inflammat. Tonſillarum* & *Prunellâ febrili* valdè conducit. *Spiritus Salis ammon. urinoſ.* (cujus præparat. vide in *Chymia*) egregiè temperat acidum, & per urinam ſudoremque operatur; unde *Febres* etiam *quartanas*, præmiſſis Vomitoriis, ſudores movendo curat. Diſſolvit & *Sanguinis*

Ejus Spiritus.

guinis grumos, & *acidum* abſorbet in *Inflammatione*, *Podagrâ*, *Dolore iſchiadico*, & *Affectibus articulorum*; acidum enim deſtructum ſub forma ſaporis ſalſi eliminat. In *Catarrhis* cum *Myrrha* & *Succino*, & in *Affectibus hypochondriacis* cum *Liquore Terræ fol. Tart.* egregium eſt Remedium. Menſtruum quoque ad *Elixir propriet.* optimum eſt. Externè cum *Camphora* in *Inflammatione* nil melius.

V. *Vitriolum* eſt *Mars* & *Venus* à *Spiritu Sulph. acido* corroſa, & in Sal compoſitum coagulata. Hujus intuitu aliud eſt *martiale*, ex albo vireſcens, aliud *venereum*, cœruleſcens; aliud denique *album*, quod ex minera *Veneris* immaturâ fit, & participat ſimul de *Saturno*. Pro uſu Medico optimum eſt *venereum* ex *Cypro* allatum. Paratur & *artificiale* ex *Marte* vel *Venere* in *Spir. Sulph.* ſolutâ. *Nativum* autem vel reperitur in mineris *Martis* & *Veneris*, corroſis ab acido Sulphuris, & ab ejuſdem pinguedine beneficio Salis aërei diſſolventis liberatum; vel paratur ex *Pyrite*, abſumptâ pinguedine ſulphureâ; in calcinatione, adeo ut acidum ſulphureum *Pyritem* rodat, & accedente ſale aëris *Vitriolum* evadat. *Vis vomitoria Vitrioli* oritur ex *Venere*, ſed ejuſmodi Vomitoria in deſuetudinem abiere, quia nociva ſunt Stomacho. *Vitriolum album* in Aquâ appropriatâ ſolutum egregium fit Collyrium in omnibus *Oculorum Affectibus*. Niſi *Vitriolum* prius calcinetur, in *deſtillatione* vaſa diffringit, & Spiritus in auras abit. Modus calcinandi & deſtillandi in *Collegio Chymico* hactenus abſolutus *extat*. *Phlegma Vitrioli* in *Febribus hecticis* & *lentis* cum *Tabe* & *Phthiſi*, item in *Phlogoſibus internis*, mirè convenit; externè contra *Cephalalgias* applicatur. Melior evadit *Spiritus*, ſi ſuper proprium Vitriolum frequenter cohobetur. *Spiritus Vitrioli*, & *Olei* ejus ſubjectum aci-

Vitriolum.

Album.

Phlegma.

Spiritus.

dissimum, egregiè Bilem & æstum temperant, & vi acidâ Sal alcalinum destruunt; quin & acore suo blandè Appetitum reficiunt; & porrò laudatissimum sunt nephriticum. Ratione tamen subtilissimi acoris, Pulmonibus, Testibus, & Dentibus nocent. In *Aquâ aperitiva Penoti* propter Silices & Tartarum calcinata destruitur *acidum Vitrioli*; unde paucissimus, sed non admodum volatilis acquiritur Spiritus, qui egregiè diureticus est, inprimis in *Hydrope* cum *Essentiâ Absinthii*. *Spir. Vitrioli diaphor.* nil valet, ratione enim C. C. *usti* & *Salis Tartari* adjuncti nil prodit nisi *phlegma*. Ratione autem *Sulph. anodyni*, *Spiritus Vitrioli* optimum est antepilepticum. Inprimis si cum *Urinâ Pueri* paretur. *Spiritus antepileptic. Quercetani* paratur ex ana *Vitrioli* in aurâ probè siccati, & *Vitrioli cærulei Hungar.* affuso *Spirit. Vini*, à Plantis cephalicis cohobato: sic enim destillando & rectificando prodeunt duo *Spiritus*, qui simul misti in digestione abeunt in corpus saliniforme, blandè acidulum & volatile, quod egregium est stomachicum & antepilepticum. Huc pertinent *Salia volatilia Glauberi*, quæ in Aquâ solut. *Scorbutum* & *putredinem Oris* multum emendant. *Sulphur Vitrioli anodynum.* Optimè paratur *Sulphur Vitrioli anodynum* ex *Vitriolo vener.* sed extraverti debet hoc Sulphur per corpus amicum & homogeneum, *alcalia* nempe, quæ ex fundamento Sulphuris oriuntur; unde ex *Vitriolo Veneris* jam destillatur Spiritus. Non melior via *Sulphur Vitrioli anodynum* acquirendi habetur, quàm per *Salia fixa volatilisata*; ex his autem Sulphuribus ritè elicitis facilè parantur *Tincturæ* per *Spiritum Vini*: *Sulphur* verò & *Tinctura* Authoris nil valent.

CAP.

CAP. XV.

De Arsenico, Sulphure communi, Ambrâ, & Succino.

ARsenicum est nil aliud, quàm *Sulphur volatile*, quod secum rapit *Metallum*. Sed inter Venena primatum ducit propter acrimoniam volatilem, quæ in corpore se demum exerit. Veteres commendârunt contra *Asthmata*, sed illi non imitandi. *Externè* nil magis *Ulcera cancrosa* curat; & in *Cancro exulcerato* optimum fit Remedium ex *Rad. Aronis præp. Arsenico sublim. dulc.* & *paucâ Fuligine*. Optimè autem tollitur ejus acrimonia fixando cum *Nitri* part. tribus in crucibulo simul fusis, vel abstrahendo *Spiritum Nitri* ter. Sic enim in *priori* casu habetur *Arsenicum fixum*, *Aqua* simplici separandum; & in *posteriori Sulphur Arsenici fixum*, quod tamen subterfugiet usum internum. Per *Oleum Tartari* correctum, addito *Oleo Myrrhæ*, in *Ulceribus cancrosis* par remedium externum non habetur. *Arsenicum.*

II. *Sulphur* concretum est ex substantia pingui, unde inflammabilitas, & volatili acido, unde *Spiritus*. Sic fit & *artificiale* ex pingui *Oleo Terebinthinæ* cum acido *Oleo Vitrioli* destillato. *Sulphur* pectori dicatur, unde in *Phthisi*, *Tussi*, & quibusvis *Pectoris* & partium internarum læsionibus, frequentis usus est. Hoc tamen intelligendum de *parte* ejus *pingui*, *acida* enim, quæ *vitriolacea* est, pectori nocet. Unde miscetur vulgò cum *Pinguedine* seu *Oleo* vegetabilium; ut nempe exaltetur vis balsamica & occultetur acida. Porrò in *Affectibus catarrhalibus* egregiè lympham temperat. Quin & in *Peste* *Sulphur.* *Ejus vis & usus.*

Massam sanguineam à putredine præservat, unde potiones sulphuratæ in *Febribus epidemicis* laudatæ sunt. In *Partu* denique *difficili* cum *Myrrhâ* faustus ejus usus est; sicuti & ejus *Florum* in *Colicâ*. *Externè Sulphur* cum *Oleo Lauri* subactum in *Scabie* rarò fallit; ad *Serpigines* & *Erysipelas* exulceratum multum confert. Est quoque *Sulphur cosmeticum*. Modum *purificandi*, *sublimandi*, *præcipitandi*, *destillandi*, & *infundendi*, vide in *Collegio Chymico*. Frustra sublimantur *Flores* cum *Aloe*, *Myrrha* & *Thure*, nam adjuncta resinosa pinguia planè deflagrant; præstaret itaque ipsis *Floribus* hæc addere. In *Floribus Sulphuris corallatis* nil de *Coralliis* ascendit; in *albis* verò, fit albedo à *Nitro* adhærente. *Lac Sulphuris* nil valet, est enim Pulvis neque ab acido neque ab alcali solubilis, atque albedinem habens à particulis salinis, Sulphur vivum offuscantibus. *Flores Sulphuris* cum *Spiritu Salis* destillati dant Liquorem lacteum, qui virtutem antihydropicam, à *Spiritu Salis* acceptam, obtinet. Paratur etiam *Liquor volatilis urinosus* rubicundus ex *Calce viva*, *Sale ammon.* & *Sulphure vivo*, ana destillatis. *Spiritus Sulphuris per campanam* convenit cum *Spiritu Vitrioli*, nisi quod prior purum sit acidum minerale, posterior autem, propter fortem in igne torturam, aliquid de minera secum rapiat, unde stypticus est. *Spiritus* itaque *Sulphuris* minus est nauseosus, & in *Asthmate* magis conveniens, cui tamen præfertur *Gas Sulphuris*, seu Fumus vitro exceptus, cui Vinum infunditur. *Balsama Sulphuris* melius procedunt cum *Oleo expr.* quæ felicius solvunt Sulphur. Conducunt autem in *Corruptelâ Viscerum* incipiente, *Empyemate*, item in *Vomicâ pulmonum*, *Mictu cruento*, & *Vesicæ exulceratione*. Sed cautè usurpentur, ne *Febres* excitent. In *Abscessibus*, præcipuè *Mammarum*,

Lac Sulphuris.

Flores.

Liquor.

Spiritus.

Balsamus Sulphuris.

marum, *Balſamus Sulphuris*, cum *Oleo Papaveris expreſſo paratus*, perfectè ſanat. *Balſamus Sulphuris* cum *Balſamo Peruviano Bubones peſtilentiales*, *Vulnera recentia*, & *Ulcera* perfectiſſimè ſanat. Notandum heic, quòd *Oleum Lini*, dum ſolvit *Sulphur*, abeat in concretum, pro tingendis *Gemmis*, & parandis *Tincturis* mirè commendatum.

III. *Ambra* legitima ita cognoſcitur, quod ſubſtantiam pinguem tranſudet, intrusâ acu candente, & quod fruſtum manu calidâ agitatum liqueſcat. Naturæ pinguis eſt, in liquoribus oleoſis, non autem aquoſis, ſolubilis. Summum eſt *analepticum*, Spiritus animales refocillans, & mobiles reddens. Senibus optimè convenit, *Memoriam* etiam atque *Ingenium* confortat. Nimius tamen ejus uſus vi inebriante ſtupidos reddit. In *Stomachi Affectibus*, & *Ructibus Senum* palmam ferunt *Ambrata*. Conveniunt etiam Mulieribus in *Partu difficili*, poſt Partum, *Paſſione hyſterica*, &c. modò ne nimis feriant nares. *Ambra* pulveriſari commodè nequit, niſi cum *duplo Sacchari*, & ſic cum guttis aliquot *Olei deſt. Cinnamomi* egregium eſt confortativum pro *Senibus*. Paratur ejus *Eſſentia* rubicundiſſima cum *Spir. Roſarum per fermentationem*, vel *Spiritu Corticum Citri*, doſ. *gut.* xv. Fit & *Spiritus elegantiſſ.* ex *Ambrâ*, cum *Floribus Roſarum fermentatâ*, cujus ℈i. analepticum eſt, *Perlis* anteferendum. Præfertur autem *Ambræ* forma liquida, quia ſic facilius operatur; ſeparantur etiam quiſquiliæ, quibus adulteratur, & cavetur à glutinoſitate, quæ in ſubſtantiâ incommoda eſt.

Ambra. *Ambra pulvis.* *Eſſentia.* *Spiritus.*

IV. *Succinum* primò liquidum fuit, *Lacertæ* enim, *Ligna*, &c. ei ſæpè notantur incluſa; unde *Paracelſo* videtur

Succinum.

videtur ejusdem esse naturæ cum *Petroleo*, quod *Succinum* resolutum esse asserit. Etenim datur & *Succinum fossile* in *Moravia*, & ipse *Gagates* nil aliud est, quàm *Succinum*. Præstat *Succinum flavum*. *Album* enim ex flavo & Sale marino imprægnatur, & ipsum flavum beneficio Salis marini tingi potest albedine. *Succinum* par cephalicum non habet. In *Apoplexia* & *Epilepsia Sal* ejus *volat.* & *Oleum destill.* internè assumpta, uti & *Liquor* C. C. *succinatus*; & externè *Oleum dist.* Linguæ & Vertici inunctum primatum obtinent. *Affectuum catarrhalium* perfecta curatio in *Succino latet.* In *Affectibus chronicis Oleum Succini* cum *Saccharo* per Sudorem & Urinam peccantem lympham evacuat. In *Affectibus nephriticis, uterinis, Gonorrhæâ virulentâ, Fluore albo*, optimum est. In partu difficili *Sal volatile Succin.* ad gr. xv. & in *Passione hyster. Ol. Succini* internè assumptum, & cum *Oleo Spicæ* dorso atque Cordi illitum, mirè conducunt. Præparatur *Succinum* lævigando cum Aquis appropriatis, cujus dosis à ℈i. ad ʒß. Fit *Tinctura Succini aurea* per *Spirit. Vini rectificatiss.* cum *Spiritu Urinæ circulatum*, cujus *gtt.* xx. vel xxx. mira præstant. Præcipitatur & *Magisterium* ex hac *Essentiâ* per affusam Aquam simplicem. *Succinum* destillando suggerit 1. *Spiritum, seu phlegma acidum volatile*, quod in *Tinnitu* & aliis *Aurium Affectibus* cum bombace inditur; internè autem non usurpatur. 2. *Sal volatile acidulum*, collō Retortæ adhærens, quod purificari debet, solvendo in Aquâ ut separetur *Oleum*, deinde in Spiritu Vini, & tandem destillando per Retortam in cineribus, ut prodeat *Sal volatile oleosum penetrantiss.* 3. *Oleum flavum* insignis & penetrantis odoris, ex quo cum *Floribus Sulphuris* fit *Balsamum polychrestum* in *Ner-*

Oleum. *Præparatio.* *Tinctura.* *Magisterii.*

Nervorum Affectibus. Caput mortuum poſt deſtillationem remanens pro corpore *Emplaſtrorum* ſubſtitui poterit; ſicut & *Emplaſtra* capiti dicata cum *Oleo Succini* malaxari ſolent.

CAP. XVI.

De Spermate Ceti, Aſphalto, Petroleo, Oleo Terræ, Carbone Petræ, & Gagate.

I. SPerma Ceti Veterum erat pinguedo Cetorum interfectorum; noſtrum autem nil aliud eſt, quàm *Cerebrum Animalis cujuſdam cetacei majoris.* Uſus ejus, in quocunque Sanguinis grumo diſſolvendo, ad ℨi. in *Juſculo, Infuſo ſol. Thée*, vel *Cereviſiâ* calidâ probè ſoluti, & ſtatim hauſti, eſt egregius. In *Aſthmatis* paroxyſmo graviori, & *Catarrhis ſuffocativis* à ſanguinis ſtagnatione ortis, mirè convenit. In *Tuſſi* etiam *ſiccâ nocturnâ* Lympham acrem & *Raucedinem* temperat. *SpermaCeti.*

II. *Aſphaltos* bitumen naturale eſt, rari uſûs, niſi quòd pro corpore quorundam Linimentorum adhibeatur; & *Balſamo apoplectico* admiſceatur, ut colore nigro eum tingat. *Aſphaltum.*

III. *Petroleum* ſponte ex ſaxis tranſudans, eſt revera *Naphtha* Veterum, & nulli cedit *Oleo* in penetrantiâ. Ante Paroxyſmos rigorem febrilem, vel internè ſumtum, vel externè Stomacho illitum, egregiè mitigat. Contra *Menſium ſuppreſſionem* Pubi illinitur. In *Odontalgiâ* cum bombace Denti inditum, & in omnibus partium nervoſarum Affectibus doloroſis, vim anodynam *Petroleum.*

 externè

externè obtinet. Illitum locis frigori expositis, præservativum æquè ac curativum remedium est.

Oleum terræ. IV. *Oleum Terræ* easdem vires obtinet, penetrantiores tamen in *Arthritide vagâ scorbuticâ*, externè illitum. *Ligamenta* etiam *relaxata*, & *Tendines artuum* firmat, & *Lympham* resolvit.

Carbo petræ. V. *Carbo Petræ* est quasi terra *Succini & Petrolei*, destillando enim Liquorem dat simillimum *Oleo Petræ*.

Gagates. VI. *Gagates Succinum* est *fossile*. Externè in quibusdam *Emplastris* adhibetur, usus internus nullus.

FINIS *Schröderi Dilucidati*.



INDI-



INDICES.

PRIMUS

EPITOMES INSTITUTIONUM MED.

Reme-

Index Secundus

COLLEGII CHYMICI.

Index Tertius

SCHRÖDERI DILUCIDATI.

Alyssum.

Fili-

San-

FINIS.



allorchè messa in non cale, ed oppressa la relig=
=ione la sozza libidine impunemente trionfa, ed
ha di tutto tentare una sfrenata licenza. Orsi I. 7
Stor. Eccl. nella Vita di Gioviano